
43
1 H
17





MISSALE ROMANVM

Ex Decreto Sacrosancti Concilii
Tridentini restitutum.

Pij V. Pont. Max.
iussu editum.

CVM PRIVILEGIIS.










VENETIIS, Apud Joannem Variscum, & Heredes
Bartholomei Faletti, & Socios.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM.



Uo primum tempore ad Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, ad ea libenter animum, vireſque noſtras intendimus, ⁊ cogitationes omnes direximus, quę ad eccleſiaſticum purum retinendum cultum pertinerent, eaque parare, ⁊ Deo ipſo adiuuante omni, adhibito ſtudio efficere contendimus. Cumq; inter alia ſacri Tridentini Concilij decreta, nobis ſtatuendū eſſet de ſacris libris: Catechiſmo, Miſſali, ⁊ Breuiario edendis atq; emendandis: edito iam Deo ipſo annuente ad populi eruditionem Catechiſmo, ⁊ ad debitas Deo perſoluendas laudes Breuiario caſtigato, omnino, vt Breuiario Miſſale reſponderet, vti congruum eſt, ⁊ conueniens, (cum vnum in eccleſia Dei pſallendi modum, vnum miſſę celebrandę ritum eſſe maxime deceat) neceſſe iam videbatur, vt quod reliquū in hac parte eſſet, de ipſo nempe miſſali edendo, quam primū cogitaremus. Quare eruditis delectis viris onus hoc demandandum duximus: qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetuſtis noſtrę Vaticanę bibliothecę, alijsq; vndiq; conquiſitis, emendatis atq; incorruptis codicibus: necnon veterū conſultis ac probatorum auctorum ſcriptis, qui de ſacro eorundē rituum inſtituto monumenta nobis reliquerunt, ad priſtinam Miſſale ipſum ſanctorū patrū normam ac ritum reſtituerunt. Quod recognitum iam, ⁊ caſtigatum, mature adhibita conſideratione, vt ex hoc inſtituto, cęptoq; labore, fructus, omnes percipiant, Romę quam primū imprimi, atq; impreſſum edi mandauimus, nempe, vt ſacerdotes intelligāt, quibus precibus vti: quos ritus, quaſue cerimonias in miſſarum celebratione retinere poſthac debeant. Ut autem a ſacroſancta Romana eccleſia cęterarum eccleſiarum matre ⁊ magiſtra, tradita vbiq; amplectantur omnes, ⁊ obſeruent, ne in poſterum perpetuis futuris temporibus in omnibus Chriſtiani orbis prouinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, ⁊ Parochialibus, Secularibus, ⁊ quorumuis ordinum Monaſteriorum, tam virorum quam mulierū, etiam militiarum regularibus, ac ſine cura eccleſijs, vel Cappellis, in quibus miſſa Conuentualis alta voce cum choro, aut demiſſa celebrari iuxta Romanę eccleſię ritum conſueuit, vel debet, alias, quam iuxta Miſſalis a nobis editi formulam decantetur, aut recitetur, etiam ſi eędem eccleſię quouis modo exemptę apoſtolicę ſedis indulto, conſuetudine, priuilegio, etiam iuramento, cōfirmatione apoſtolica, vel alijs quibuſuis facultatibus munitę ſint: niſi ab ipſa prima inſtitutione a ſede apoſtolica approbata, vel conſuetudine, quę vel ipſa inſtitutio ſuper ducentos annos miſſarum celebrandarum in eiſdem eccleſijs aſſidue obſeruata ſit: a quibus, vt prędictam celebrandi conſtitutionem vel conſuetudinem nequaquam auferimus, ſic ſi Miſſale hoc qđ nunc in lucē edi curauimus, ijſdem magis placeret, de Epiſcopi, vel Pręlati, Capituliq; vniuerſi conſenſu, vt quibuſuis non obſtantibus iuxta illud miſſas celebrare poſſint, permittimus: ex alijs vero omnibus eccleſijs pręfatis eorundem Miſſaliū vſum tollendo, illaq; penitus, ⁊ omnino reijciendo, ac huic miſſali noſtro nuper edito, nihil vnquam addendum, detrahendū, aut immutandum eſſe decernendo, ſub indignationis noſtrę pęna, hac noſtra perpetuo valitura cōſtitutione ſtatuimus, ⁊ ordinamus. Mandantes ac diſtricte omnibus, ⁊ ſingulis eccleſiarū prędictarum Patriarchis, Adminiſtratoribus, alijsq; perſonis quacumq; eccleſiaſtica dignitate fulgentibus, etiam ſi ſanctę Romanę Eccleſię Cardinales, aut cuiuſuis alterius gradus, ⁊ pręeminentię fuerint, illis in virtute ſanctę obedientię pręcipientes, vt cęteris omnibus rationibus, ⁊ ritibus ex alijs miſſalibus quantumuis vetuſtis hactenus obſeruari conſuetis, in poſterum penitus omiſſis, ac plane reiectis, miſſam iuxta ritum, modum, ac normam, quę per miſſale hoc a nobis nunc traditur, decantent, ac legant: neq; in miſſę celebratione alias cerimonias, vel preces, quam quę hoc miſſali continentur, addere vel recitare pręſumant. Atq; vt hoc ipſum miſſale in miſſa decantanda, aut recitanda in quibuſuis eccleſijs abſq; vllo conſcientię ſcrupulo, aut aliquarum pęnarum, ſententiarum, ⁊ cenſurarū incurſu poſthac omnino ſequantur:

eoque libere ⁊ licite vti possint ⁊ valeant, auctoritate apostolica, tenore pręsentium etiam perpetuo concedimus, ⁊ indulgemus. Ne ve Pręsules, Administratores, Canonici, Cappellani, ⁊ alii quocunque nomine nuncupati Presbyteri seculares, aut cuiusuis ordinis regulares, ad missam aliter, quam a nobis statutum est, celebrandam teneantur, neque ad Missale hoc immutandum a quolibet cogi, ⁊ compelli, pręsentes ve literę vllo vnquam tempore reuocari, aut moderari possint, sed firmę semper ⁊ validę in suo existant robore, similiter statuimus ⁊ declaramus. Non obstantibus pręmissis, ac constitutionibus, ⁊ ordinationibus apostolicis, ac in prouincialibus, ⁊ synodalibus concilijs editis, generalibus vel specialibus constitutionibus, ⁊ ordinationibus: necnon ecclesiarum pędictarum vsu longissima ⁊ immemorabili pręscriptione, non tamen supra ducentos annos roborata, statutis, ⁊ consuetudinibus contrarijs quibuscunque. Volumus autem, ⁊ eadem auctoritate decernimus, vt post huius nostrę constitutionis, ac Missalis editionem, qui in Romana adsunt Curia presbyteri post mensem: qui vero intra montes, post tres, ⁊ qui vltra montes incolunt, post sex menses, aut cum primum illis missale hoc venale propositum fuerit, iuxta illud missam decantare vel legere teneantur. Quod vt vbiq; terrarum incorruptum ac mendis, ⁊ erroribus purgatum pręseruetur, omnibus in nostro ⁊ sanctę Romanę Ecclesię Dominio mediate, vel immediate subiecto commorantibus impressoribus, sub amissionis librorum ac centum ducatorum auri Camerę Apostolicę ipso facto applicandorum, alijs vero in quacunque orbis parte consistentibus sub excommunicationis latę sententię, ⁊ alijs arbitrij nostri penis, ne sine nostra, vel specialis ad id Apostolici Commissarij in eisdem partibus a nobis cōstituendi, ac nisi per eundem Commissarium eidem impressori missalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipso impressore erit accipienda norma, cum Missali in Vrbe secundum magnam impressionem impresso collatum fuisse, ⁊ concordare, nec in nullo penitus discrepare, prius plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere vllo modo audeant, vel pręsumant, auctoritate apostolica, ⁊ tenore pręsentium similibus inhibemus. Verum quia difficile esset pręsentes literas ad quęque Christiani orbis loca deferri, ac primo quoque tempore in omnium notitiam perferri, illas ad Basilicę principis apostolorum, ac Cancellarię apostolicę, ⁊ in acie Campi Florę de more publicari, ⁊ affigi, ac earundem literarum exemplis etiam impressis, manu alicuius publici tabellionis subscriptis, necnon sigillo personę in dignitate ecclesiastica constitutę munitis, eandem prorsus indubitatam fidem vbique gentium, ⁊ locorum haberi pręcipimus, quę pręsentibus haberetur, si ostenderentur vel exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę permissionis, statuti, ordinationis, mandati, pręcepti, concessionis, indulti, declarationis, voluntatis, decreti, ⁊ inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri ⁊ Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romę apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę, Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo. Pridie Idus Iulij, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Cę. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno a Natiuitate domini Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo, Indictione Decimatertia, die vero Vigesimanona mensis Julij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, ⁊ Domini nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papę Quinti, anno eius quinto retroscriptę literę publicatę, ⁊ affixę fuerunt ad valuas Basilicę principis apostolorum ac Cancellarię apostolicę, ⁊ acie Campi Florę, vt moris est, per nos Joannem Andream Rogerium, ⁊ Philibertum Cappuis Cursores.

Scipio de Octauianis Magister Cursorum.



Otu proprio ⁊c. Cum nuper nos Breuiarium nostrum, ac precandi psallendique formã in omnibus vniuersi orbis Ecclesijs Monasterijs, Ordinibus ⁊ locis etiam exemptis, in quibus officium ex more, ac ritu S. R. E. dici debet, aut consueuit, precperimus obseruari: operępretiũ esse duximus, vt Missale, quod in ecclesijs, Monasterijs, Ordinibus, ⁊ locis pręfatis habetur, ita corrigeretur, ⁊ ad veterem illam formam redigeretur, vt in omnibus cum eodem Breuiario (quoad fieri posset) concordaret: quã quidem prouinciã suscipientes, adhibitis prudentibus viris, ac sacrarum literarũ, ⁊ Pontificij Juris doctrina pręditis, dedimus operaꝫ quã maxime potuimus, vt cõmode rem ipsam cõficeremus. Cumqꝫ Missale huiusmodi propediem sit Typis cõmittendũ, omnino duximus prouidenduꝫ, vt quã diligentissime ac fidelissime imprimatur. Jtaqꝫ illud in hac alma Urbe potissimuꝫ hac prima vice imprimi voluimus, dilecti filij Bartholomęi quondã Joannis Faleti Ueneti diligentia, cuius fidem nouimus incorruptã. Quia vero, si per alium, quam per ipsuꝫ Bartholomęum, aut ab eo deputandum, vel sine ipsius Bartholomęi licentia, Missale ipsum imprimeretur, euenire posset, vt non pari fide ac diligentia id fieret: ob hanc causam, ⁊ quia etiam indemnitati eiusdem Bartholomęi, ac eius Sociorum, qui in eo imprimendo magnos sumptus proculdubio facturi sunt, ⁊ multum laboris suscepturi, consulere volumus: Motu simili, ⁊ ex certa nostra scientia ⁊c. eidem Bartholomęo impressionem dicti Missalis, ⁊ imprimendi facultatem hac prima vice in vrbe, ⁊ successiue, vbi dicto Bartholomęo placuerit, tam in Urbe, quã extra, ⁊ tam in Jtalia quã extra Jtaliam, vbiqꝫ locorum, non tamen prohibitorũ, librosqꝫ seu exemplaria imprimenda, ⁊ tunc impressa vendendi, ac eius arbitrio distrahendi in quacunqꝫ mundi parte per decennium proxime futurum, Jta vt omnes sumptus propterea faciendi, ⁊ pretia atqꝫ emolumenta, vtilitates ⁊ onera inde prouenientia ad ipsum Bartholomęum, eosqꝫ in hac re per eum assumendos participes aut Socios, spectent, ⁊ pertineant, Pręterea ne Missale pręfatum, aut illius exemplaria per dictum decenniũ a quocunqꝫ alio, quam ab ipso Bartholomęo, aut de ipsius Bartholomęi expressa in scriptis licentia imprimi aut vendi aut venalia teneri possint, Concedimus ⁊ indulgemus, Jnhibentes omnibus, ⁊ singulis Christi fidelibus vtriusqꝫ sexus, taꝫ in dicta Urbe ⁊ intra Jtaliam, quã extra eas, ⁊ vbiqꝫ locorum existentibus, pręsertim Bibliopolis ⁊ librorum impressoribus sub excõmunicationis latę sententię, Jn terris vero nobis ⁊ S.R.E. mediate, ⁊ immediate subiectis, etiam sub mille ducatorum auri, ⁊ insuper librorũ ⁊ exemplarium huiusmodi amissionis, toties quoties contrauentũ fuerit, ipso facto ⁊ absqꝫ alia declaratione incurrenda pęna, pro vna videlicet eidem Bartholomęo, loco damnorum, ⁊ pro alia fabricę Basilicę S. Petri Urbis, pro alia vero, partibus Camerę apostolicę applicandorum, ⁊ persoluendorũ, Ne dictum Missale, seu eius exemplaria, aliasqꝫ de dicti Bartholomęi expressa in scriptis licentia imprimere, aut venalia tenere, seu vendere audeant vel pręsumãt. Et pręmissa omnia, cũ infra dicendis valere ⁊ seruari, suosqꝫ plenos ⁊ integros effectus sortiri debere: ⁊ ita per quoscũqꝫ iudices, etiã S.R.E. Cardinales iudicari ⁊c. debere, sublata ⁊c. irritumqꝫ ⁊c. si secus ⁊c. Decernimus ⁊ declaramus. Pręterea, vt cõmodius ⁊ celerius opus prędictum absolui possit, per specialem gratiã eidem Bartholomęo facere volentes, pro dicto Missali ⁊ exemplaribus imprimendis oẽs chartas, item atramentum, stãneas literas, ⁊ pelles, ac alia omnia ad vsum dictę impressionis facientia, ⁊ cõfectionis librorũ, durante dicto decennio ab omni gabella, datio, pedagio, ⁊ alijs quibuscũqꝫ impositionibus, tam in dicta Urbe, quã extra eam, in toto statu ecclesiastico, eximimus ⁊ liberamus, liberaqꝫ, immunia, ⁊ exempta facimus, ita vt dictus Bartholomęus, ⁊ quicũqꝫ sui agentes ⁊ socij ad cuiusuis gabellę, datij, pedagij vel alicuius cuiuscunqꝫ impositionis solutionem, minime teneantur. Et insuper considerantes quod idem Bartholomęus, vltra laborem proprium, non sine magna impensa ⁊ nõ absqꝫ socio vel socijs laboris ⁊ impensę huiusmodi opus prędictum complere valeat, Jdeoque ne propter obitum aut alium quemcunque casum, aut impedimentum (quod absit) eiusdem Bartholomęi heredes, ⁊

socij, & quicunque illorum successores damnum aut impedimentum vel molestiam patiantur, quo minus opus perficere huiusmodi concessione, integroque effectu concessionis nostrę huiusmodi vti, frui, potiri, & gaudere possint, Volumus, declaramus & ordinamus: quod etiam non obstante obitu, impedimento, & alio quocunque casu dicti Bartholomei, participes, socij, & quicunque ab ipso Bartholomeo nominandi & tunc nominati in socios vel participes operis prefati, & ab eis causam habentes, quos omnes & singulos pro nominatis, eorumque nomina, & cognomina pro sufficienter expressis, ac specificatis haberi volumus, & habemus, huiusmodi nostra concessione, alijsque omnibus in hoc motu proprio contentis, & eorum pleno, integroque effectu vti, potiri, frui, & gaudere valeant libere & sine aliquo impedimento durante decennio predicto, & ex nunc Motu & cę. similibus omnes conuentiones per dictum Bartholomeum cum quibuscunque personis sibi beneuisis sub quibusuis modis, clausulis, & formis faciendas approbamus & plenissime confirmamus: illasque semper obseruari mandamus, & perpetuum illis firmitatis robur adijcimus: Mandantes propterea in virtute sanctę obedientię & sub indignationis nostrę eo ipso incurrenda pena dilectis filijs nostris Camerario, Thesaurario, Clericis, Presidenti Camerę, & Vicario Urbis prefatę, Necnon Gubernatori, Senatori, Curięque causarum, Camerę apostolicę Auditori, & alijs ipsius Urbis ordinarijs Judicibus, Necnon quorumcumque locorum ordinarijs, eorumque in Spiritualibus Vicarijs generalibus, Legatis, etiam de latere, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, & alijs locorum prefectis, nunc & pro tempore, & cuilibet eorum in solidum, Ut quoties pro parte dicti Bartholomei, aut socij, vel sociorum eius fuerint requisiti, seu eorum alter fuerit requisitus, ipsi Bartholomeo & socijs efficacis defensionis presidio, assistendo, premissa omnia, & singula contra inobedientes, & rebelles, per executionem censurarum, & penarum predictarum omni penitus, & quacumque appellatione remota, etiam per alias, ecclesiasticas, & pecuniarias penas, etiam sępius aggrauando, etiam inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio Brachij secularis, authoritate apostolica exequantur. Quia vero hanc nostram, nostri Motus proprij cedulam originalem, ad singula loca deferri difficile foret, volumus, & eadem authoritate apostolica decernimus, ipsius transumptis, vel exemplis in ipsis Missalibus pro tempore impressis plenam, & eandem prorsus fidem, tam in iudicio, quam extra, quacumque regula contraria non obstante, seu constitutione apostolica. Et ita semper obseruari mandamus, & volumus etiam in vim validi, & efficacis inter nos & Cameram nostram, & dictum Bartholomeum, ac Socios, initi cōtractus: & quoscūque defectus iuris, & facti etiam substantiales supplemus: Et non obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs quoque, indultis, & literis etiam Apostolicis, & per felicis memorię Pium P. P. iiij. predecessorem nostrum dilecto filio Paulo Manutio, laico Veneto, super concessione stampę, atque impressionis librorum, & illius administrationis, & tam Motu proprio sub datum sexto Kalend. Maij Pont. dicti predecessoris nostri anno quinto, quam alijs omnibus in genere, ac in specie dicto Paulo sub quibusuis clausulis, modis, & formis concessis, & omnibus alijs. Quibus omnibus etiam si de illis & cę. tenores eorum pro insertis, & expressis habentes hac vice, ad effectum premissum derogamus & sufficienter derogatum esse decernimus, cęterisque contrarijs quibuscumque. Fiat Motu proprio. M.

Et cum absolutione a censuris ad effectum &c. & de concessione, approbatione, confirmatione, suppletione, decreto, derogatione, alijs predictis, quę hic pro sufficienter etiā ad partem expressis, & repetitis habeantur, regula quacumque contraria non obstante: Et quod literę per Breue nostrum expediri possint. Et citra exemptionem.

Fiat M.

Datum Romę apud S. Petrum sexto Idus Februarij Anno quarto.

Ta

Tabula literarum Dominicalium.

A	G	F	D	C	B	A	F	E	D	C	A	G	F
		E				G				B			
E	C	B	A	G	E	D	C	B	G	F	E	D	B
D				F				A				C	

IN tabula suprascripta, literã dñicalem singulis annis hoc pacto inuenies: Primã literã, quę est A, tribue anno 1570. sequẽtez, q̃ est G, tribue anno 1571. sicq; deinceps progredere quousq; puenias ad numerũ anni, cuius literã scire vis: qa litera super quã cadit numerus illius anni, erit litera Dñicalis. Quę si vnica occurrerit, annũ cõmunez esse intelliges: si duplex, bissextilem. Et tũc prior, id est, superior vsq; ad festũ S. Mathię apostoli deseruiet: inferior autẽ ad reliquã anni partez accõmodabit. Sciendũ autẽ, q finitis 28. annis, redeundum est ad principium cum annis tunc currentibus.

Aureus numerus.

xiij. xiiij. xv. xvj. xvij. xviij. xix. j. ij. iij. iiij. v.
vj. vij. viij. ix. x. xj. xij.

SImili modo, vt dictũ est de litera dñicali, deprehendes etiam aureũ numerũ in suprascripta numerorũ serie. Nã primũ numeruz, qui est xiij. tribue anno 1570. sequentẽ, qui est xiiij. tribue anno 1571. & sic deinceps donec ad annum tuum peruenias, & finitis decem & nouem annis, regredere iterum ad principium.

De Nouilunio.

AUreum numerum in Calendario singulis mensibus ita accommodatum inuenies, vt ibi semper intelligas esse Nouiluniũ, vbi cadit numerus illius anni, cuius Nouiluniũ scire desideras.

De anno, & eius partibus.

ANnus Menses habet duodeciz, hebdomadas duas & qnquaginta, & diez vnũ, Dies vero trecentos sexagintaquinq;, & sex horas: tanto enim tẽporis interuallo Sol zodiacũ perlustrat. Quater autem sex horę singulis quaternis annis diem constituunt: hinc annus ille Intercalaris, Bissextus vel Bissextilis dicitur.

Elucidatio Calendarij.

IN Calendario, locat̃ primo Aureus numerus, deinde literę Dñicales & feriarũ: tertio numerus Calendaruz, Nonarum, & Iduum: quarto dies duodecim Mensium iuxta numerum: vltimo ponuntur festa Sanctorum.

IN sequenti etiam Calendario, post finez vniuscuiusq; mensis indicantur incrementa, & diminutiones dierum, ac noctiũ, in decimũ quemq; eiusdem, per horas duntaxat integras, & quartas horę partes: in qbus designandis, pręposito dieruz numero, priori alterorũ, qui sunt horaruz, horę, altero, quartę significantur. Diem autem hoc in loco appellamus, ab ortu Solis ad occasum: reliquuz vero totum temporis spacium appellamus noctem.

IANVARIVS

xix	A	Calendis	1	Circuncisio Domini, duplex. (uarum.
viij	b	iiij no.	2	Octa. san. Stephani. dup. cũ cõme. octa-
	c	iij no.	3	Octa. san. Ioã. dup. cũ cõ. octa. ss. Inno.
xvj	d	Prid. no.	4	Octaua sanctorum Innocentum, duplex.
v	e	Nonis.	5	Vigilia.
	f	viij id.	6	Epiphania Domini, duplex.
xiij	g	vij id.	7	De Octaua Epiphanię.
ij	A	vj id.	8	De Octaua.
	b	v id.	9	De Octaua.
x	c	iiij id.	10	De Octaua.
	d	iij id.	11	De Octa. & cõ. san. Hyginij papę & mart.
xviij	e	Prid. id.	12	De octaua.
vij	f	Idibus	13	Octaua Epiphanię, duplex.
	g	xix cal.	14	Hilarij episcopi & confessoris. semidu. fuit heri, cu cõ. san. Felicis in pincis marty.
xv	A	xviij cal.	15	Pauli primi Eremitę, semidup. fuit 10. huius, cum cõme. san. Mauri abbatis.
iiij	b	xvij cal.	16	Marcelli Papę & martyris, semiduplex.
	c	xvj cal.	17	Antonij Abbatis, duplex.
xij	d	xv cal.	18	Cathedra sancti Petri Romę. duplex. & cõme. san. Priscę virginis & marty.
i	e	xiiij cal.	19	Marij, Marthę, Audifax, & Abacum martyrum.
	f	xiij cal.	20	Fabiani & Sebastiani martyrum, duplex.
ix	g	xij cal.	21	Agnetis virginis & martyris, duplex.
	A	xj cal.	22	Vincentij, & Anastasij martyruz, semidup.
xvij	b	x cal.	23	Emerentianę virginis & martyris.
vj	c	ix cal.	24	Timothei episcopi & martyris.
	d	viij cal.	25	Conuersio sancti Pauli apostoli, duplex.
xiiij	e	vij cal.	26	Polycarpi episcopi & martyris.
iij	f	vj cal.	27	Ioãnis Chrysostomi episcopi & cõfe. dup.
xj	g	v cal.	28	Agnetis secundo.
	A	iiij cal.	29	
xix	b	iij cal.	30	
viij	c	Prid. cal.	31	

Ianuarij dies	1	Horas habet	9 1	Nox	14 3
	10		9 2		14 2
	20		9 3		14 1

FEBRVARIVS

	d	Calendis		1	Ignatij episcopi & marty. semiduplex.
xvj	e	iiij	no.	2	Purificatio beatę Marię. duplex,
v	f	iij	no.	3	Blasij episcopi & martyris.
	g	Prid. no.		4	
xiij	A	Nonis.		5	Agathę virginis & martyris, semiduplex,
ij	b	viij	id.	6	Dorothęę virginis & martyris.
	c	vij	id.	7	
x	d	vj	id.	8	
	e	v	id.	9	Apollonię virginis & martyris.
xviij	f	iiij	id.	10	
vij	g	iij	id.	11	
	A	Prid. id.		12	
xv	b	Idibus		13	
iiij	c	xvj	cal.	14	Valentini presbyteri & martyris,
	d	xv	cal.	15	Faustini & Iouitę martyrum.
xij	e	xiiij	cal.	16	
j	f	xiij	cal.	17	
	g	xij	cal.	18	Simeonis episcopi & martyris.
ix	A	xj	cal.	19	
	b	x	cal.	20	
xvij	c	ix	cal.	21	
vj	d	viij	cal.	22	Cathedrę sancti Petri Antiochię. dupl.
	e	vij	cal.	23	Vigilia.
xiiij	f	vj	cal.	24	Matthię apostoli. duplex.
iij	g	v	cal.	25	
	A	iiij	cal.	26	
xj	b	iij	cal.	27	
	c	Prid. cal.		28	

¶ Anno bissextili additur vnus dies, & fit dierum 29. sed Festum S. Matthię celebratur die 25. & tunc dicitur bis, sexto Calendas. hoc est 24. & 25. die, & sic litera Dominicalis mutatur in superiorem, vt si sit D, in C, si sit C, in B, similiter & in alijs.

Februarij dies	1 10 20	Horas habet	10 10 2 1[illegible]	Nox	14 13 2 13

xix	d	Calendis		1	
viij	e	vj	no.	2	
	f	v	no.	3	
xvj	g	iiij	no.	4	
v	A	iij	no.	5	
	b	Prid. no.		6	
xiij	c	Nonis.		7	Sancti Thome de Aquino cōfessoris, duplex. & cōmemora. ss. Perpetue, & Felicitatis martyrum.
ij	d	viij	id.	8	
	e	vij	id.	9	Quadraginta martyrum, semiduplex.
x	f	vj	id.	10	
	g	v	id.	11	
xviij	A	iiij	id.	12	Gregorij Pape & confessoris, & Ecclesie Doctoris, duplex.
vij	b	iij	id.	13	
	c	Prid. id.		14	
xv	d	Idibus		15	
iiij	e	xvij	cal.	16	
	f	xvj	cal.	17	
xij	g	xv	cal.	18	
i	A	xiiij	cal.	19	Joseph confessoris, duplex.
	b	xiij	cal.	20	
ix	c	xij	cal.	21	Benedicti Abbatis duplex.
	d	xj	cal.	22	
xvij	e	x	cal.	23	
vj	f	ix	cal.	24	
	g	viij	cal.	25	Annunciatio beate Marie, duplex.
xiiij	A	vij	cal.	26	
iij	b	vj	cal.	27	
xj	c	v	cal.	28	
	d	iiij	cal.	29	
xix	e	iij	cal.	30	
viij	f	Prid. cal.		31	

Martij dies	10 20	Horas habet	12 2 12 12 2	Nox	12 2 12 11 2

APRILIS

	g	Calendis		1	
xvj	A	iiij	no.	2	
v	b	iij	no.	3	
	c	Prid. no.		4	
xiij	d	Nonis.		5	
ij	e	viij	id.	6	
	f	vij	id.	7	
x	g	vj	id.	8	
	A	v	id.	9	
xviij	b	iiij	id.	10	
vij	c	iij	id.	11	Leonis pape & confessoris, duplex.
	d	Prid. id.		12	
xv	e	Idibus.		13	
iiij	f	xviij	cal.	14	Tyburtij, Ualeriani, & Maximi martyrum.
	g	xvij	cal.	15	
xij	A	xvj	cal.	16	
j	b	xv	cal.	17	Aniceti Pape, & martyris.
	c	xiiij	cal.	18	
ix	d	xiij	cal.	19	
	e	xij	cal.	20	
xvij	f	xj	cal.	21	
vj	g	x	cal.	22	Sotheris & Caij pontificum & martyrum. semiduplex.
	A	ix	cal.	23	Georgij martyris, semiduplex.
xiiij	b	viij	cal.	24	
iij	c	vij	cal.	25	Marci Euangeliste, duplex.
	d	vj	cal.	26	Cleti, & Marcellini pontificum & martyrum. semiduplex.
xj	e	v	cal.	27	
	f	iiij	cal.	28	Uitalis martyris.
xix	g	iij	cal.	29	
viij	A	Prid. cal.		30	

Aprilis dies	1 10 20	Horas habet	13 13 14	2	Nox	11 10 10	2

MAIUS.

xvj	b	Calendis		1	Philippi, & Iacobi apostolorum, duplex.
v	c	vj	no.	2	Athanasij episcopi & confesso. duplex.
	d	v	no.	3	Inuentio san. Crucis, duplex. & comemo. ss. Alexãdri, Euentij, & Theoduli martyrum, ac Iuuenalis episco. & confesso.
xiij	e	iiij	no.	4	Monicę viduę.
ij	f	iij	no.	5	
	g	Prid. no.		6	Ioannis ante portam Latinam, duplex.
x	A	Nonis.		7	
	b	viij	id.	8	Apparitio san. Michaelis, duplex.
	c	vij	id.	9	San. Gregorij Theologi episcopi & cõfessoris. duplex.
xviij	d	vj	id.	10	Gordiani, & Epimachi martyrum.
vij	e	v	id.	11	
	f	iiij	id.	12	Nerei, Archillei, & Pancratij martyrum.
xv	g	iij	id.	13	
iiij	A	Prid. id.		14	Bonifacij martyris.
	b	Idibus		15	
xij	c	xvij	cal.	16	
j	d	xvj	cal.	17	
	e	xv	cal.	18	
ix	f	xiiij	cal.	19	Pudentianę virginis.
	g	xiij	cal.	20	
xvij	A	xij	cal.	21	
vj	b	xj	cal.	22	
	c	x	cal.	23	
xiiij	d	ix	cal.	24	
iij	e	viij	cal.	25	Urbani Papę & martyris.
xj	f	vij	cal.	26	Eleutherij Papę & martyris.
	g	vj	cal.	27	Ioannis Papę & martyris.
	A	v	cal.	28	
xix	b	iiij	cal.	29	
viij	c	iij	cal.	30	Felicis Papę & martyris.
xvj	d	Prid. cal.		31	Petronillę virginis.

Maij dies	1	Horas habet	14	1	Nox	9	3
	10		14	2		9	2
	20		14	3		9	1

IVNIVS

v	e	Calendis		1	
	f	iiij	no.	2	Marcellini, Petri, & Erasmi martyrum.
xiij	g	iij	no.	3	
ij	A	Prid.	no.	4	
	b	Nonis.		5	
x	c	viij	id.	6	
	d	vij	id.	7	
xviij	e	vj	id.	8	
vij	f	v	id.	9	Primi, & Feliciani martyrum.
	g	iiij	id.	10	
xv	A	iij	id.	11	Barnabe apostoli, duplex.
iiij	b	Prid.	id.	12	Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij martyrum.
	c	Idibus		13	
xij	d	xviij	cal.	14	Basilij Episcopi & confessoris, duplex.
j	e	xvij	cal.	15	Uiti, Modesti, & Crescentie martyrum.
	f	xvj	cal.	16	
ix	g	xv	cal.	17	
	A	xiiij	cal.	18	Marci, & Marcelliani fratrum, martyrum.
xvij	b	xiij	cal.	19	Geruasij, & Protasij martyrum.
vj	c	xij	cal.	20	Siluerij Pape & martyris.
	d	xj	cal.	21	
xiiij	e	x	cal.	22	Paulini episcopi & confessoris.
iij	f	ix	cal.	23	Uigilia.
	g	viij	cal.	24	Natiuitatis san. Joan. Baptiste. duplex.
xj	A	vij	cal.	25	De octa Natiuitatis san. Joánis Bapti.
	b	vj	cal.	26	Joannis, & Pauli martyrum, semiduplex. cum cóme. Octaue Nati. san. Joan.
xix	c	v	cal.	27	De octaua Natiuita. san. Joannis.
viij	d	iiij	cal.	28	Leonis secundi Pape & cófesso. semidup. cum cómemora. Octaue, Uigilia.
	e	iij	cal.	29	Petri, & Pauli apostolorum. duplex.
xvj	f	Prid.	cal.	30	Cómemoratio san. Pauli apostoli, dupl. cum cómemora. Octaue san. Joannis.

Junij dies	1	Horas habet	15	Nox	9
	10		15		9
	20		15		9

IVLIVS

v	g	Calendis		1	Oct. s. Joá. bapt. dup. cũ cõ. octa. apost.
	A	vj	no.	2	Visitatio beatę Marię, dup. cũ cõ. octauę Apost. & ss. Processi, & Martiniani mar.
xiij	b	v	no.	3	De octaua Apostolorum.
ij	c	iiij	no.	4	De octaua.
	d	iij	no.	5	De octaua.
x	e	Prid. no.		6	Octaua Aposto. Petri, & Pauli, duplex.
	f	Nonis.		7	
xviij	g	viij	id.	8	
vij	A	vij	id.	9	
	b	vj	id.	10	Septem fratrum martyrum, & ss. Ruffinę, ac Secundę virginum & marty. semidu.
xv	c	v	id.	11	Pij Papę & martyris.
iiij	d	iiij	id.	12	Naboris, & Felicis martyrum.
	e	iij	id.	13	Anacleti Papę & martyris, semiduplex.
xij	f	Prid. id.		14	Bonauenturę pót. & cófesso. semiduplex.
j	g	Idibus.		15	
	A	xvij	cal.	16	
ix	b	xvj	cal.	17	Alexij confessoris.
	c	xv	cal.	18	Symphorosę cum septem filijs marty.
xvij	d	xiiij	cal.	19	
vj	e	xiij	cal.	20	Margaritę virginis & martyris,
	f	xij	cal.	21	Praxedis virginis,
xiiij	g	xj	cal.	22	Marię Magdalenę, duplex.
iij	A	x	cal.	23	Apollinaris episcopi & marty. semiduplex,
xj	b	ix	cal.	24	Vigilia, & comme. s. Christinę virgi. & mart.
	c	viij	cal.	25	Iacobi aposto. dup. & comme. san. Christophori marty. in missis priuatis.
xix	d	vij	cal.	26	
	e	vj	cal.	27	Pantaleonis martyris,
viij	f	v	cal.	28	Nazarij, Celsi, & Victoris papę martyrũ, & Innocentij papę & cófess. semiduplex.
xvj	g	iiij	cal.	29	Marthę virgi. semid. & cõ. ss. Felicis Papę, Simplicij, Faustini, & Beatricis mar.
v	A	iij	cal.	30	Abdon, & Sennen martyrum.
	b	Prid. cal.		31	

Julij dies	1	Horas habet	14	3	Nox	9 1
	10		14	2		9 2
	20		14	[illegible]		9 3

AVGVSTVS

xiij	c	Calendis		1	Petri ad vincula. dup. ⁊ cōme. ss. Macha-
ij	d	iiij	no.	2	Stephani Papę ⁊ mar. (bęorum mar.
	e	iij	no.	3	Inuentio s. Stephani protomar. semidu.
x	f	Prid. no.		4	Dominici confessoris. duplex.
	g	Nonis.		5	Dedicatio s. Marię ad Niues. duplex.
xviij	A	viij	id.	6	Trāsfiguratio dn̄i. dup. ⁊ com. ss. Xisti se- cūdi papę, Felicissimi, ⁊ Agapiti marty.
vij	b	vij	id.	7	Donati episcopi ⁊ martyris.
	c	vj	id.	8	Cyriaci, Largi, ⁊ Smaragdi mart. semid.
xv	d	v	id.	9	Vigilia, ⁊ cōmemo. sancti Romani mart.
iiij	e	iiij	id.	10	Laurentij martyris. duplex.
	f	iij	id.	11	De octaua sancti Laurentij, cū cōmemo. ss. Tyburtij ⁊ Susannę martyrum.
xij	g	Prid. id.		12	De oct. ⁊ cō. s. Clarę virg. (Cassiani mar.
j	A	Idibus		13	De oct. ⁊ cō. s. Hippolyti ⁊ sociorū eius, ⁊
	b	xix	cal.	14	De octa. cū cō. Vigilię, ⁊ s. Eusebij cōfess.
ix	c	xviij	cal.	15	Assumptio beatę Marię virgi. dup. (Lau.
	d	xvij	cal.	16	De oct. assumpt. bea. Ma. cū co. Octa. s.
xvij	e	xvj	cal.	17	Octa. s. Lau. dup. ⁊ cō. Octa. Assumpt.
vj	f	xv	cal.	18	De octa. ⁊ comemo. s. Agapiti marty.
	g	xiiij	cal.	19	De octaua.
xiiij	A	xiij	cal.	20	Bernardi abbatis, dup. cum cōme. Octa-
iij	b	xij	cal.	21	De octaua. (uę Assumptio.
	c	xj	cal.	22	Octa. Assumpti. bea. Marię. dupl. ⁊ co. ss. Timothei, Hippolyti, ⁊ Symphoria-
xj	d	x	cal.	23	Vigilia. (ni martyrum.
xix	e	ix	cal.	24	Bartholomęi apos. dup. Romę celeb. 25.
	f	viij	cal.	25	Ludouici regis Francię confessoris.
viij	g	vij	cal.	26	Zephyrini Papę ⁊ martyris.
	A	vj	cal.	27	
xvj	b	v	cal.	28	Augustini episcopi, cōfesso. ⁊ Eccle. Do- cto. dup. ⁊ cōme. s. Hermetis marty.
v	c	iiij	cal.	29	Decollatio s. Ioānis Baptistę, duplex. ⁊ cōmemorat. sanctę Sabinę martyris.
	d	iij	cal.	30	Felicis ⁊ Adaucti martyrum.
xiij	e	Prid. cal.		31	

Augusti dies	1	Horas habet	14		Nox	10
	10		13	2		10	2
	20		13			11

SEPTEMBER

ij	f	Calendis		1	Egidij abbatis. ꝛ cōmemo. Sanctorum martyrum duodecim fratrum.
	g	iiij	no.	2	
x	A	iij	no.	3	
	b	Prid. no.		4	
xviij	c	Nonis.		5	
vij	d	viij	id.	6	
	e	vij	id.	7	
xv	f	vj	id.	8	Natiuitas beatę Marię. duplex. ꝛ cōmemor. s. Adriani mart. in missis priuatis.
iiij	g	v	id.	9	De octa. s. Mar. ꝛ cō. s. Gorgonij mar.
	A	iiij	id.	10	De octaua.
xij	b	iij	id.	11	De oct. ꝛ cō. ss. Proti ꝛ Hyacinthi mart.
	c	Prid. id.		12	De octaua.
	d	Idibus		13	De octaua. (Nat. s. Marię.
ix	e	xviij	cal.	14	Exaltatio s. Crucis. dup. cū cōme. Octa.
	f	xvij	cal.	15	Octaua natiuitatis beatę Marię, duplex. cum cōmemora. s. Nicomedis marty.
xvij	g	xvj	cal.	16	Cornelij, ꝛ Cypriani pont. ꝛ mar. semidu. ꝛ cōmemo. ss. Eufemię, Lucię, ꝛ Gemi-
vj	A	xv	cal.	17	(niani marty.
	b	xiiij	cal.	18	
xiiij	c	xiij	cal.	19	
iij	d	xij	cal.	20	Vigilia, ꝛ cōm. s. Eustachij, ꝛ sociorū mar.
xj	e	xj	cal.	21	Matthęi apostoli. duplex.
	f	x	cal.	22	Mauricij, ꝛ sociorum martyrum.
xix	g	ix	cal.	23	Lini papę ꝛ mar. semiduplex, ꝛ cōmemo. san. Theclę virginis ꝛ martyris.
	A	viij	cal.	24	
viij	b	vij	cal.	25	
	c	vj	cal.	26	Cypriani, ꝛ Iustinę martyrum.
xvj	d	v	cal.	27	Cosmę, ꝛ Damiani mart. semiduplex.
v	e	iiij	cal.	28	
xiij	f	iij	cal.	29	Dedicatio S. Michaelis archangeli, dup.
ij	g	Prid. cal.		30	Hieronymi psby. cōfe. Eccl. Doct. dup.

Septembris dies	1	Horas habet	1	2	Nox	11 2
	10		12			12
	20		11			13

OCTOBER

	A	Calendis	1	Remigij episcopi ⁊ confessoris.
x	b	vj no.	2	
	c	v no.	3	
xviij	d	iiij no.	4	Francisci confessoris, duplex.
vij	e	iij no.	5	
	f	Prid. no.	6	
xv	g	Nonis.	7	Sácti Marci Papę ⁊ cōfess. ⁊ cō. ss. Sergij, Bacchi, Marcelli, ⁊ Appuleij mart.
iiij	A	viij id.	8	
	b	vij id.	9	Dionysij, Rustici, ⁊ Eleutheri mar. semid.
xij	c	vj id.	10	
j	d	v id.	11	
	e	iiij id.	12	
ix	f	iij id.	13	
	g	Prid. id.	14	Callisti Papę ⁊ martyris. semiduplex.
xvij	A	Idibus.	15	
vj	b	xvij cal.	16	
	c	xvj cal.	17	
xiiij	d	xv cal.	18	Lucę Euangelistę, duplex.
iij	e	xiiij cal.	19	
	f	xiij cal.	20	
xj	g	xij cal.	21	Hilarionis Abbatis, ⁊ cōme. ss. Ursulę, ⁊ sociarum virginum, ⁊ martyrum.
	A	xj cal.	22	
xix	b	x cal.	23	
viij	c	ix cal.	24	
	d	viij cal.	25	Chrysanthi, ⁊ Darię martyrum.
xvj	e	vij cal.	26	Euaristi Papę, ⁊ martyris.
v	f	vj cal.	27	Vigilia.
	g	v cal.	28	Simonis, ⁊ Iudę apostolorum, duplex.
xiij	A	iiij cal.	29	
ij	b	iij cal.	30	
	c	Prid. cal.	31	Vigilia.

Octobris dies		Horas habet			Nox		
	1		11			13	
	10		10	2		13	2
	20		10			14	

NOVEMBER

	d	Calendis	1	Festum omnium sanctorum. duplex.
	e	iiij no.	2	Cōmemoratio omniū fideliū defunctorum. dup. & de octa. omniū Sanctorū.
xviij	f	iij no.	3	De octaua.
vij	g	Prid. no.	4	De octa. & cōmem. ss. Vitalis & Agricolę marty.
	A	Nonis.	5	De octaua,
xv	b	viij id.	6	De octaua,
iiij	c	vij id.	7	De octaua.
	d	vj id.	8	Octaua omniū Sanctorum. dupl. & cōme. ss. Quatuor Coronatorum mar.
xij	e	v id.	9	Dedicatio Basilicę Saluatoris, dup. & cōme. s. Theodori martyris.
j	f	iiij id.	10	Tryphonis, Respicij, & Nymphę marty.
	g	iij id.	11	Martini episcopi & confessoris, duplex. & cōmemo. san. Menę martyris.
ix	A	Prid. id.	12	Martini papę & martyris, semidup.
	b	Idibus.	13	
xvij	c	xviij cal.	14	
vj	d	xvij cal.	15	
	e	xvj cal.	16	
xiiij	f	xv cal.	17	Gregorij Thaumaturgi episcopi & cōfess.
iij	g	xiiij cal.	18	Dedica. Basilicarū Petri, & Pauli. dup.
xj	A	xiij cal.	19	Pontiani papę, & martyris.
	b	xij cal.	20	
xix	c	xj cal.	21	
viij	d	x cal.	22	Cecilię virginis & martyris, semidupl.
	e	ix cal.	23	Clementis papę, & martyris. semidu. & cōmemo. san. Felicitatis martyris.
xvj	f	viij cal.	24	Chrysogoni martyris.
v	g	vij cal.	25	Catharinę virginis & martyris, duplex.
	A	vj cal.	26	Petri Alexandrini episcopi & martyris.
xiij	b	v cal.	27	
ij	c	iiij cal.	28	
	d	iij cal.	29	Vigilia, & cōmemo. san. Saturnini mart.
x	e	Prid. cal.	30	Andreę apostoli, duplex.

Nouembris dies.	1	Horas habet	9	3	Nox	14	1
	10		9	2		14	2
	20		9	1		14	3

DECEMBER

	f	Calendis		1	
xviij	g	iiij	no.	2	Bibianę virginis ⁊ martyris,
vij	A	iij	no.	3	
	b	Prid. no.		4	Barbarę virginis ⁊ martyris, cómemo.
xv	c	Nonis		5	Sabbę abbatis, cómemora.
iiij	d	viij	id.	6	Nicolai episcopi ⁊ cófessoris, semiduplex.
	e	vij	id.	7	Ambrosij episcopi, ⁊ cóf. ⁊ Eccl. doc. dup.
xij	f	vj	id.	8	Conceptio beatę Marię, duplex.
j	g	v	id.	9	
	A	iiij	id.	10	Miltiadis papę ⁊ martyris, cómemora.
ix	b	iij	id.	11	Damasi papę ⁊ confessoris, semiduplex.
	c	Prid. id.		12	
xvij	d	Idibus		13	Lucię virginis ⁊ martyris, duplex.
vj	e	xix	cal.	14	
	f	xviij	cal.	15	
xiiij	g	xvij	cal.	16	
iij	A	xvj	cal.	17	
	b	xv	cal.	18	
xj	c	xiiij	cal.	19	
	d	xiij	cal.	20	Vigilia.
xix	e	xij	cal.	21	Thomę apostoli, duplex.
viij	f	xj	cal.	22	
	g	x	cal.	23	
xvj	A	ix	cal.	24	Vigilia.
v	b	viij	cal.	25	Natiuitas Dñi nostri Iesu Christi, dup.
	c	vij	cal.	26	Stephani proto. dup. ⁊ cóm. Oct. Nat.
xiij	d	vj	cal.	27	Ioánis apos. ⁊ Euág. dup. ⁊ cóm. Octa.
ij	e	v	cal.	28	Sáctorú Innocétiú mar. dup. ⁊ có. Oct.
	f	iiij	cal.	29	Thomę Cantuar. episcopi ⁊ marty. semiduplex, ⁊ cómemoratio Octauarum.
x	g	iij	cal.	30	De Dominica infra Octauaȝ Natiuitatis, vel de Octaua, cuȝ cóme. Octauarum,
	A	Prid. cal.		31	Syluestri papę ⁊ confessoris, duplex. cum commemorati. Octauarum.

Decembris dies	1	Horas habet	9	Nox	15
	10		9		15
	20		9		15

AD maiorem commoditatem inueniendi Festa mobilia: posita est sequens tabula in qua: inuenta litera dominicali: & apud eam aureo numero anni currentis: ad rectam lineam eiusdem Aurei numeri progrediendo: omnia festa mobilia illius anni: quo die & mense aduenerint: reperiuntur. In anno autem bissextili semper Septuagesima querenda est per primam literam Dominicalem. Quod si ipsa Septuagesima venerit ante iiii. idus Februarii: etiam dies Cinerum per ipsam primam literam debet queri. Si vero Septuagesima post iiii. idus Februarii venerit: dies Cinerum cum reliquis Festis mobilibus querenda est per secundam literam dominicalem: que mutatur in festo S. Matthie. Si autem numerus dierum Septuagesime & aliorum festorum mobilium ad rectam lineam aurei numeri anni currentis in secunda litera assignatus superet numerum dierum huiusmodi ad rectam lineam eiusdem aurei numeri in primam literam assignatum: tunc reliqua festa mobilia post Septuagesimam non erunt sumenda ad rectam lineam aurei numeri currentis in secunda litera: sed ad rectam lineam Septuagesime: que vnius diei numero minus in secunda litera signatur. Ut: si in litera D: Septuagesima signatur 15. Februarii: cineres & reliqua Festa mobilia sumuntur ad rectam lineam Septuagesime: que in secunda litera C: ponitur 14 Februarii: & in huiusmodi aliis similiter. Quia numerus dierum in secunda litera signatus: vno die semper in anno Bissextili minuitur a numero dierum prime litere.

Tabula Perpetua.

Litera Dñicalis.	Aureus numerus.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Dies Pasche.
A	1.4.9.12.	5 Feb.	22 febr.	9 Aprilis
	2.5.13.16.	22 Jan.	8 febr.	26 Martij
	3.6.11.14.17.	12 feb.	1 martij	16 Aprilis
	7.10.15.18.	29 Jan.	15 febr.	2 Aprilis
	8. 19.	19 febr.	8 martij	23 Aprilis
B	1.9.12.17.	6 febr.	23 febr.	10 Aprilis
	2.5.13.16.	23 Janu.	9 febr.	27 Martij
	3.6.11.14.	13 febr.	2 martij	17 Aprilis
	4.7.10.15.18.	30 Jan.	16 febr.	3 Aprilis
	8. 19.	20 febr.	8 febr.	24 Aprilis
C	1.6.9.12.17.	7 febr.	24 febr.	11 Aprilis
	2.5.10.13.16.	24 Jan.	10 febr.	28 martij
	3.11.14.19.	14 febr.	3 martij	18 aprilis
	4.7.15.18.	31 Janu.	17 febr.	4 aprilis
	8.	21 febr.	10 martij	25 aprilis
D	1.6.9.17.	8 febr.	25 febr.	12 Aprilis
	2.5.10.13.	25 ianu.	11 febr.	29 martij
	3.8.11.14.19.	15 febr.	4 martij	19 aprilis
	4.7.12.15.18.	1 febr.	18 febr.	5 aprilis
	16.	18 ianu.	4 febr.	22 martij
E	1.4.7.12.15.	2 febr.	19 febr.	6 Aprilis
	2.10.13.18.	26 ianu.	12 febr.	30 martij
	3.8.11.19.	16 febr.	5 martij	20 aprilis
	5.16.	19 Jan.	5 febr.	23 martij
	6.9.14.17.	9 febr.	26 febr.	13 aprilis
F	1.4.12.15.	3 febr.	20 febr.	7 Aprilis
	2.10.13.18.	27 ianu.	13 febr.	31 martij
	3.6.7.9.14.17.	10 febr.	27 febr.	14 aprilis
	5.16.	20 Jan.	6 febr.	24 martij
	8.11.19.	17 febr.	6 martij	21 aprilis
G	1.4.9.12.15.	4 febr.	21 febr.	8 Aprilis
	2.7.10.18.	28 ianu.	14 febr.	1 aprilis
	3.6.14.17.	11 febr.	28 febr.	15 aprilis
	5.13.16.	21 ianu.	7 febr.	25 martij
	8.11.19.	18 febr.	7 martij	22 aprilis

Tabula perpetua Festorum mobilium.

Ascēsio domini.	Dies Pētecostes.	Corpus Christi.	Dñicę post pet.	Aduentus domini.
18 Maij	28 Maij	8 Junij	26	3 Decemb.
4 maij	14 maij	25 Maij	28	3 Decemb.
25 maij	4 Junij	15 iunij	25	3 Decemb.
11 maij	21 maij	1 iunij	27	3 Decemb.
1 Junij	11 Junij	22 iunij	24	3 Decemb.
19 Maij	29 Maij	9 iunij	25	27 Nouemb.
5 maij	15 maij	26 maij	27	27 Nouemb.
26 maij	5 iunij	16 iunij	24	27 Nouemb.
12 maij	22 maij	2 iunij	26	27 Nouemb.
2 Junij	12 iunij	23 iunij	23	27 Nouemb.
20 Maij	30 Maij	10 iunij	25	28 Nouemb.
6 maij	16 maij	27 maij	27	28 Nouemb.
27 maij	6 iunij	17 iunij	24	28 Nouemb.
13 maij	23 maij	3 iunij	26	28 Nouemb.
3 Junij	13 iunij	24 iunij	23	28 Nouemb.
21 Maij	31 maij	11 iunij	25	29 Nouemb.
7 maij	17 maij	28 maij	27	29 Nouemb.
28 maij	7 iunij	18 iunij	24	29 Nouemb.
14 maij	24 maij	4 iunij	26	29 Nouemb.
30 maij	10 maij	2 maij	28	29 Nouemb.
15 maij	25 maij	5 iunij	26	30 Nouemb.
8 maij	18 maij	29 maij	27	30 Nouemb.
29 maij	8 iunij	19 iunij	24	30 Nouemb.
1 maij	11 maij	22 maij	28	30 Nouemb.
22 maij	1 iunij	12 iunij	25	30 Nouemb.
16 maij	26 maij	6 iunij	26	1 Decemb.
9 maij	19 maij	30 maij	27	1 Decemb.
23 maij	2 iunij	13 iunij	25	1 Decemb.
2 maij	12 maij	23 maij	28	1 Decemb.
30 maij	9 iunij	20 iunij	24	1 Decemb.
17 maij	27 maij	7 iunij	26	2 Decemb.
10 maij	20 maij	31 maij	27	2 Decemb.
24 maij	3 iunij	14 iunij	25	2 Decemb.
3 maij	13 maij	24 maij	28	2 Decemb.
31 maij	10 iunij	21 iunij	24	2 Decemb.

An verus Aureus numerus in singulis Mensibus.

NOtandum est, facile cognosci posse, an in singulo quoque mense verus sit Aureus numerus: Adde post vnumquenque numerum octo vsque ad 19. & qui ex additione octo, euenerit numerus, verus erit Aureus numerus. Quod si supra 19. addendo octo, euaseris numerum: qui reliquus fuerit, dempto 19. verus erit numerus.

Ex quot diebus constet vnusquisque Mensis.

Triginta Aprilis, Iuni, Septemque, Nouemque,
Vno plus alij, viginti Februus octo:
At si bissextus fuerit, superadditur vnus.
Et tunc bis sexto Marti conscribe Calendas.

De numero Nonarum, ac Iduum singulorum Mensium.

Sex Nonas Maius, October, Iulius, & Mars.
Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo.

Et notandum, primo quoque die mensis dicendũ Calendis: Quinto, Nonis: Decimotertio, Idibus, vbi Nonę quatuor. vbi vero sex, Septimo, Nonis: Decimoquinto, Idibus in casu sexto. Reliquis autem diebus, pridie, tertio, quarto Calendas, aut Nonas, aut Idus in casu quarto, retrorsum numerando vsque ad eum diem, quo aut Calendis, aut Nonis, aut Idibus dicimus, quemadmodum in singulis mensibus videre licet.

Quando inchoatur Aduentus Domini.

ADuentus domini inchoatur Dominica proximiori festo sancti Andreę, vel ipsa die s. Andreę, si in dominica venerit.

Quatuor tempora.

QVatuor tempora celebrantur IIII. & vj. feria, ac sabbato post tertiam Dominicam Aduentus. Post primam Dominicam Quadragesimę. Post pentecosten. Post festum Exaltationis Sanctę Crucis.

Nuptię iuxta decretum Concilij Tridentini.

A Dominica prima Aduentus vsque in diem Epiphanię: & à feria quarta Cinerum vsque in octauam Paschatis inclusiue, sancta Synodus sollemnitates Nuptiarum prohibet. In alijs verò temporibus nuptias sollemniter celebrare permittit.

Alia tabula perpetua ad inueniendum Festa Mobilia.

Litere Martyr.	Aureus numer⁹.	Litera dñicalis.	Septuagesima.	Cinis.	Pascha.	Ascēsio.	Pētecoste.	Corpus domini.
b	5	d	18. Jan.	4. Feb.	22 Mar.	30. Apri.	10 Maij	21. maij.
		e	19	5	23	1. Maij.	11	22
q	13	f	20	6	24	2	12	23
e	2	g	21	7	25	3	13	24
		A	22	8	26	4	14	25
n	10	b	23	9	27	5	15	26
		c	24	10	28	6	16	27
b	18	d	25	11	29	7	17	28
k	7	e	26	12	30	8	18	29
		f	27	13	31	9	19	30
s	15	g	28	14	1. April.	10	20	31
g	4	A	29	15	2	11	21	1. Jun.
		b	30	16	3	12	22	2
p	12	c	31	17	4	13	23	3
d	1	d	1. Feb.	18	5	14	24	4
		e	2	19	6	15	25	5
m	9	f	3	20	7	16	26	6
		g	4	21	8	17	27	7
A	17	A	5	22	9	18	28	8
i	6	b	6	23	10	19	29	9
		c	7	24	11	20	30	10
r	14	d	8	25	12	21	31	11
f	3	e	9	26	13	22	1. Jun.	12
		f	10	27	14	23	2	13
o	11	g	11	28	15	24	3	14
		A	12	1. mar.	16	25	4	15
c	19	b	13	2	17	26	5	16
l	8	c	14	3	18	27	6	17
		d	15	4	19	28	7	18
		e	16	5	20	29	8	19
		f	17	6	21	30	9	20
		g	18	7	22	31	10	21
		A	19	8	23	1. Jun.	11	22
		b	20	9	24	2	12	23
t	16	c	21	10	25	3	13	24

IN presenti tabula quere Aureum numerum anni currentis, sub quo literam Dominicalem anni eiusdem quę prima tibi occurrerit. Nam ex eius directo habebis Festa mobilia ipsius anni, quoto scilicet die mensis celebrentur: qui dies eius mensis est, cuius nomen proxime suprascribitur. Verum in anno Bissextili ex geminis literis Dominicalibus capienda est posterior: quę scilicet post Sancti Mathię festum anno seruit. Sed tunc Septuagesima, ac etiam Quadragesima, si intra Februarium ceciderit, celebranda est postridie, quam Tabula indicabit.

A sinistro latere eiusdem tabulę existunt etiam literę Martyrologij, Aureo numero accommodatę, vt eo habito deprehendas e regione literam Martyrologij tali anno debitam. Hoc anno 1570. cum Aureus numerus sit 13. litera Martyrologij erit Q. Sequenti anno 1571. quia Aureus numerus curret 14. erit litera Martyrologij R. & c. Finitis 19. annis, redeundum est ad principium cum annis currentibus.

RUBRICAE GENERALES MISSALIS.



Missa quotidie dicitur secundum ordinem Officij de Festo duplici, vel semiduplici, vel simplici: de Dominica, vel Feria: de vigilia, & de octaua: & extra ordinem Officij, Votiua, vel pro Defunctis. De duplici.

Missa dicitur de Duplici illis diebus quibus in Calédario ponit hęc nota, Duplex. & in festis mobilibus, quandocumque Officium fit duplex. In duplicibus dicitur vna tantum Oratio nisi aliqua commemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur vt in proprijs missis assignatum est. Quádo dici debet, Gloria in excelsis, & Credo. inferius dicetur in proprijs rubricis.

De Semiduplici, & Simplici.

Missa de semiduplici dicitur, quando in Calendario ponitur hęc vox, Semiduplex. Pręterea, in Dominicis, & diebus infra Octauas. In semiduplicibus tam festis, quam Dominicis, & infra Octauas dicuntur plures Orationes, vt dicetur in rubrica De oratione: infra Octauam dicitur Missa sicut in die Festi, nisi propriam Missam habuerit: in Dominicis vero sicut in proprijs locis assignatur. De simplici dicit Missa sicut de semiduplici, vt suis locis ponit. De Feria, & Vigilia.

Missa de Feria dicitur, quando non occurrit festum, vel octaua, vel sabbatum, in quo fit officium beatę Marię. In ferijs tamen Quadragesimę, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, etiá si duplex, vel semiduplex festú, vel octaua occurrat, in Ecclesiis collegiatis dicuntur duę Missę, vna de feria, altera principalis de festo. In Vigiliis auté quę veniunt infra octauam, missa dicitur de vigilia cum commemoratione octauę. Si festum habens Vigiliam celebretur feria secunda, Missa Vigilię dicitur in Sabbato, sicut etiam fit officium. Missa Vigilię in Aduentu occurrentis, dicitur cum commemoratione de Aduentu, licet de ea non sit factum officium. Si in Quadragesima & Quatuor Temporibus occurrat vigilia, dicatur Missa de feria cum cómemoratione vigilię. Toto tempore Paschali non dicitur Missa de Vigilia, nisi in vigilia Ascensionis, quę tamen non ieiunatur, sicut nec vigilia Epiphanię.

De missis Votiuis S. Marię, & aliis.

In Sabbatis nó impeditis festo duplici, vel semiduplici, dicitur Missa de Sancta Maria secundum varietatem temporum, vt in fine Missalis ponitur. Si sabbatum fuerit impeditum festo duplici, semiduplici, Octaua, Vigilia, Feria Quatuor temporum, & Quadragesimę, Missa principalis dicitur secundum officium diei. In Aduentu autem licet officium non fiat de Sancta Maria in sabbato, dicitur tamen Missa principalis de ea cum commemoratione de Aduentu, nisi fuerint Quatuor Tempora vt supra. Aliis diebus infra Hebdomadam quando officium fit de feria (exceptis Ferijs Aduentus, Quadragesimę, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum) dici potest aliqua Missa Votiua etiam in principali missa quę dicitur Conuentualis, secundum ordinem dierum in fine Missalis assignatú. Quę tamen Missę, & alię quęcunque votiuę, in Missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunque die officium non est duplex. Id vero passim non fiat, nisi rationabili de causa: &, quoad fieri potest, Missa cum officio conueniat. De Missis defunctorum.

Prima die cuiusque mensis (extra tempus Paschale) nó impedita officio duplici vel semiduplici, dicitur Missa principalis generaliter pro defunctis sacerdotibus, benefactoribus, & aliis. In ecclesiis autem collegiatis dicantur duę missę, vna pro defunctis, alia de festo simplici si occurrit: vel de feria, si propriam habeat missam, vel resuméda sit missa de Dominica, quia Dominica pręcedens fuit impedita, & infra Hebdomadam non occurrit alius dies in quo resumi possit Missa de Dominica. Sed in ecclesiis non collegiatis dicatur missa de die cum commemoratione generaliter pro defunctis. Pręterea Feria secunda cuiusque hebdomadę in qua officium fit de Feria, missa principalis dici potest pro defunctis. Si autem fuerit propria missa de Feria vel de festo simplici in collegiatis Ecclesiis dicantur duę Missę, alioquin in missa de die fiat commemoratio, (vt dictum est) pro defunctis. Excipitur tamé totum tempus Paschale. &, quando per annum officium est duplex, vel semiduplex: quibus temporibus non dicitur missa principalis pro defunctis nisi in die Depositionis defuncti, & in Anniuersario pro defunctis. Et similiter, nisi fuerit duplex, quocunque die dici possunt priuatę missę pro defunctis, pręterquá in Dominicis. In die Commemorationis omnium Defunctorum, & in die Depositionis & Anniuersario defuncti, dicitur vna tantum Oratio: in aliis missis, plures, vt in Rubrica de commemorationibus dicetur. Sequentia pro defunctis dicitur in die omnium fidelium defunctorum, & depositionis defuncti. In Anniuersario autem, & Missa cói pro defúctis dicatur pro arbitrio sacerdotis.

De Translatione Festorum.

IN dicendis missis seruetur ordo Breuiarij de Translatione festorum duplicium et semiduplicium, quando maiori aliquo festo, seu Dominica impediuntur. In Ecclesijs autem, vbi titulus est Ecclesie, vel concursus populi ad celebrandum Festuz quod transferri debet, possunt cantari due misse, vna de die, alia de festo: aut saltez commemoratio fieri de festo, si eo die de festo in illa ecclesia officiũ fieri nõ debeat, vt dicitur in sequẽti ẽrubrica.

De Commemorationibus.

COmmemorationes in Missis, fiunt sicut in Officio. De festo simplici fit commemoratio in missa, quando de eo in officio facta est commemoratio in vesperis, Quando autem de eo fit commemoratio tantum ad laudes: in missa sollemni nulla fit commemoratio de eo, sed in missis tantum priuatis. De Dominica fit commemoratio, quando in ea fit de festo duplici. De octaua fit commemoratio, quando infra octauam fit de aliquo festo, nisi illud festuz fuerit de exceptuatis in rubrica officij de Commemorationibus. item quando infra octauam fit de Dominica. De Feria fit commemoratio in Aduentu, Quadragesima, Quatuor temporibus, Rogationibus, et Vigilijs, quando missa dicenda est de festo duplici vel semiduplici illis temporibus occurrente. Sed in ecclesijs Collegiatis vbi plures Sacerdotes quotidie celebrant, in Dominicis, Ferijs, Rogationibus, et Vigilijs predictis dicuntur due misse, vna de Festo, alia de Dominica, vel Feria, et Vigilia predictis, absque vlla vtrorumque commemoratione. Quando infra Hebdomadam dicuntur misse Votiue, post primam orationem semper dicatur Oratio eius de quo fit officium. Quando fit commemoratio de Feria Quatuor temporum, pro ferie commemoratione dicitur prima oratio que concordat cum officio. in faciendis commemorationibus seruetur ordo vt in Breuiario, de Dominica ante festum semiduplex, quod infra octauam celebratur: de festo semiduplici ante octauam: de Octaua ante Ferias predictas: de Ferijs predictis ante festuz simplex, de festo simplici ante orationes votiuas. Si agenda sit commemoratio pro Defunctis, semper ponitur penultimo loco. In alijs commemorationibus predictis seruetur dignitas orationum, vt de spiritu Sancto ante beatam Mariam, de Angelis ante Apostolos, et similiter in alijs. In missis Defunctorum nulla fit commemoratio pro Viuis, etiam si oratio esset cõis pro viuis et defunctis. Quando dicuntur plures orationes, prima tantũ et vltima cũ sua conclusione terminant, et ante primã et secundã orationem tantũ dicitur Oremus: ante primã dicitur etiaz Dns vobiscum. Cum vero dicuntur plures orationes, et vna oratio eadẽ sit cuz alia ibidẽ dicẽda, oratio huiusmodi illa scilicet que eadẽ est, non alie cõmutet cũ alia de cõi, vel proprio, que sit diuersa. In conclusione orationũ animaduertat, si oõo dirigat ad Patrẽ, concluditur Per dominũ nostrũ et c. Si ad filiũ, Qui viuis et regnas cum Deo patre etc. Si i principio oõnis fiat mẽtio Filij, cõcludit Per eundez. Si in fine orationis, eius fiat mẽtio, Qui tecum viuit. Si facta sit mẽtio Spiritus sancti, in conclusione dicitur, In vnitate eiusdẽ spiritus sancti deus etc.

De Introitu, et Kyrieleison.

INtroitus semper eodez modo dicitur cuz Gloria patri, vt in Ordinario, preterquez tempore Passionis, et in missis Defunctorũ, vt etiã ibi annotatum est. Kyrieeleison dicitur nouies post Introitum, alternatim cum ministro, idest, ter, Kyrie eleison. ter. Christeeleison. ter Kyrie eleison.

De Gloria in excelsis.

GLoria in excelsis. dicitur quandocunque in Matutino dictus est hymnus Te deuz laudamus: preterquã in missa Ferie v. in Cena Domini, et Sabbati sancti. In missis Votiuis nõ dicitur, nisi in missa Sãcte Trinitatis, beate Marie, et Angelorum: et in alijs, quando missa Votiua dicenda est pro re graui, vel pro publica ecclesie causa. Neque etiam dicitur in missis Defunctorum.

De Orationibus et Epistola.

IN festis duplicibus dicitur vna tantũ Oratio, nisi facienda sit aliqua cõmemoratio, vt dictũ est supra. In festis semiduplicibus occurrentibus ab octaua Pẽtecostes vsqz ad Aduẽtum, et a Purificatione vsqz ad Quadragesimã dicitur secunda oõo, A cunctis: tertia ad libitũ. In festis semidupl. occurrẽtib⁹ ab octaua Epiph. vsqz ad Purificationẽ. dr ij. oõo, De⁹ qui salutis: tertia, Ecclesie, vel p Papa. in festis semiduplicib⁹ a Feria quarta Cinerũ vsqz ad Dñicã Passionis, secũda, de Feria: tertia, A cũctis. in festis semiduplicib⁹, a Dñica Passionis vsqz ad Dñicaz Palmarũ: secũda oõo, de Feria, tertia, Ecclesie, vel p Papa. In festis semiduplicib⁹ ab octaua Pasche vsqz ad Ascẽsionẽ, secũda oõo, de sancta Maria, Cõcede: tertia, Ecclesie, vel pro Papa. in festis semiduplicibus infra octauas occurrentibus secunda oratio dicitur de octaua, tertia, Ecclesie, vel pro Papa. In infra octauas Pasche, et Pentecost. quando missa dicitur de octaua, dicuntur due tantum Orationes, vna de die, alia Ecclesie, vel pro Papa. Infra alias octauas, et in Vigilijs que ieiunantur (excepta vigilia Natiuitatis Domini et Pentecostes) dicuntur tres, vna de die, secunda de sancta Maria, tertia, Ecclesie vel pro Papa. Sed infra octauas sancte Marie, secunda oratio dicitur de Spiritu sãcto, alia Ecclesie vel pro Papa. In Dominicis infra octauam occurrentibus, dicuntur due orationes, vna de Dominica, se-

cunda

cunda de Octaua. In die octaua, dicitur vna tantum oratio, nisi aliqua commemoratio agenda sit. In Dominicis dicuntur tres, vt in ordinario assignantur. In festis simplicibus, et ferijs per annum, dicuntur tres, vt in semiduplicibus: possunt etiam dici quinque, vel septem ad libitum. In missis Votiuis quando dicuntur pro re graui vel pro publica ecclesie causa, dicitur tantum vna Oratio: sin aliter, dicuntur plures, vt in festis simplicibus. Si occurrat fieri commemoratio alicuius Sancti, ea ponitur secundo loco, et tertia oratio dicitur que secūdo loco dicenda erat. Post vltimam orationē, dř Epistola: qua finita, a ministris dicitur, Deo gratias.

De Graduali.

GRaduale, semper dicitur post Epistolam, preterquam Tempore Paschali, cuius loco tunc dicuntur duo versus, vt dicitur in rubrica posita ad missam Sabbati in Albis.

De Alleluia post Graduale vel Epistolam dicendo: et de Euangelio.

POst Graduale, dicuntur duo Alleluia, deinde Versus et post versum, vnū Alleluia. Tempore Paschali quando non dicitur Graduale, dicitur aliud Alleluia post secundū Versū, et qñ dř Sequentia, non dř post vltimum Versum, sed post Sequentiam. A Septuagesima vsque ad Sabbatum sanctum, non dicitur Alleluia: neque dicitur in missis de Feria in Aduentu, Quatuor temporibus, et Vigilijs, excepta Vigilia Natiuitatis Domini si venerit in Dominica, et vigilia Pasche et Pentecostes, ac Quatuor temporibus Pentecostes. Nec dicitur in festo Innocentum, nisi venerit in Dominica. A Septuagesima vsqz ad Pascha, eius loco dř Tractus: Qui Tractus predicto tēpore in aliquibus Ferijs nō dř: neqz etiā in Ferijs a Septuagesima vsqz ad Quadragesimā qñ repetitur missa Dominice. Dicto Graduali, seu, Alleluia, seu Tractu: dicitur Euangelium, Et in principio Euangelij dicitur, Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo: deinde, Sequentia sancti euangelij secundum N. ℟. Gloria tibi domine. In fine Euangelij a ministris dicitř, Laus tibi Christe. Postea, si dicendum est, dicitur, Credo.

De Symbolo.

SYmbolum, dicitur post Euangelium in omnibus Dominicis per annum, etiā si in eis fiat de festo, in quo alias non diceretur. In tribus missis de Natiuitate Domini, et deinceps vsque ad octauā beati Joannis Apostoli inclusiue. In Epiphania, et per octauā. Feria v. in Cena Domini. In Paschate Resurrectionis, et per octauā. In Ascensione Domini, et per octauā. In Pentecoste, et per octauam. In festo Corporis Christi, et per octauam. In omnibus festis beate Marie, et

M. N. R.

per octauas. In omnibus festis Apostolorum, et Euangelistarum, et per octauas. In festis quatuor Doctorum, videlicet, Gregorij, Ambrosij, Augustini, et Hieronymi, addito festo sancti Thome de Aquino. Item, Basilij, Athanasij, Gregorij Nazianzeni, et Joannis Chrysostomi. In vtraqz Cathedra Sancti Petri: et in festo Sancti Petri ad Vincula. In festis Conuersionis, et Commemorationis Sancti Pauli Apostoli. In festo Sancti Joannis ante portam Latinam. In festis Inuentionis, et Exaltationis sancte Crucis. In festis Angelorum. In festo sancti Barnabe Apostoli. In festo sancte Marie Magdalene. In Trāsfiguratione domini. [illegible] octauarum sancti Joannis Baptiste, et sancti Laurentij. In festo omnium sanctorum, et per octauam. In Dedicationibus Sancti Saluatoris, et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli. In Dedicatione proprie Ecclesie, et per octauam. In die Consecrationis Ecclesie, vel Altaris. In festis Sanctorum quibus dedicata est ecclesia: et vbi habetur Corpus vel insignis Reliquia sancti de quo agitř. In die Creationis, et Coronationis summi Pontificis, et in Anniuersario eiusdem diei. Item, in omnibus festis, que in Dominicis, et per octauas celebrantur: in quibus ratione Dominice et Octaue dici debet. In festo patroni alicuius loci: vel tituli Ecclesie: et in festis principalibus Ordinum: et per eorum octauas, in ecclesijs tantum illius Ordinis. Item dicitř Credo, in missis votiuis, que sollemniter pro re graui vel pro publica Ecclesie causa celebrantur.

De Prefationibus.

PRefationes dicuntur vt in Ordinario adnotatū est, et que in Quadragesima, tēpore Paschali, et infra octauas proprie assignantř, dicuntur etiā Dominicis et Festis que illis tēporibus celebrantř, nisi illa festa propriā Prefationē habeant. In Missis votiuis dř etiā Prefatio ppria si propriā habeāt. Et qñ aliqua missa votiua pro publica causa sollemniter celebratř, dř in cātu sollemni vt in duplicibus et semiduplicibus.

De Secretis.

ORationes secrete, dicuntř secundū numerū Orationū que palam dicte sunt: sed ante primā orationē non dicitř Dominus vobiscum. nec aliquid aliud: sed dicto Suscipiat dñs sacrificiū, absolute dicuntř: neqz etiā ante secundā orationem dicitur Oremus. Terminatř autē prima, et vltima oratio, vt dictū est supra in rubrica de orationibus.

De Ite missa est, et Benedicamus domino, et Benedictione.

ITe Missa est, dicitur quandocunque dicitur Gloria in excelsis. Cum non dicitur; eius loco dicitur Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. In missis Defunctorum, dicitur Requiescāt in pace. ℟. Amē. Dicto Placeat,

datur Benedictio, quę a celebrante semper datur in missa, pręterquam in missis Defunctorum.


De Euangelio sancti Ioannis dicendo in fine Missę.

EUangelium sancti Ioannis, quod incipit *In principio*: nunquam prętermittitur in missa, nisi quando fit de festo in aliqua Dominica, vel Feria, quę habet Euangelium proprium: tunc enim eius loco dicitur proprium: Et in tertia missa de die Natiuitatis Domini: quia tunc dicitur Euangeliū de Epiphania, *Cū natus esset Iesus.*

De ordinanda Missa ex supradictis rubricis.

SUpradictis rubricis cognitis, siquis velit ordinare Missam diei, recurrat ad Ordinarium Missarum de Tempore, vel de Sanctis secundum qualitatem officij. Si proprium non habeat recurrat ad Commune Sanctorū. Si de Feria agendum sit, & propria missa non fuerit de Feria, dicatur missa pręcedentis Dominicę, omissis *Gloria in excelsis*, & *Symbolo*: pręterquam tempore Paschali, in quo semper dicitur *Gloria in excelsis*, secundum rubricas supradictas. Si dicenda sit missa Votiua, requiratur post Commune Sanctorum suo loco. Si plures orationes dicendę sint, requirantur post missas votiuas, suo loco de singulis rebus singulę. Si pro defunctis dicenda sit missa, habetur post missas votiuas, cum collectis diuersis, circa finem Missalis. Ordinarium totius Missę cum Pręfationibus, Canone, & alijs dicendis, habetur suo loco cum Proprio Missarum de Tempore.

DE PRAEPARATIONE SACERDOTIS CELEBRATURI.



SAcerdos celebraturus, seruatis ijs quę superius dicta sunt, quo ad pręuiam Confessionem, & horas Canonicas, Matutino saltem absoluto, orationi aliquantulum vacet, & orationes infertius positas pro temporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locum in Sacristia vel alibi pręparatum, vbi paraměta, aliaque ad celebrationem necessaria habentur: accipit Missale, perquirit missam, perlegit, & signacula ordinat ad ea quę dicturus est. Postea lauat manus, dicens orationem infertius positam. Deinde pręparat calicem, ponens super eius os purificatorium, & super illud patenam cum hostia, quam tegit parua palla, & velo serico: super velo ponit bursam coloris paramentorum intus habens corporale plicatum. Quibus ita dispositis accedit ad paramenta, vbi calceatus pedibus, & indutus vestibus sibi conuenientibus, quarum exterior saltē talum pedis attingat: induit se, si sit Pręlatus secularis, supra rochettū: si sit Pręlatus regularis, vel alius Sacerdos secularis, supra superpelliceum, si commode haberi possit: alioquin, sine eo supra vestes communes, dicens ad singula singulas orationes infertius positas. Ac primum accipiens Amictum circa extremitates & chordulas, osculatur in medio, & ponit super caput, & mox declinat ad collum, & eo circa vestium collaria tegens, ducit chordulam sub brachijs, & circunducens per dorsum ad ventrem reducit, & ligat. Tum Alba induitur, caput submittens, deinde manicam dextram brachio dextro, & sinistram sinistro imponens: albam ipsam corpori adaptat, eleuat ante, & a lateribus hinc inde, & Cingulo per ministrum a tergo sibi porrecto, se cingit. Minister eleuat Albam supra cingulum circum circa, vt honeste dependeat, & tegat vestes: ac eius fimbrias diligenter aptat, vt ad latitudinem digiti vel circa supra terram ęqualiter fluat. Sacerdos accipit Manipulum, osculatur crucem in medio, & imponit brachio sinistro. Deinde ambabus manibus accipiens stolam, simili modo deosculatur, & imponit medium eius collo, ac transuersando eam ante pectus in modum crucis, ducit partem a sinistro humero pendentem ad dextram, & partem a dextro humero pendentem ad sinistram. Sicque vtranque partem stolę extremitatibus cinguli hinc inde ipsi cingulo coniungit. Si celebrans sit Episcopus, non ducit stolam ante pectus in modum crucis, sed sinit hinc inde vtrasque extremitates pendere: & accipit cruciculam a collo ante pectus chordulis pendentem. Postremo Sacerdos accipit planetam. Si sit Episcopus, & sollemniter celebrat, accipit paramenta, & alia vt in Pontificali.

De ingressu Sacerdotis ad altare.

SAcerdos omnibus paramentis indutus accipit in manu sinistra calicem vt supra pręparatum, & bursam manu dextra super calice tenens, capite cooperto accedit ad altare, ministro cum Missali, & alijs ad celebrandum necessarijs pręcedente. Procedit autem oculis demissis, incessu graui, erecto corpore. Si vero contigerit eum transire ante altare maius, capite cooperto faciat ad illud reuerentiam: si ante locum sacramenti, genuflectit. Si ante altare vbi celebratur missa in qua eleuatur sacramentum, similiter genuflectat, & detecto capite illud adoret. Cum peruenerit ad altare, stans ante illud in infimo gradu, caput detegat, biretum ministro porrigens, & altari, seu imagini crucifixi desuper positę, profunde inclinat. Si autē in eo sit tabernaculū sanctissimi Sacramenti, genuflectens debitam facit reuerentiam. Tunc ascendit ad medium altaris, ibi ad cor-

nu Euangelij sistit Calicem: extrahit corporale de bursa, qd extēdit in medio altaris, et super illud calicem velo coopertum collocat. Si in altari paramenta accepit, hoc idem facit antequā descendat ab altari missam incboaturus. Si est consecraturus plures hostias pro Communione facienda, quę ob quantitatē super patena manere non possint: locet eas super Corporale ante Calicem, aut in aliquo calice vel vase mundo cōsecrato eas ponit retro post Calicem, et alia patena cooperit. Collocato calice in altari, accedit ad cornu epistolę, Missale super cussino aperit, reperit missā, et signacula suis locis accommodat. Deinde rediens ad medium altaris, facta primum Cruci reuerentia, descendit ad gradū infimū altaris pro missa incboanda. ¶ In missa solenni calix, missale, et alia necessaria pręparantur antequam sacerdos veniat ad altare. Ipse autē procedit cum ministris: et cum peruenerint ad infimū gradū altaris, ibi medius inter Diaconum a dextris, et Subdiaconum a sinistris, antequam ascendat ad altare, facit cum ipsis (vt infra) Confessionē. ¶ In missa pōtificali omnia seruent, vt in Pontificali et Cęremoniali Romano ordinatur: cuius Pontificalis ordinem Episcopus nunquam prętermittit, quandocunque cum Diacono et Subdiacono paratis celebrat.

De principio Missę, et Confessione facienda.

SAcerdos quamprimum descenderit ad infimum gradum altaris, conuertit se ad ipsum altare, vbi stans ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius Cruci vel altari reuerentia, erectus incipit Missam. Si autem celebraturus sit coram Summo Pontifice, sistit se in infimo gradu altaris a cornu euangelij ante ipsum Pontificem, vbi genuflexus expectat: accepta benedictione erigit se, stans versus altare incipit Missam. Si autem sit coram Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residētijs, vel loco iurisdictionis: stans in infimo gradu a cornu euangelij, vt supra expectat: dato signo facit profundam reuerentiam Pręlato, et versus ad altare incipit Missam. Si autem solenniter celebrat coram Summo Pontifice, aut alio ex Pręlatis prędictis: stans a sinistris Pręlati, facit cū eo Confessionem, et alia seruat vt in Cęrimoniali Romano, et in Pontificali ordinatur. Stans igitur celebrans in infimo gradu altaris vt supra, producens manu dextra a fronte ad pectus signum crucis, dicit intelligibili voce, In nomine patris, et filij, et spiritus sancti. Amen. Et postquam id dixerit, non debet aduertere quemcunque in alio altari celebrantem, etiam si sacramentum eleuet, sed continuate prosequi missam suam vsque ad finem. Cū seipsum signat, sinistrā ponit infra pectus: in alijs benedictionibus cum est ad altare, et seipsum non benedicit, ponit eam super altari. Seipsum benedicens, vertit ad se palmā manus dextrę, et omnibus illius digitis iunctis et extensis, a fronte ad pectus et ab humero sinistro ad dextrum, signū crucis format. Si vero alijs, vel rem aliquam benedicit, paruum digitum vertit ei cui benedicit, ac benedicendo totam manum dextrā extendit, omnibus illius digitis pariter iunctis et extensis: quod in omni benedictione obseruatur. Postquam dixerit, In nomine patris etc. vt supra: iungit manus ante pectus pronuncians clara voce Antiphonam. Introibo ad altare dei. Minister retro post eum ad sinistram genuflexus, et in missa solenni ministri hinc inde stantes, respondent: Ad deum qui lętificat iuuentutem meam. Deinde Sacerdos eodē modo stans incipit, et prosequitur cum ministro vel ministris alternatim Psalmū, Iudica me deus, vsque ad finem, cum Gloria patri. Quo finito repetit Antiphonam Introibo cum ministris vt supra. Qui Psalmus, nunquam pretermittitur, nisi in missis defunctorū, et in missis de tempore a Dominica passionis inclusiue vsque ad sabbatum sanctum exclusiue: in quibus semel tantum dicta Antiphona Introibo, cum ministris vt supra, sacerdos statim subiungit ℣. Adiutorium nostrum et cętera. vt infra. Cum in fine Psalmi dicit Gloria patri etc. caput cruci inclinat. Repetita Antiphona, Introibo, dextra manu producens signum crucis a fronte ad pectus, dicit ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini ℟. Qui fecit cęlū et terram. Deinde caput, seque profunde altari inclinans, dicit, Confiteor Deo. vt in Ordinario. Et prosequitur eodem modo stans capite inclinato, donec a ministro vel ministris dictum sit Misereatur. Cum incipitur a ministris Confiteor, caput erigit. Cum dicit, mea culpa, ter pectus dextra manu percutit. Si est coram Pontifice, et Cardinali, et coram Legato sedis Apostolicę, Patriarcha, Archiepiscopo, et Episcopo in eorū Prouincia, Ciuitate, vel Diœcesi constitutis: vbi dicit Vobis fratres, dicat Tibi pater: similiter in fine. vbi dicit Vos fratres, dicat Te pater: quod dicens summo Pontifici genuflectit, alijs Pręlatis profunde inclinat. Cū ministri, et qui intersunt (etiam si ibi fuerit summus Pontifex) respondent Confiteor: dicunt tibi pater: et te pater Facta a circunstantibus Confessione: celebrans stans respondet: Misereatur vestri et cęte. Deinde producēs manu dextra a fronte ad pectus signū Crucis, dicit: Indulgentiam etc. Et stans capite inclinato prosequitur: Deus tu conuersus et quę sequūtur in Ordinario, clara voce vsque ad orationem Aufer a nobis. et cętera quam dicit secreto. Et tunc si coram summo Pontifice, aut alijs Pręlatis vt supra, celebret: facta summo Pōtifici genu

flexione, alijs vero Praelatis profunda reuerentia, accedit ad infimum gradum ante medium altaris: & ibi dicit: Aufer a nobis &c. vt supra.

De Introitu: Kyrieleison: & Gloria in excelsis.

Dicto, Aufer a nobis &c. Celebrans iunctis manibus ascendit ad medium altaris: vbi stans capite inclinato, & iunctis manibus super altare positis, ita vt digiti parui duntaxat frontem seu medium anterioris partis tabulae seu mensae altaris tangant, residuo manuum inter altare & se retento, pollice dextro super sinistrum in modum crucis posito, (quod semper obseruatur cum manus iunctae super altare ponuntur) secreto dicit Oramus te domine &c. Quo dicto osculatur altare in medio, manibus extensis hinc inde super altare positis: quod in omni deosculatione altaris seruatur: sed post consecrationem pollices ab indicibus non disiunguntur. Osculato altari accedit ad cornu sinistrum altaris, idest, Epistolae: vbi stans versus altare, & producens a fronte ad pectus signum crucis, incipit intelligibili voce Introitum missae: & prosequitur iunctis manibus. Cum repetit Introitum, non signat se vt prius: & eo repetito iunctis manibus ante pectus accedit ad medium altaris, vbi stans versus illud similiter manibus iunctis: dicit eadem voce ter Kyrieleison: ter Christeleison: & iterum ter Kyrieleison: alternatim cum ministris. Si minister vel qui intersunt celebranti non respondeant ipse solus nouies dicit. Dicto vltimo Kyrieleison. sacerdos ibidem vt prius stans, & manus extendens, eleuansque & iungens, voce praedicta incipit, si dicendum sit, Gloria in excelsis. cum dicit, Deo, caput cruci inclinat: quo erecto stans iunctis manibus vt prius, prosequitur vsque ad finem. Cum dicit Adoramus te: Gratias agimus tibi: Iesu Christe: Suscipe deprecationem nostram: & iterum Iesu Christe: caput cruci inclinat. Cum dicit in fine Cum sancto spiritu seipsum a fronte ad pectus signat, interim perficiens In gloria dei patris. Amen. ¶ In missa solenni sacerdos facta Confessione ascendit cum ministris ad altare: quo per eum osculato ponit incensum in thuribulo, ministrante Diacono nauiculam, & thuriferario thuribulum. Antequam ponat incensum: illud benedicit, dicens: Ab illo benedicaris &c. Postea Diaconus reddita nauicula thuriferario, accipit ab eo thuribulum, & dat celebranti osculata prius ei manu: qui facta cruci reuerentia, eam ter incensat, deinde imagines & reliquias si adsit: postea candelabra, semel singulis thuribulum ducens: primum a cornu epistolae candelabra, & illius postremam partem inferiorem: deinde superiorem: & procedens ante crucem, facta ei reuerentia incensat alia candelabra in cornu euangelij, & illius postremam partem altaris inferiorem & superiorem: deinde totam anteriorem vsque ad extremum altaris in cornu epistolae, facta cruci reuerentia cum ante eam transit: & reddito thuribulo ipsi Diacono, ab eo ipse solus incensatur. Deinde, cum illis, Diacono a dextris celebrantis, Subdiacono a dextris Diaconi stantibus, prosequitur Introitum, & Kyrieleison. Cum vero intonat hymnum, Gloria in excelsis. Diaconus & Subdiaconus, vnus post alium, stant a tergo celebrantis, postea ascendunt ad altare, & hinc inde cum celebrante hymnum submissa voce prosequuntur vsque ad finem.

De Oratione.

Dicto hymno Gloria in excelsis, vel, si non sit dicendus, eo omisso: celebrans osculatur altare in medio manibus hinc inde super illo vt supra extensis: tum iunctis ante pectus manibus, demissis ad terram oculis, vertit se ad manum sinistram, hoc est, ad latus dextrum versus populum, & extendens ac iungens manus ante pectus vt prius, dicit voce praedicta, Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo: iunctis vt prius manibus reuertitur per eandem viam ad librum: vbi extendens & iungens ante pectus manus: caputque cruci inclinans, dicit Oremus: tum extendit manus ante pectus, ita vt palma vnius manus respiciat alteram, digitis simul iunctis, quorum summitas humerorum altitudinem distantiamque non excedat: quod in omni extensione manuum ante pectus seruatur. Stans autem vt supra extensis manibus, dicit Orationem. Cum dicit, Per dominum nostrum, iungit manus. Si aliter concluditur Oratio: Qui tecum [illegible] vel Qui viuis: cum dicit, In vnitate: iungit manus. Cum nominatur nomen Iesus: caput versus crucem inclinat. Cum in oratione nominatur nomen beatae Mariae, vel Sanctorum, de quibus dicitur Missa, vel fit commemoratio, item in Oratione pro Papa quando nominatur: caput inclinat. Si plures Orationes sunt dicendae, idem in eis in voce, extensione manuum, & capitis inclinatione, quod supra dictum est, obseruatur. Si altare sit ad orientem versus populum, celebrans versa facie ad populum, non vertit humeros ad altare, cum dicturus est Dominus vobiscum: Orate fratres: Ite missa est: vel daturus benedictionem: sed osculato altari in medio: ibi expansis & iunctis manibus vt supra, salutat populum.

¶ In quatuor temporibus: vel alias quando dicendae sunt plures Orationes cum Prophetijs: dicto Kyrieleison. in medio altaris: reuertitur ad cornu epistolae: vbi stans ante librum extensis & iunctis ante pectus manibus: & caput cruci inclinans: dicit Oremus: Flectamus genua: & illico manibus super altare extensis vt seipsum ad altare sustineat: genuflectit: & sine mora surgens: eadem voce dicitur a ministro Leuate: & manibus extensis dicit Orationem vt supra: & in conclusione iungit. Dum

autem legit Prophetiam: manus tenet super librũ vel altare positas. ¶ In missa solenni cũ dicit Dominus vobiscum, & Oratio: Diaconus & Subdiaconus stant retro post celebrantem: Flectamus genua dicit a Diacono: a Subdiacono vero, Leuate, illo primũ genuflectente: hoc primũ surgente.

De epistola, Graduali, & aliis vsq; ad Offertorium.

Dictis Orationibus celebrans positis super librum vel super altare manibus, ita vt palmę librum tangant, vel (vt placuerit) librum tenens, legit epistolam intelligibili voce. Si solenniter celebret, legat demissa voce cum ministris: similiter Graduale & Euangelium. Lecta epistola respondetur a ministris, Deo gratias: & similiter stans vt prius, prosequitur Graduale, Alleluia, & Tractum, ac Sequentiam, si dicenda sint. Quibus dictis celebrans si priuatim celebret, ipsemet portat librum Missalis ad alteram partem altaris in cornu euangelij: & dum transit ante medium altaris caput cruci inclinet: & Missale sic locat, vt posterior pars libri respiciat ipsũ cornu altaris, & nõ ad parietem siue ad partem eius contra se directam. Locato missali in altari, celebrans redit ad mediũ altaris, & ibi stans profunde inclinatus, iũctis manibus ante pectus, leuatisque ad deum oculis, secrete dicit: Munda cor meũ, & Iube domne, & Dominus sit in corde meo. vt in Ordinario. Quibus dictis vadit ad librum missalis, vbi stans versus illum iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce, Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Deinde pollice dextrę manus signo crucis signat, primo librum super principio euangelij, quod est dicturus: postea seipsum in fronte, ore, & pectore, dicens, Sequentia vel Initium Sancti euangelij &c. ℟. Gloria tibi domine. Tum iũctis iterum vt prius manibus, stans vt supra prosequitur euangelium vsque ad finem. Quo finito ministri respondent, Laus tibi Christe. & celebrans eleuans parumper librum, osculatur euangeliũ, pręter quã in missis Defunctorũ, in quibus nõ osculatur: & nisi celebret coram summo Pontifice, aut Cardinali, vel corã Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residentijs: quo casu defertur cuilibet prędictorũ osculandus liber, & ipse celebrans tunc non osculatur. Dicto euãgelio stans in medio altaris versus crucẽ, eleuans & iungens manus, caputque cruci inclinans incipit (si dicendum sit) Credo. cum dicit in vnũ deum, caput cruci inclinat: quo erecto stans ibidẽ iunctis ante pectus manibus vt prius, prosequitur vsque ad finem. Cum dicit, Iesum Christum, caput cruci inclinat. Cũ dicit, Et incarnatus est, vsque ad Homo factus est, inclusiue, genuflectit. Cũ dicit Et vitam venturi seculi. Amen, producit sibi manu dextra signũ crucis a frõte ad pect⁹. ¶ In missa solenni subdiaconus circa finem vltimę orationis accipit ambabus manibus librum epistolarum, deferens illũ supra pectus: & facta altari genuflexione in medio, vadit a parte epistolę contra altare, & legit epistolam: & qua lecta redit ad celebrantem, osculatur eius manum, & ab eo benedicitur, pręterquam in missis Defunctorũ. Deinde idẽ subdiaconus accipit missale celebrãtis, & defert ad cornu euangelij in altare, ibi ministrans celebrãti: qui lecto euãgelio, & per Diaconũ delato libro euãgeliorũ ad altare, imponit incensum in turibulũ. Deinde Diaconus dicit Munda cor meum. genuflexus ante altare: accepto libro euangeliorum de altari, & benedictione a celebrãte, osculataq; illius manu, vadit cũ Subdiacono a sinistris ad locum euangelij contra altare versus populum, vbi Subdiacono librum tenente, in medio inter duos acolythos tenentes candelabra accensa, dicit Dominus vobiscum. iunctis manibus. Cum dicit, Sequentia &c. signat frontem, os, pectus, & librum: Postea ter librum incensat, hoc est in medio, a dextris, & a sinistris: & prosequitur Euangelium iunctis manibus. Interim celebrans stat iunctis manibus a cornu epistolę versus euangelium. Quo finito osculatur sacerdos librum a Subdiacono sibi delatum: & a Diacono ter incensatur. Postea stãs in medio altaris versus crucem, incipit (si dicendum sit) Symbolũ, stantibus post eũ Diacono & Subdiacono: deinde ad altare accedentib⁹, & cũ eo psequẽtib⁹, vt dictũ est ad Gloria in excelsis. Si quandoq; celebrans cantat missam sine Diacono & Subdiacono, Epistolam cantat aliquis lector superpelliceo indutus, qui in fine non osculatur manum celebrantis. Euangelium autem cantat ipse celebrans ad cornu Euangelij: qui & in fine missę cantat Ite missa est: vel Benedicamus domino. pro temporis diuersitate.

De Offertorio, & alijs vsque ad Canonem.

Dicto Symbolo, vel si non sit dicendum, dicto euãgelio celebrans osculatur altare in medio, & iunctis manibus ante pectus, ibidẽ a manu sinistra ad dextrã vertit se ad populũ, & extendẽs ac iungẽs man⁹ dicit, Dñs vobiscũ, & iũctis manib⁹ reuertit per eandẽ viã ad mediũ altaris, vbi extendẽs & iũgẽs man⁹, caputq; cruci inclinãs, dicit Oremus: tum iunctis vt prius manibus, dicit Offertoriũ: & oĩa quę vsq; ad finẽ missę in medio altaris dicẽda sunt. dicit ibidẽ stãs versus ad altare, nisi vbi aliter ordinatur. Dicto Offertorio discooperit calicem, & ad cornu epistolę sistit, & amota parua palla desuper hostiam, accipit patenam cum hostia, & ambabus manibus vsque ad pectus eã eleuatã tenens, oculis eleuatis ad deum dicit, Suscipe sancte pater. &c. Si fuerint alię hostię nõ super patenã, sed super corporale, vel in alio vase pro Cõmunione populi consecrandę, calicẽ illum seu vas

dextra discooperit, ⁊ intentionem suam etiam ad illas offerendas ⁊ consecrandas dirigens, dicit vt supra. Suscipe ⁊c. vt in ordinario. Quo dicto, faciens signum crucis cum dicta patena, ponit hostiā super corporale circa mediū anterioris partis corporalis ante se, ⁊ patenam ad manum dextram aliquantulum subtus corporale. Si autē adsit vas seu calix cum illis hostiis, ipsum cooperit patena ipsa, vel alia palla. Deinde accipit calicem, purificatorio extergit: ⁊ accipiens ampullam vini de manu ministri, ponit vinū in calicem, deinde producit signū crucis super ampullam aquę, ⁊ dicit Deus qui humanę substantię ⁊c. imponens parum aquę in calice prosequitur, Da nobis per huius aquę ⁊ vini mysterium. Si vero celebrat pro defunctis, non facit signum crucis super aquam, sed imponit absque benedictione, dicens Orationem vt supra. Imposita aqua in calice, ⁊ finita oratione prędicta, accipit calicem discoopertum, ⁊ stans ante medium altaris, ipsum ambabus manibus eleuatum tenens, videlicet, cum sinistra pedem, cum dextera autem nodum infra cuppam, intentis ad deū oculis offert, dicens Offerimus tibi dn̄e. ⁊c. qua oratione dicta facit signū crucis cū calice super corporale, ⁊ ipsū in medio post hostiam collocat, ⁊ palla cooperit. Deinde iunctis manibus super altare positis, capite inclinato dicit secreto, In spiritu humilitatis ⁊c. Postea eleuans oculos, manusq; expandens ⁊ statim iungens ante pectus, quod semper facit qn̄ aliquid est benedicturus, dicit, Ueni sanctificator ⁊c. cū dicit, ⁊ benedic, signat manu dextra cōmuniter super hostiam ⁊ calicem. Tunc iunctis ante pectus manibus accedit ad cornu epistolę, vbi stans ministro aquā fundente lauat manus, idest extremitates digitorum pollicis ⁊ indicis, dicens Psalmū Lauabo inter innocentes, cum Gloria patri, ⁊c. qui ℣. Gloria patri prętermittitur in missis defunctorum, ⁊ in missis a Dominica de passione vsque ad sabbatū sanctum exclusiue. ¶ In missa solēni dicto Oremus, Diaconus ⁊ Subdiaconus accedūt ad altare a cornu epistolę, Diaconus amouet calicē, detegit, dat patenā cū hostia celebranti, Subdiacon⁹ extergit calicē purificatorio, Diaconus imponit vinū, Subdiaconus interim ampullā aquę ostendēs celebranti dicit, Benedicite pater reuerende: qui facto versus eā signo crucis dicit orationē, Deus qui humanę ⁊c. interim Subdiacon⁹ infundit paulū aquę in calicē, Diaconus illū celebranti dat, ⁊ pedē calicis tangens, seu brachiū dextrū celebrātis sustentans, cū eo dicit, Offerimus tibi domine ⁊c. postea positū in altari vt supra, palla cooperit: subdiacono deinde ponit in dextra manu patenā, quā cooperit extremitate veli ab eius humero pendentis: qui vadit post celebrantē ante medium altaris, ⁊ ibi stat in loco conuenienti. Dicto Ueni sanctificator. vt supra, celebrans ponit incensum in thuribulum, ministrante Diacono nauiculā, dicēs, Per intercessionem ⁊c. vt in ordinario. Deinde accepto thuribulo per manū Diaconi incensat oblata, ter ducens thuribulum super calicem ⁊ hostiam similiter in modū crucis. ⁊ ter circū calicem, ⁊ hostiam scilicet bis a dextera ad sinistrā, ⁊ semel a sinistra ad dextram, dispensans verba in qualibet incēsatione hoc modo. In prima incensatione, Incensum istud. In secunda, a te benedictum In tertia, ascendat ad te domine. In quarta, ⁊ descendat super nos. In quinta ⁊ sexta, misericordia tua. Deinde incensat altare dicens, Dirigatur domine oratio mea ⁊ cętera. vt in ordinario. Et incensatur ipse vt supra. Postea Diaconus incensat Chorū, ⁊ postremo Subdiaconum tenentē patenā: ⁊ ipse Diaconus incēsatur a thuriferario: ⁊ thuriferarius postea incensat populū. Celebrans lotis manibus eas tergit, ⁊ illis ante pectus iunctis reuertitur ad mediū altaris, vbi stans, oculosque ad deum eleuans ⁊ statim demittens, manibus iunctis super altare, capiteque inclinato dicit secrete, Suscipe sancta Trinitas ⁊c. Quo dicto manibus hinc inde extensis, ⁊ super altare positis, osculatur altare in medio: tum iūctis manibus ante pectus, demissisque oculis ad terrā, a sinistra manu ad dextrā vertit se ad populū, ⁊ versus eū extendens ⁊ iungens manus, dicit voce aliquantulum eleuata, Orate fratres ⁊ secrete prosequens, vt meum ac vestrum sacrificiū ⁊c. perficit circulū, reuertens iunctis manibus ante pectus a manu dextra ad medium altaris. Et respōso a ministris vel circunstantibus, Suscipiat dominus sacrificium de manibus tuis ⁊c. alioquin per seipsum, dicens, Sacrificium de manibus meis. ipse celebrans manibus ante pectus extensis vt fit ad, Orationem stans in medio altaris versus librū dicit absolute sine alia interpositione Orationem vel Orationes secretas: cum dicit Per dominū, iungit manus: cum dicit Jesum Christum, caput inclinat, quod facit in prima oratione, ⁊ in vltima si plures sint dicendę. Perueniens autem in cōclusione vltimę secretę ad verba illa, Per omnia secula seculorū, exclusiue: celebrans stās in medio altaris, depositis super eo manibus hincinde extensis, dicit cōuenienti ⁊ intelligibili voce Prefationem. Cum dicit, Sursum corda, eleuat manus hincinde extensas vsque ad pectus. Cum dicit, Gratias agamus domino, iungit manus: cum dicit, Deo nostro, cruci caput inclinat: Responso Dignum ⁊ iustum est. eleuatis ⁊ extensis vt prius manibus, prosequitur Prefationem propriam, vel communem, vt tempus requirit. Cum dicit, Sanctus, iunctis ante pectus manibus ⁊ inclinatus voce mediocri prosequitur. Cum dicit, Benedictus qui venit in nomine domini ⁊c. signū

crucis

crucis sibi pducit a frōte ad pectus. ¶ In missa solenni cum dicitur Prefatio, diaconus & subdiaconus stant retro post celebrantem, & paulo anteq̄ dicatur Sanctus, accedunt ad altare, vbi cum celebrante hincinde dicunt Sanctus, & que sequuntur vsque ad Canonem. Deinde Diaconus accedit ad sinistram celebrantis, et assistens dum dicitur Canon, nisi alius sacerdos assistat: Subdiaconus vero tunc stat post celebrantem.

De Canone Misse, vsq; ad consecrationem.

Finita prefatione vt supra, celebrans manibus iunctis super altare positis, stans ante medium altaris versus ad illud, eleuatis oculis ad deum, & sine mora demissis, profunde inclinatus incipit Canonem, secrete dicens: Te igitur &c. vt in ordinario. Cum dicit, vti accepta habeas, & benedicas, prius osculatur ante se altare: erigit se, & stat iũctis manibus ante pectus. Cum dicit, Hec dona, hec munera, hec sancta sacrificia dextra manu ter signat communiter super hostiam & calicem. Deinde extēsis manibus ante pectus prosequitur In primis, que tibi offerimus &c. Ubi dicit vna cum famulo tuo papa nostro N. exprimit nomen pape. Sede autē vacante, verba predicta omittũtur. Ubi dicitur, & Antistite nostro N. specificatur nomen Patriarche, Archiepiscopi, vel Episcopi ordinarij in ppria Diecesi: qui si est vita functus predicta verba omittuntur. Si celebrans est Episcopus, Archiepiscopus, vel Patriarcha, omissis predictis verbis, eorum loco dicit. Et me indigno seruo tuo. Si vero celebrans est Papa, omissis verbis, vna cum famulo tuo Papa nostro N. & Antistite nostro N. dicit, vna cum me indigno famulo tuo, quem gregi tuo preesse voluisti Et continuant omnes vt sequitur. Et omnibus orthodoxis. &c. Cum dicit, memento domine, eleuans & iungens manus vsque ad faciem vel pectus, sic iunctis manibus stat paulisper in quiete, demisso aliquantuluʒ capite, faciens commemorationem viuorum Christi fidelium ad suam voluntatem, quorum nomina si vult secrete commemoret: non tamen necesse est ea exprimere, sed mente tantuʒ eorum memoriã habeat. Potest etiam celebrans, si pro pluribus orare intēdit, ne circunstantibus sit morosus, ante missam in animo proponere sibi omnes illos tam viuos quaʒ defunctos, pro quibus in ipsa missa orare intendit: & hoc loco generaliter vnico contextu ipsorum viuorum commemorationem agere, pro quibus ante missam orare proposuit in missa. Commemoratione viuorum facta, demissis & extensis vt prius manibus, continuat. Et omnium circunstantium &c. Similiter stans prosequitur, Communicantes, cum dicit, Jesu Christi, caput cruci inclinat. In conclusione quando dicit Per eundem. iũgit manꝰ. Cum dicit Hanc igitur oblationē, extendit manus super oblata, ita vt palme sint aperte versus ac sup calicem & hostiam, quas sic tenet vsque ad illa verba, Quam oblationeʒ tu deus in omnibus quesumus. Per Christum dominum nostrum tunc eniʒ iungit manus & sic prosequitur: & cum dicit, benedictam, adscriptam, ratam: cōmuniter signat ter super hostiam & calicem simul. Deinde cum dicit, vt nobis corpus, separatim signat semel super hostiam tantum: & cum dicit, & sanguis, semel super calicem tantum: deinde eleuans & iungens manus ante pectus, prosequitur, fiat dilectissimi filii tui domini nostri Jesu Christi: inclinans caput cruci, si opus fuerit, extergit pollices & indices super corporali, & dicit secrete vt prius. Qui pridie quã pateretur: & accipiens pollice & indice dextre manus hostiam, & eam cum illis, ac indice & pollice sinistre manus tenens, stans erectus ante medium altaris, dicit, Accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: eleuansque ad celum oculos, & statim demittens, dicit, & eleuatis oculis in celum ad te deum patrem suum omnipotentem, caputque aliquantulum inclinans dicit, tibi gratias agens, & tenens hostiam inter pollicem & indicem sinistre manus, dextra producit signum crucis super eam dicens, benedixit, fregit, deditque discipulis suis dicens, Accipite & manducate ex hoc omnes. Si adsit vas cum alijs hostijs consecrandis discooperit manu dextra calicem seu vas aliarum hostiarũ, & cubitis super altare positis, stans capite inclinato distincte, reuerenter, & secrete profert verba consecrationis super hostiam, & simul super omnes, si plures sint consecrande: & hostiam suam pollicibꝰ, & indicibus tantum tenens, attente, deuote, & continuate profert verba consecrationis, Hoc est enim corpus meum. Quibus prolatis celebrans tenēs hostiam inter pollices & indices predictos super altare, reliquis manuũ digitis extensis & simul iũctis (& hostiis, si plures sint consecrate, in loco in quo a principio misse sunt posite super corporali vel alio vase vel calice dimissis) genuflexus eam adorat. Tunc se erigens, quantum commode potest eleuat in altum hostiam, & intentis in eã oculis (quod & in eleuatione calicis facit) populo reuerenter ostēdit adorandam: & mox ipsaʒ reuerenter super corporale reponit in eodem loco vnde eam leuauit: & deinceps pollices & indices non disiungit, nisi quãdo hostiam consecratam tangere vel tractare debet, vsq; ad ablutionem digitorũ post cōmunionē. Reposita hostia cōsecrata super corporale genuflexus vsque ad terram hostiam ipsam veneratur: si adsit vas aliarum hostiarum, patena cooperit. Interim dum celebrans eleuat hostiam, minister manu sinistra eleuat fimbrias posteriores planete, ne ipsum celebrantem impediat in eleuatione brachiorum: quod & facit in eleuatione calicis. Celebrans adora

to sacramento surgit, ⁊ discooperit calicem in quē si opus sit extergit digitos, quod semper faciat, cum aliquod fragmentum digitis adhereat, ⁊ stans erectus dicit Simili modo postquam cenatū est, ⁊ ambabus manibus accipiens calicem iuxta nodum infra cuppam, aliquantulumque eleuans, ⁊ statim deponens dicit, accipiens ⁊ hunc preclarum calicem ⁊c. cum dicit benedixit, sinistra calicem infra cuppam tenens dextera signat super eum, ⁊ prosequens deditque discipulis suis ⁊c. ambabus manibus tenens calicem, videlicet sinistra pedem, dextra nodum infra cuppam, cubitis super altare positis, ⁊ capite inclinato profert secrete ⁊ deuote vt supra verba consecrationis sanguinis. Hic est enim calix ⁊c. Quibus dictis reponit calicem super corporale: ⁊ genuflexus sanguinē reuerenter adorat. Tunc se erigit, ⁊ accipiens calicem discoopertum cum sanguine ambabus manibus vt prius, eleuat eum ⁊ erectum, quantum commode potest, ostendit populo adorandum, dicens: Hec quotiescunque feceritis ⁊c. mox ipsum reuerenter reponit super corporale in locum pristinum, ⁊ manu dextra palla cooperit, ac genuflexus sacramentū veneratur. ¶ In Missa sollemni cū celebrans dicit, Quam oblationem ⁊c. diaconus accedit ad dexteram celebrantis, ⁊ ibi in superiori gradu altaris genuflexus, cum sacramentum eleuatur, fimbrias planete eleuat, ⁊ quando opus est se erigens calicem cooperit, ⁊ discooperit, ⁊ cum celebrante genuflectit. Reposito calice Diaconus redit ad librum, nisi alius assistat.

De Canone post Consecrationem, vsque ad Orationem Dominicam.

REposito calice, ⁊ adorato celebrans stans ante altare, extensis manibus ante pectus dicit secreto, Vnde ⁊ memores ⁊c. iungit manus ante pectus, cum dicit Hostiam puram ⁊c. ⁊ manu dextra signat ter communiter super hostiam ⁊ calicem, ⁊ semel super hostiam tantum, ⁊ semel super calicem tantum, dicens panem sanctum vite eterne ⁊ calicem salutis perpetue: deinde stans vt prius, extensis manibus prosequitur, supra que propitio ⁊c. Cum dicit Supplices te rogamus ⁊c. inclinat se ante medium altaris, manibus iunctis super illo positis: cum dicit, ex hac altaris participatione, osculatur altare: cum dicit, sacrosanctum filij tui iungit manus: ⁊ dextra signat semel super hostiam tantum, ⁊ semel super calicem dicens, corpus ⁊ sanguinem sumpserimus. cum dicit, omni benedictione celesti seipsū signat a fronte ad pectus signo crucis: cū dicit per eundē iūgit manꝰ. Cū dicit Memento dne famulorum famularumque tuarum, qui nos precesserunt cum signo fidei, ⁊ dormiunt in somno pacis N. statim extensis, ⁊ iunctis manibus ante pectus, vel vsque ad faciem eleuatis, ⁊ intentis oculis ad sacramentum super altare, facit commemoratione fideliū defunctorū, de quibus sibi videtur, eodem modo vt dictum est de commemoratione viuorum. Qua commemoratione facta, stans vt prius extensis manibus prosequitur, Ipsis domine ⁊ omnibus in Christo ⁊c. ⁊ in fine ad per eundem. caput inclinat. Cū dicit. Nobis quoque peccatoribus, vocem ad hec tria verba aliquantulum eleuat, ⁊ dextra manu pectus sibi percutit, ⁊ prosequitur famulis tuis ⁊c. stans vt prius: cum dicit: Per Christum dominum nostrum: per quem hec omnia domine semper bona creas, iūgit manus ante pectus: deinde manu dextra ter signans communiter super hostiam ⁊ calicem dicit, Sanctificas, viuificas, benedicis, ⁊ prestas nobis. Postea discooperit manu dextra calicem, ⁊ genuflexus reuerentiam facit sacramento, tum se erigit, ⁊ reuerenter accipit hostiam inter pollicem ⁊ indicem dextre manus, ⁊ cum ea super calicem, quem manu sinistra tenet circa nodum infra cuppam, signat ter a labio ad labium, dicens, Per ipsum, ⁊ cum ipso, ⁊ in ipso. Et cum hostia bis inter se ⁊ calicem a labio calicis incipiens signat dicens: est tibi deo patri omnipotenti, in vnitate spiritus sancti omnis honor ⁊ gloria. Deinde tenens in manu dextra hostiā super calicē, sinistra calicē, eleuat eā aliquantulū simul cū calice dicēs, omnis honor ⁊ gloria, ⁊ statim vtrunque deponens hostiam collocat super corporali. ⁊ digitos si fragmentū aliquod illis adhereat extergit in calice, quod semper si opus sit faciat, cum hostiam sacram tetigit, ac pollices ⁊ indices vt prius iungens, calicem palla cooperit, ⁊ genuflexus vsque ad terram sacramentū veneratur. ¶ In missa sollemni cum celebrans dicit, Per quem hec omnia ⁊c. diaconus facta sacramēto genuflexione accedit ad dextram celebrantis, ⁊ quando opus est discooperit calicem, ⁊ cū celebrante adorat: similiter cooperit, ⁊ iterum genuflectit. Postea vadit retro post celebrantem, vbi stat dū dicitur oratio Dominica.

De Oratione Dominica, ⁊ alijs vsque ad factam Communionem.

CElebrans cooperto adoratoqꝫ calice erigit se, ⁊ more solito manibus extensis hinc inde super altare positis, dicit intelligibili voce. Per omnia secula seculorum ⁊c. Cum dicit, Oremus iungit manus caput sacramento inclinans. Cum incipit, Pater noster. extendit manus, ⁊ stans oculis ad sacramentum intentis prosequitur vsque ad finem. Responso a ministro, Sed libera nos a malo. ⁊ a celebrante, Amen manu dextra, pollice ⁊ indice non disiunctis, patenam accipit inter indicē ⁊ mediū digitos, quā tenens super altare erectā dicit secrete, Libera nos quesumus ⁊c. ¶ In missa sollēni cū in oratione Dominica dicit,

⁊ dimitte

& dimitte nobis debita nostra. Diaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione vadit ad dexteram celebrantis, & subdiaconus circa finē orationis Dominicę reuertitur ad altare, & offert patenam Diacono, qui eam discooperit, & dat celebrāti osculans eius manum, discoperitque & cooperit calicem quando opus est simul cum celebrante genuflectens. Antequam celebrans dicit, Da propitius pacem in diebus nostris, eleuat manu dextra patenam de altari, & se ipsum cum ea signat a fronte ad pectus & dicens, Da propitius pacem in diebus nostris patenam ipsaȝ osculatur, & prosequēs, vt ope misericordię tuę &c. submittit patenam hostię, quam indice sinistro accommodat super patenam, discooperit calicem, & genuflexus in terra sacramentum adorat: tum se erigens accipit hostiam inter pollicem & indicem dextrę manus, & cuȝ illis, ac cū pollice & indice sinistrę manus eam super calicem tenens reuerenter frangit per medium dicēs Per eundem dominuȝ nostrum Iesum Christum filium tuum: & mediam partem quam inter pollicem & indicem dextrę manus tenet, ponit super patenam: de alia media quam sinistra manu tenet, cum pollice & indice dextrę manus frangit particulam prosequens, Qui tecum viuit & regnat quam inter ipsos dextrę manus pollicem & indicem retinens, partem maiorem quam sinistra tenet adiungit medię super patenam positę interim dicens, In vnitate spiritus Sancti Deus. & particulam hostię, quam in dextra manu retinuit, tenens super calicē, quē sinistra per nodum infra cuppaȝ retinet, intelligibili voce dicit, Per omnia secula seculorū. ℟. Amen. & cū ipsa particula signans ter a labio ad labium calicis dicit, Pax domini sit semper vobiscum Responso per ministros, & cum spiritu tuo. particulam quam dextra manu tenet, ponit in sanguinem dicens secrete, Hęc commistio & cōsecratio corporis &c. Deinde pollices & indices super calicē aliquantuluȝ tergit & iungit, calicē palla cooperit, & genuflexus sacramentū adorat, surgit & stans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato versus sacramentum, dicit intelligibili voce, Agnus dei qui tollis peccata mūdi, & dextra percutiens sibi pectus dicit Miserere nobis, & tertio facit, cū dicit dona nobis pacem. Tum manibus iunctis super altare positis, capite inclinato, oculisq; ad sacramentū intētis dicit secreto. Domine Iesu Christe, &c. Qua oratione finita, si est daturus pacē, osculatur altare in medio, & ei statim instrumentū pacis porrigit a ministro iuxta ipsum ad dexterā, hoc est in cornu epistolę genuflexo. dicit Pax tecum. Si non adsit qui pacē recipiat a celebrante, pax non datur, etiā si illius datio missę cōueniat: & nec osculat altare, sed dicta pręmissa oratione statim subiungit alias orationes vt in Ordinario. Si vero celebret pro defunctis, non percutit pectus ad Agnus dei, quia dicit, dona eis requiem. nec dicit primā orationē, Domine Iesu Christe qui dixisti apostolis tuis &c. non dat paceȝ: sed dicit duas sequētes orationes Domine Iesu Christe fili dei viui, & Perceptio corporis tui. Quibus orationibus dictis genuflectens sacramentum adorat, & se erigens dicit secrete, Panē cęlestē accipiā. Quo dicto dextra manu accipit de patena reuerenter ambas partes hostię, & collocat inter pollicem & indicem sinistrę manus, quibus patenā inter eundē indicē & mediū digitos supponit, & eandē manu sinistra tenēs partes huiusmodi super patenā, dextera tribus vicibus percutit pectus suū, interim etiā tribus vicibus dicens voce aliquantulū eleuata, Domine non sum dignus, & secrete prosequitur, vt intres &c. Quibus tertio dictis, ex sinistra accipit ambas partes prędictas hostię inter pollicē & indicē dextrę manus, & cū illa supra patenā signat seipsuȝ signo crucis, dicens, Corpus dñi nostri Iesu Christi custodiat animā meā in vitam ęternā. Amen Deinde reuerenter easdē ambas partes sumit, quibus sumptis deponit patenā super corporale, & erigens se iūctis indicibus, & pollicibus ambas quoq; manus ante faciē iungit, & aliquantulū quiescit in meditatione sanctissimi Sacramēti. Deinde depositis manib⁹ dicit secreto, Quid retribuam dño pro omnibus quę retribuit mihi, & discooperto calice accipit patenā, & eam diligenter cum pollice & indice dextrę manus super calicem extergit, & ipsos digitos nequid fragmentorū in eis remaneat. Si vero adsint hostię consecratę super corporale positę pro alio tēpore conseruandę, facta prius genuflexione reponit eas in vas ad hoc ordinatum: & diligenter aduertat, ne aliquod fragmentum, quantuncūq; minimum, remaneat super corporale: quod, si fuerit, accurate, reponit in calicem: post extersionē patenę iunctis pollicibus & indicibus iterum genuflectit sacramento, surgit, & caliceȝ dextera manu infra nodum cuppę accipit dicens, Calicē salutaris &c. & signans se signo Crucis cum calice dicit, Sanguis domini nostri &c. & manu sinistra supponens patenam calici, stans reuerenter sumit totū sanguinem cum particula in calice posita. Quibus sumptis dicit secrete. Quod ore sumpsimus & cętera. postea super altare porrigit calicem ministro ad cornu epistolę, quo vinum fundente se purificat, deinde abluit pollices & indices super calicē. quos abstergit purificatorio, interim dicens, Corpus tuū domine quod sumpsi &c. ablutionem sumit, deinde extergit os & calicem purificatorio, quo facto purificatoriū extendit super calicē, & desuper patenam, ac super patena paruam pallam, & cooperit velo, plicat corporale & reponit in bursaȝ, quā

ponit super calicē, & collocat super altare vt prius. Siqui sunt communicandi in missa, eos communicet antequam sumat purificationem, & antequam digitos abluat. Quibus cōmunicatis dicit, Quod ore sumpsimus domine &c. & deinde se & eos qui communicarunt purificans, dicit, Corpus tuum domine quod sumpsi, & alia facit vt supra. ¶ In missa sollemni diaconus stans retro post celebrantem, cum in oratione Dominica dicitur, Et dimitte nobis debita nostra, facta ibidem genuflexione altari vadit ad dexteram celebrantis, & patenam purificatorio abstergens dat celebranti, illius manuꝫ osculando, & quando opus est discooperit, & cooperit, & cum celebrante adorat calicem. Cum dicitur, Pax domini &c. subdiaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione, vadit ad sinistram celebrantis, & simul dicunt Agnus dei: deinde facta ibidem sacramento genuflexione redit post celebrantem. Diaconus vero a dextris genuflexus expectat pacem, & cum celebrans osculatur altare, ipse se erigens simul osculatur altare, & a celebrante cōplexus accipit pacem, respondens ei, Et cum spiritu tuo. Postea iterum sacramento in altari adorato, vertit se ad subdiaconuꝫ retro post celebrantē, qui similiter a diacono accepta pace, facta prius altari genuflexione, comitatus acolutho vadit ad Chorum, & dat similiter pacem primo cuiusque ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis, & reuersus ad altare dat paceꝫ acolutho qui ipsuꝫ comitauerat, qui & alijs acoluthis circa altare dat pacem: deinde vadit ad dexteram celebrantis, & quando opus est, discooperit calicem, accipit ampullaꝫ vini, & infundit quando celebrans vult purificare.

De communione, & orationibus post communionem dicendis

Celebrante purificato, dum calicem collocat in altari, liber Missalis defertur per ministrum ad cornu Epistolę, & collocat vt in Introitu. ¶ In missa sollemni diaconus defert librū Missalis ad cornu Epistolę, postea vadit retro post celebranteꝫ: subdiaconus vero vadit ad cornu euangelij, vbi calicem mundat, aptat cum purificatorio, plicat corporalia, reponit in bursam, & illam ponit super calicem coopertū velo, quem collocat in altari, vel super credentia vt prius: postea redit ad locum suum retro post diaconum. His expeditis celebrans stans legit Antiphonam quę dicitur Communio: qua lecta iunctis manibus ante pectus vadit ad mediū altaris, & eo osculato vertit se ad populum, & dicit, Dominus vobiscum, redit ad librū, dicit orationes Postcommuniones eisdem modo, numero, & ordine, vt supra dictę sunt Collectę. Quibus dictis iungens manus ante pectus reuertitur ad medium altaris, & eo osculato vertit se ad populum, & dicit vt supra, Dominus vobiscum. Quo dicto stans iunctis manibus ante pectus versus populum dicit, si dicendum est, Ite missa est. Quo dicto per eandem viam reuertitur ad altare. Si vero non sit dicendum, dicto Dominus vobiscum: reuertitur eodē modo, per eandem viam ad medium altaris, vbi stans versus ad illud iunctis ante pectus manibus dicit, Benedicamus domino. In missis autem defunctorum eodem modo stans dicit, Requiescant in pace. ¶ In missa sollemni hęc oīa eodem modo stans dicit diaconus: & cum dicit, Ite missa est. celebrās quoqꝫ stat versus populum. In Quadragesima autem, a feria quarta Cinerum vsque ad feriaꝫ quartam maioris Hebdomadę, in feriali officio, postquā celebrans dixit orationes Postcommuniones cuꝫ suis solitis conclusionibus, antequam dicat Dominus vobiscum, stans in eodem loco ante libruꝫ dicit Oremus, Humiliate capita vestra Deo, & extensis manibus subiungit eadem voce orationem super populum ibidem positam: qua finita osculatur altare, & vertens se ad populum dicit, Dominus vobiscū, & alia vt supra. ¶ In missa sollemni dicto per celebranteꝫ Oremus, Diaconus ad populum iūctis manibus dicit vt supra, Humiliate & cętera: quo dicto vertit se versus altare a tergo celebrantis, & celebrans dicit orationem.

De benedictione in fine missę, & euangelio sancti Joannis

Dicto, Ite missa est, vel Benedicamus domino, vt supra, Celebrans ante mediū altaris stans iunctis manibus super altare, & capite inclinato, dicit secrete, Placeat tibi sancta Trinitas & cętera: quo dicto, extensis manibus hinc inde super altare positis, ipsuꝫ in medio osculatur: tum erigens se adhuc stans versus illud, extendit, eleuat, & iungit manus, caputque cruci inclinans, dicit voce intelligibili, Benedicat vos omnipotens deus, & iunctis manibus, ac demissis ad terram oculis, vertens se ad populum extensa manu dextra, iunctisque digitis semel benedicit populo, dicens, Pater & filius, & spiritus sanctus; & circulum perficiens reuertitur ad cornu euangelij, vbi dicto Dominus vobiscum. & Responso, Et cuꝫ spiritu tuo, pollice dextro signans primum signo crucis altare, seu librum deinde frontem, os, & pectus, dicit, Initium sancti euangelij secundum Joannem. vel sequentia sancti euangelij, vt dictuꝫ est in Rubricis generalibus, & responso Gloria tibi dñe, iunctis manibus legit euangelium In principio. vel aliud, vt conuenit. Cū dicit, Et verbum caro factum est genuflectit, & surgens prosequit vsqꝫ in finē. Si celebrās in altari vertit faciē versus populū, non vertit se, sed stans vt erat, benedicit populū vt supra, in medio altaris: deinde accedit ad cornu euāgelij, & dicit euangeliū

sancti

sancti Joannis. Si celebrauit corā summo Pon-
tifice, Cardinale, Legato sedis apostolicę, Patriar
cha, Archiepiscopo, & Episcopo in prouincia, ciui
tate, diœcesi sua existente, celebrans dicto Placeat
tibi sancta Trinitas & cętera. dicit Benedicat vos
omnipotens deus & conuertens se ad summum
Pontificem genuflexus, ad Cardinalem vero Le-
gatum, vel Prelatum suum, capite inclinato quasi
licentiam benedicendi petens, prosequitur, pater
& filius & spiritus sanctus benedicens astantes a
parte vbi non adest Pōtifex, Cardinalis Legatus,
aut Prelatus predicti. Si autem celebrauit coram
Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo extra
eorum ecclesiam, prouinciam, ciuitatem vel diœce-
sim constitutis, eis absque alio respectu vt cęteris
qui intersunt more consueto benedicit. Si autē ce
lebrauit pro defunctis, dicto Placeat tibi sancta
Trinitas vt supra, accedit ad cornu euangelij: & di
cit euangelium sancti Joannis, pretermissa benedi
ctione, quę in missis defunctorum non datur. Fini
to euangelio, in fine missę si celebrauit coram sum-
mo Pontifice, Cardinale, Patriarcha, Archiepi-
scopo, vel Episcopo in eorum residentijs, ecclesia,
vel loco Jurisdictionis eorum: conuertit se ad il-
lum, coram quo ex prędictis celebrauit, & facit re-
uerentiam conuenientem. Si non celebrauit corā
aliquo prędictorum, huiusmodi reuerentiam pre-
termittit. Quibus omnibus absolutis extinguun-
tur per ministrum candelę: interim sacerdos coo-
perto capite accipit sinistra calicem, dextram po-
nens super bursam ne cadat, descendit ad infimum
gradum altaris, & ibi in medio vertens se ad illud,
caput inclinat: & facta reuerentia, precedente mini-
stro, eo modo quo venerat redit ad sacristiam, in-
terim dicens Antiphonam, Trium puerorū &
canticum, Benedicite. Si vero sit dimissurus
huiusmodi vestes ante altare vbi celebrauit, finito
euangelio predicto, ibidem deponit vestes, & dicit
Antiphonam predictam, Trium puerorum, cum
cantico & alijs orationibus vt suo loco ponuntur.
¶ In missa solenni oīa facit vt supra, hoc excepto,
quod ter populo benedicit, primo a cornu episto-
lę dicens, Pater. secundo ante medium altaris
dicens, & filius. tertio a cornu euangelij dicens,
& spiritus Sanctus & dicto euangelio secundū
Joannem, vel alio, vt supra, celebrans discedit
cum ministris ordine quo venerat.

De his quę omittuntur in missa pro defunctis.

In missa pro defunctis ante Confessionem
non dicit psalmus Judica me deus. Sed
pronunciata antiphona, Introibo ad altare dei.
& responso a ministris, Ad deum qui letificat &c.
dicitur ℣. Adiutoriū nostrum & Confessio cū
reliquis vt supra. ¶ In missa solenni post confes
sionē non incensatur altare. Cū celebrans ad alta
re incipit Introitum non signat se, sed manu dex
tera extensa facit signum crucis super librum, quasi
aliquem benedicens. Non dicitur Gloria patri,
sed post psalmum repetitur Requiem ęternam &
nec Gloria in excelsis nec Alleluia, nec Jube
domne benedicere: nec Dominus sit in corde
meo: nec osculatur librū, in fine. ¶ In missa solle
mni subdiaconus finita Epistola nō osculatur ma
num celebrantis nec benedicit: Diaconus non pe-
tit benedictionem: nec osculatur celebrantis ma-
num, non tenentur luminaria ad Euangelium, sed
duo tantum acoluthi sine candelabris tenent me-
dium subdiaconum, tenentem librum euangeliorū.
Non incensatur liber, nec in fine celebrans, nec de-
fertur liber euangeliorum osculandus. Item in mis
sa defunctorum non dicitur Credo non benedi
citur aqua in calicem fundenda, sed dicitur Deus
qui humanę substantię & cę. ¶ In missa sollemni
oblata & altare incensantur vt supra: incensat solus
celebrans: & non incensantur alij: cū lauat manus,
non dicitur Gloria patri in psalmo Lauabo in-
ter innocentes. Subdiaconus non tenet patenam
post celebrantem: sed tempore eleuationis sacramen
ti incensat sacramentum. Ad Agnus dei non di-
citur, miserere nobis, cuius loco dicitur dona
eis requiem: nec dona nobis pacem, cuius loco
dicitur dona eis requiem sempiternam: non di-
citur prima oratio ante communionem, scilicet,
Domine Jesu Christe qui dixisti Apostolis tuis
& cętera, nec datur pax. In fine non dicitur, Ite
missa est, nec Benedicamus domino. sed Requie
scant in pace Et non datur benedictio: sed dicto
Placeat, dicitur vt supra, In principio erat ver
bum & cę. Alia omnia vt in alijs missis. ¶ Fini-
ta missa, si facienda est defunctorum absolutio, cele-
brans retrahit se ad cornu epistolę, exuitur casula,
accipit pluuiale nigrum: subdiaconus medius in-
ter duos acoluthos deferentes candelabra accensa,
defert crucem precedentibus duobus alijs acolu-
this, vno cum thuribulo & nauicula, alio cum aqua
benedicta & aspersorio: sequitur celebrans, & diaco
nus a sinistris. Subdiaconus cum cruce sistit se in
loco parato ad caput contra altare medius inter di
ctos acoluthos deferentes luminaria: celebrans
vero ex alia parte versus altare, a sinistris diaco-
nus, & alij duo acoluthi deferentes vas aquę be-
nedictę, & thuribulum. Interim cantatur Re-
sponsorium. Cum dicitur Kyrie eleison cele-
brans ponit incensū in thuribulū, ministrante dia
cono nauiculam: dicto Pater noster accipit
aspersorium de manu diaconi, & facta altari reue-
rentia, comitante diacono a dextris & tenente fim-
briam anteriorem pluuialis, aspergit circuiens lo-
cum paratum: cum transit ante crucem, profunde

inclinat, diaconus vero genuflectit: & rediens ad pristinum locum, de manu eiusdem diaconi accipit thuribulum, & eodem modo quo asperserat, incensat. Postremo diacono tenente librum orat iunctis manibus dicens, Et ne nos. & versus A porta inferi. cum alijs, & Orationem, Absolue quęsumus domine & cętera. vt in Ordinario: & post eam dicens Requiem ęternam & cętera. facit crucem manu dextra super locum paratum: & dicto per Cantores Requiescant in pace, pręcedente cruce redit cum alijs ad sacristiam.

De his quę clara voce aut secreto dicenda sunt in Missa.

IN missa priuata clara voce dicuntur Antiphona & Psalmus, ad Introitum: Confessio. & quę sequuntur, excepta oratione, Aufer a nobis. & Oramus te domine per merita sanctorum tuorum & cętera. Item Introitus, Kyrie eleison, Gloria in excelsis, Epistola, Graduale, Euangelium, Credo, Offertorium, Pręfatio, Nobis quoque peccatoribus, solū hęc tria verba. Item, Per omnia secula & cętera cum Pater noster, Pax domini, Agnus dei, Domine non sum dignus, Communio, Postcommunio, Ite missa est, vel Benedicamus domino, vel Requiescant: Euangelium, In principio Alia omnia dicunt secrete. ¶ In missa sollemni clara voce a celebrante dicuntur quando intonatur Gloria in excelsis, & Credo Dominus vobiscum, Oremus. Oratio, Dominus vobiscum, Oremus, ante Offertorium. Pręfatio, Pater noster, & Oratio post cōmunionem. Alia omnia a celebrante dicuntur secreto in missa sollemni.

De Hora celebrandi Missam

MIssa priuata saltem post Matutinum, quacunque hora ab aurora vsque ad meridiem dici potest. Missa autem Conuentualis & sollemnis, sequenti ordine dici debet. In festis duplicibus, & semiduplicibus, in Dominicis, & infra octauas, dicta in choro Hora tertia. In festis simplicibus & ferijs per annum dicta Sexta. In Aduentu, Quadragesima, Quatuor temporibus & vigilijs quę ieiunantur, dicta Nona. Missa autem defunctorum dici debet post Matutinum & Primam dici: & vbi dicuntur eorum vigilię mane post matutinum dici, dictis huiusmodi vigilijs cum Laudibus immediate dici potest Missa pro defunctis. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi missam Conuentualem, Missę in nocte Natiuitatis domini, quę suo loco dicuntur, vel vbi aliās ex dispensatione Apostolica disponatur.

De ordine sedendi, standi, & genuflectendi in missa sollemni.

IN missa sollemni celebrans medius inter diaconum & subdiaconum sedere potest a cornu Epistolę iuxta altare, cum cantatur Kyrie eleison, Gloria in excelsis. & Credo. alio tempore stat ad altare, & genuflectit quando oportet vt supra. Item genuflectit quando legitur euangelium In principio. ad illa verba, & verbum caro factum est. & euangelium Cum natus esset Iesus, ad illa verba, & procidentes adorauerunt eum. Item euangelium ferię iiij. post Dominicam quartam Quadragesimę, ad illa verba in fine, & procidens adorauit eum. Et cum diaconus cantat illa verba, ipse versus librum, celebrans & circunstantes versus altare genuflectunt: subdiaconus vero tenens librum, & acoluthi candelabra non genuflectunt. Item genuflectit priuate celebrans cum dicit, flectamus genua: non autem cum sollemniter celebrat. sed diaconus, & subdiaconus, & circunstantes. Item celebrans & ministri genuflectunt, cum dicitur in Quadragesima, Adiuua nos deus. Item cum dicitur in missa Spiritus sancti, Veni sancte Spiritus reple. & cęt. Item quando legitur Passio ad illa verba, expirauit. & quandocūque fiunt genuflexiones vt supra. Circunstantes autē in missis priuatis semper genuflectunt, pręterquam ad Euangelium. In sollemnibus autem genuflectitur ab ijs qui non sunt pręlati ad Confessionem cum suo psalmo, & ab omnibus quando eleuatur sacramentum, sed dum cantatur Introitus, Gloria in excelsis, Epistola, Graduale, Credo Offertorium: & facta Communione, dum cantatur Communio sedetur, in alijs statur. In missis feriarum Aduentus, Quadragesimę, Vigiliarum quę ieiunantur, & Quatuor Temporū, ac in missis defunctorū circunstantes genuflectunt ad Confessionem cum suo psalmo, ad Orationes, dicto per celebrantem Sanctus, vsque ad Pax domini, & ad postcommunionē, excepta vigilia Paschę, & Pentecostes, ac Natiuitatis domini,

De coloribus, & qualitate paramentorum.

PAramenta altaris, celebrantis, & ministrorum sint coloris conuenientis officio & missę diei, secundum vsum Romanę Ecclesię: quę quinque coloribus vti consueuit, albo, rubeo, viridi, violaceo, & nigro.

¶ Albo colore vtitur a vesperis vigilię Natiuitatis Domini vsque ad octauam Epiphanię inclusiue, exceptis festis Martyrum quę infra eam veniunt. Feria v. in Cęna Domini & Sabbato sancto in officio missę, & ab illo die vsque ad sabbatū Pentecostes exclusiue, in officio de tempore, pręterquam in missa Litaniarum & Rogationum. In festis beatę Marię & per eius octauas, pręterquam in benedictione candelarum, & processione quę fit in festo Purificationis eiusdem. Item

in eius missis votiuis. In missa sanctę Trinitatis. In festo corporis Christi. In festis Angelorū. In festo sancti Ioannis Baptistę. In festo Omnium sanctorum. In principali festo sancti Ioannis Euangelistę, quod celebratur infra octauam Natiuitatis. In vtraque Cathedra sancti Petri. In Conuersione sancti Pauli. In festo Sancti Petri ad vincula. In festo Transfigurationis Domini. In festis Confessorum Pont. & non Pont. & Doctorum. In festis sanctarum virginum & non virginum, dummodo non sint martyres. In Consecratione & Dedicatione Ecclesię, & per octauas prędictorum festorum quę octauas habent, quando fit officium de octaua: & in Dominicis infra eas per annum occurrentibus.

Rubeo colore vtitur a vigilia Pentecostes in Missa vsque ad sabbatum sequens inclusiue. In festis sanctę Crucis. In festo sancti Ioannis ante portam Latinam. In Natali Apostolorum Petri & Pauli, & in festis aliorū Apostolorum: exceptis festo principali sancti Ioānis Euangelistę post Natiuitatem, & festo Conuersionis sancti Pauli, & Cathedrę sancti Petri, & eius Vinculorum. in festis sanctorum & sanctarum martyrum, excepto festo sanctorum Innocentium quando non venerit in Dominica: si autem in Dominica venerit vtitur rubro: similiter in eius die octaua, & per octauas prędictorum festorum quę octauas habent, quando fit de octaua: & in Dominicis per annum infra eas octauas occurrentibus.

Viridi colore vtitur ab octaua Epiphanię vsque ad Septuagesimam, & ab octaua Pentecostes vsque ad Aduentum exclusiue in officio de tēpore, excepta Dominica Trinitatis vt supra: ac exceptis Dominicis infra octauas occurrentibus, in quibus color octauarum seruatur, exceptis etiam Vigilijs, & Quatuor Temporibus vt infra.

Violaceo colore vtitur a prima Dominica Aduentus vsque ad Missam vigilię Natiuitatis Domini inclusiue: & a Septuagesima vsque ad officium ante Missam sabbati Sancti inclusiue in officio de tempore, excepta Feria quinta in Cena Domini, in qua vtitur albo: & Feria vj. in Parasceue, in qua vtitur nigro: vt infra: & benedictione Cerei, in qua Diaconus illius Pręfationem dicens solus vtitur albo: ea autem finita violaceo vt prius. Item in Officio vigilię Pentecostes ante missam facta benedictione fontium inclusiue. In Quatuor Temporibus. In vigilijs, quę ieiunantur: vigilia, & Quatuor temporibus Pentecostes exceptis. in missa Litaniarum & Rogationum. in festo sanctorum Innocentium, quando non venerit in Die Dominica. In benedictione candelarū in die Purificationis beatę Marię: & in benedictione palmarum & ipsa Dominica in palmis: & in eorundē, ac generaliter in omnibus processionibus, exceptis processionibus sancti Sacramenti, & quę fiunt in sollemnibus diebus.

Nigro colore vtitur Feria sexta in Parasceue, & in missis Defunctorum.

In officio Missę celebrans semper vtitur planeta super albam. Si autem sit Episcopus, & sollemniter celebrat, super Dalmatica & Tunicella. Pluuiali vtitur in processionibus, & benedictionibus quę fiunt in altari. Item in officio Laudum & Vesperarum, quando sollemniter dicuntur. Eodem vtitur assistens celebranti in Missa Pontificali. Item quando celebrans post Missam defunctorum facit in fine absolutionem. Cum celebrans vtitur pluuiali, semper deponit manipulum: & vbi pluuiale haberi non potest, in benedictionibus quę fiunt in altari, celebrans stat sine planeta cum Alba & Stola. Dalmatica & Tunicella vtuntur Diaconus & Subdiaconus in missa sollemni, & processionibus & benedictionibus, quandocunque Sacerdoti ministrant. In diebus vero ieiuniorū & in Dominicis Aduentus, & Quadragesimę (Dominica Gaudete, & Lętare exceptis) in Cathedralibus & pręcipuis Ecclesijs vtuntur planetis plicatis ante pectus: quam planetam diaconus dimittit cum lecturus est Euangelium, & tunc super sinistrum humerum super stolam complicatur, aut ponitur aliud genus stolę latioris in modum planetę plicatę: & facta communione resumit planetam vt prius. Similiter subdiaconus dimittit eam cum lecturus est Epistolam, quam legit in albis, & postea eam resumit vt prius. In minoribus autē ecclesijs, prędictis diebus ieiuniorum alba tantum amicti ministrent: subdiaconus cum manipulo, diaconus etiam cum stola ab humero dextro sub sinistrū pendente.

De defectibus in celebratione Missarum occurrentibus.



Sacerdos celebraturus, omnem adhibeat diligentiam, ne aliquid ex requisitis ad sacramentum Eucharistię conficiendum desit. Potest autem defectus contingere ex parte materię consecrandę, ex parte formę adhibendę, & ex parte ministri conficientis. Quicquid enim horũ deficit, scilicet materia debita, forma cũ intentione, & ordo sacerdotalis in conficiente, non conficitur sacramentũ. Et his existentibus, quibuscunq; alijs deficientibus, veritas adest sacramenti. Alij vero sunt defectus, qui in missę celebratione occurrentes, etsi veritatem sacramenti non impediant, possunt tamen aut cum peccato, aut cum scandalo contingere.

De defectibus Materię.

Defectus ex parte materię possunt contingere, si aliquid desit ex ijs quę ad ipsam requiruntur. Requiritur enim, vt sit panis triticeus, & vinum de vite: & vt huiusmodi materia consecranda in actu consecrationis sit coram sacerdote.

De defectu panis.

Si panis non sit triticeus, vel si triticeus sit admistus granis alterius generis in tanta quãtitate, vt nõ maneat panis triticeus, vel sit alio qui corruptus, nõ conficitur sacramentũ. Si sit cõfectus de aqua rosacea, vel alterius distillationis: dubiũ est an conficiat. Si cęperit corrũpi, sed non sit corruptus: similiter si nõ sit azymus secundũ morẽ ecclesię Latinę, conficit: sed cõficiens grauiter peccat. Si celebrans ante consecrationẽ aduerterit hostiã esse corruptã, aut nõ esse triticeã: remota illa hostia aliã ponat, & a Canone iterũ incipiat, & prosequatur Missam. Si id aduerterit post consecrationẽ, etiã post illius hostię seu sanguinis sumptionem, posita alia, a cõsecratione incipiat, scilicet, ab illis verbis: Qui pridie quã pateretur: & illã priorẽ si nõ sumpsit sumat post sumptionẽ corporis & sanguinis, vel alij sumendã tradat, vel alicubi reuerẽter conseruet. Si autẽ sumpserat, nihilominus sumat eã quã consecrauit: quia preceptũ de perfectione sacramenti maioris est ponderis, quam quod a ieiunis sumatur. Aduertendum autem, quod si hoc contingat post sumptionem sanguinis, apponi debet rursus nouus panis & vinum cum aqua, facta prius oblatione, & prosequenda sunt omnia quę sequuntur: ne sacramentum remaneat imperfectum, & vt debitus seruetur ordo. Si hostia consecrata dispareat, vel casu aliquo, vt vento, aut miraculo, vel a mure accepta, vel alio animali, & nequeat reperiri: tunc altera consecretur (ab eo loco incipiendo, Qui pridie quam pateretur: facta eius prius oblatione) & illud animal si capi potest, occidatur, & comburatur, & cineres ejiciantur in sacrarium, vel sub altari.

De defectu vini.

Si vinum sit factum penitus acetum, vel penitus putridum, vel de vuis acerbis, seu non maturis expressum, vel admistum tantũ aquę vt vinum sit corruptum: non conficitur sacramentum. Si vinum cęperit acescere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantum acre, vel mustum tunc de vuis expressum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua rosacea, seu alterius distillationis: conficitur sacramentum, sed conficiens extra casum necessitatis grauiter peccat. Si celebrans ante consecrationem sanguinis, quamuis post consecrationẽ corporis, aduertat aut vinũ, aut aquam, aut vtrunq; non esse in calice: debet statim apponere vinum cum aqua, & consecrare, incipiendo ab illis verbis: Simili modo, &c. Si post verba consecrationis aduertat vinum non fuisse positum, sed aquam: deposita aqua, iterum vinum cum aqua ponat in calice, & resumat a verbis prędictis. Si hoc aduertat post sumptionem corporis, vel huiusmodi aquę: apponat aliam hostiam iterum consecrandam, & vinum in calice: & vtrunque consecret, & sumat in fine, quãuis aliam hostiã consecratam, vel aquam sumpserit, propter sacramenti integritatem in celebratione seruandam. Siquis percipiat ante consecrationem vel post consecrationem totum vinum esse acetum, vel alias corruptum: idem seruetur quod supra, ac si deprehenderet non esse positum vinum, vel solam aquam fuisse appositam in calice. Si autem celebrans ante consecrationem calicis aduertat nõ fuisse appositam aquam: statim ponat eam, & proferat verba consecrationis. Si id aduertat post cõsecrationem calicis: nullo modo apponat, quia non est de necessitate sacramenti. Si materia quę esset apponẽda ratione defectus vel panis vel vini, nõ posset vllo modo haberi: si id fit ante cõsecrationẽ corporis, vlterius procedi non debet: si post consecrationem corporis aut etiã vini deprehenditur defectus alterius speciei, altera iam cõsecrata: tũc si nullo modo haberi possit, procedendũ erit, & missa absoluenda. Quod si expectando aliquandiu haberi possit: expectandũ erit, ne imperfectũ sacrificium remaneat.

De defectibus formę.

Defectus ex parte formę possunt cõtingere, si aliquid desit ex ijs quę ad integritatẽ verborũ in ipsa cõsecratione requiruntur. Verba autem cõsecrationis, quę sunt forma huius sacramẽti, sunt hęc. Hoc est enim corpus meum. Et, Hic est enim calix sanguinis mei, noui & ęterni testamenti, mysteriũ fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Siquis autẽ aliquid diminueret, vel immutaret de forma consecrationis corporis & sanguinis, & in ipsa verborũ immutatione verba idẽ nõ significarẽt: nõ cõficeret sacramentũ. Siquis aliquid adderet quod significationẽ nõ mutaret

taret

taret, conficeret quidẽ, sed grauissime peccaret. Si celebrans non recordetur se dixisse ea, q̃ in consecratione cõmuniter dicũtur: nõ debet propterea turbari. Si tamẽ certo ei, vel valde probabiliter cõstet, se omisisse aliquid eorũ q̃ sunt de necessitate sacramenti, idest, formę cõsecrationis: resumat ipsam formaꝫ, ⁊ cę. prosequatur per ordinẽ. Si aũt nõ sunt de necessitate sacramenti: nõ resumat, sed procedat vlterius.

De defectibus ministri.

Defectus ex parte ministri, possunt contingere quo ad ea quę in ipso requirũtur. Hęc autẽ sunt, in primis intentio, deinde dispositio animę, dispositio corporalis, dispositio vestimentorum, dispositio in ministerio ipso, quo ad ea quę in ipso possunt occurrere.

De defectu intentionis.

Si quis non intendit conficere, sed delusorie aliquid agere. Itẽ si aliquę hostię ex obliuione remaneãt in altare, vel aliqua pars vini, vel aliqua hostia lateat, cum non intendat consecrare nisi quas videt. Item si quis habeat corã se vndecim hostias, ⁊ intendat consecrare solũ decem, nõ determinans quas decem intendit: nõ consecrat, quia requiritur intẽtio determinata ad certas numeri hostias. Secus si putans quidem esse decem, tamen omnes voluit consecrare quas coram se habebat: nam tunc omnes erunt cõsecratę: atqꝫ ideo quilibet sacerdos talem semper intentionem habere deberet, scilicet, consecrandi eas omnes, quas ante se ad consecrandum positas habet: Si sacerdos putans se tenere vnam hostiam, post consecrationem inuenerit fuisse duas simul iunctas: in sumptione sumat simul vtrãque. Quod si deprehendat post sumptionem corporis ⁊ sanguinis, aut etiaꝫ post ablutionem, reliquias aliquas relictas consecratas: eas sumat, siue paruę sint siue magnę, quia ad idem sacrificium spectant. Si vero relicta sit hostia integra consecrata, eaꝫ in tabernaculo cum alijs reponat: si hoc fieri nequit, sequenti sacerdoti ibi celebraturo, in altari supra corporalia decenter opertam, sumendam vna cum altera quam est consecraturus, relinquat: vel si neutruꝫ horum fieri possit, in ipso calice seu patena decenter conseruet, quousque vel in tabernaculo reponat, vel ab altero sumatur: quod si non habeat quomodo honeste conseruetur, potest eam ipsemet sumere. Si intentio non sit actualis in ipsa consecratione propter euagationem mentis, sed virtualis, cum accedens ad altare intendat facere quod facit ecclesia: conficitur sacramentuꝫ: ⁊si curare debet sacerdos, vt etiaꝫ actualem intentionem adhibeat.

De defectibus dispositionis animę.

Si quis suspensus, excõmunicatus, ⁊ degradatus celebret, conficit quidem sacramentũ, sed grauissime peccat, tam propter communionem quam indigne sumit, quam propter executionem Ordinum, quę sibi erat interdicta. Si quis habens copiam confessoris celebret in peccato mortali, grauiter peccat. Si quis autem in casu necessitatis non habens copiam confessoris, in peccato mortali absque contritione celebret: grauiter peccat. Secus si conteratur: debet tamen cum primum poterit confiteri. Si in ipsa celebratione missę sacerdos recordetur se esse in peccato mortali, conteratur cum proposito confitendi, ⁊ satisfaciendi. Si recordetur se esse excommunicatum, vel suspensum, aut locum esse interdictum, similiter conteratur cum proposito petendi absolutionem: ante consecrationem autem, si non timetur scandalum, debet missam inceptam deserere, secus si esset publice excommunicatus, quia tunc omnino dimittenda est missa.

De defectibus dispositionis corporis.

Si quis nõ est ieiunus post mediã noctẽ, etiã post sumptionẽ solius aquę, vel alterius potus, aut cibi, per modum etiam medicinę, ⁊ in quantacunque parua quantitate: non potest communicare, nec celebrare. Si autem ante mediã nocteꝫ cibũ, aut potum sumpserit, etiam si postmodum non dormierit, nec sit digestus, non peccat, sed ob perturbationem mentis, ex qua deuotio tollitur, consulitur aliquando abstinendum. Si reliquię cibi remanentes in ore transglutiantur, non impediunt communionẽ, cũ nõ transglutiãtur per moduꝫ cibi, sed per modum saliuę. Idem dicendum, si lauando os, deglutiatur stilla aquę preter intentionem. Si plures missas in vna die celebret, vt in nocte Natiuitatis: in vltima tantum missa percipiat purificationem. Si precesserit pollutio nocturna, q̃ causata fuerit precedenti cogitatione quę sit peccatum mortale, vel euenerit propter nimiam crapulam: abstinendum est a communione, ⁊ celebratione. Si dubium est, an in precedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, cõsulitur abstinendum, extra tamen casum necessitatis. Si autẽ certũ est non fuisse in illa cogitatione peccatũ mortale, vel nullã fuisse cogitationẽ, sed euenisse ex naturali causa, aut ex diabolica illusione: potest cõicare ⁊ celebrare, nisi ex illa corporis cõmotione tãta venerit perturbatio mentis, vt abstinẽdũ videat.

De defectibus in ministerio ipso occurrentibus.

Possunt etiã defectus occurrere in ministerio ipso, si aliquid ex requisitis ad illud desit: vt si non celebretur in loco sacro vel deputato ab Episcopo: nec in altari consecrato: nec tribus mappis cooperto. Si non adsunt luminaria cerea. Si non sit tempus debitum celebrandi, quod est ab aurora vsque ad meridiem, communiter. Si celebrãs saltem Matutinum cuꝫ Laudibus non dixerit. Si omittat aliquid ex vestibus sacerdotalibus, ⁊ mappę non sint ab Episcopo vel ab alio hanc habente potestateꝫ benedictę. Si non adsit clericus, vel alius deseruiens in missa: vel adsit qui deseruire non de

bet, vt mulier. Si nō adsit calix cum patena conueniēs, cuius cuppa debet esse aurea, vel argentea, vel stannea: non aūt erea, vel vitrea. Si corporalia non sint munda, que debent esse ex lino, nec serico in medio ornata, et ab Episcopo vel ab alio hanc habente potestatē benedicta. Si celebrat capite cooperto sine dispensatione. Si nō adsit Missale, licet memoriter sciret missā quā intendit dicere. Si sacerdote celebrante violetur ecclesia ante canonē, dimittatur missa: si post canonem, non dimittatur. Si sacerdos ante consecrationē grauiter infirmetur, vel in sincopem inciderit, aut moriatur: pretermittitur missa. Si post consecrationē corporis tantum ante consecrationem sanguinis, vel vtroque consecrato id accidit: missa per alium sacerdotem expleatur ab eo loco, vbi ille desijt. Si autem non obierit, sed fuerit infirmus, adeo vt possit cōmunicari, et non adsit alia hostia consecrata, diuidat hostiam, et vnā partem prebeat infirmo, aliā ipse sumat. Si autem semiprolata forma corporis obijt sacerdos, aut semiprolata forma sanguinis: tunc alter similiter prosequatur missā et super eandem hostiam, seu eundē calicem repetat integrā formam, ab eo loco Qui pridie quam pateretur, et in sanguine, ab eo loco, Simili modo postquam cenauit. vel posset super alium panē et in calice similiter cū i forma calicis deficit, sup aliū calicē pparatū integrā formā proferre, et hostiā primi sacerdotis inter reliquias seruare, vel eā sumere post ablutionē sanguinis, si constat quod nō sit cōsecrata: in dubio vero, tutius est accipere post sumptionē: et idem de calice relicto semiconsecrato. Si quis extra huiusmodi casus necessitatis, integra sacramēta nō sumpserit, grauissime peccat. Si musca, vel aranea, vel aliquid aliud ceciderit in calicē ante consecrationem: proijciat vinū subtus altare, et aliud ponat in calice, misceat parū aque, offerat, et prosequatur Missā. Si post consecrationē ceciderit musca, aut aliquid eiusmodi, et fiat nausea sacerdoti, extrahat eam, et lauet cum vino: finita missa comburat, et combustio, ac lotio huiusmodi in sacrarium proijciatur. Si autem non fuerit ei nausea: nec vllum periculum timeat, sumat cum sanguine. Si aliquid venenosū ceciderit in calicē, vel quod prouocaret vomitum: vinum consecratum reponendum est in alio calice, et aliud vinum cum aqua apponendum denuo consecrandū: et finita missa sanguis repositus, in panno lineo vel stuppa tādiu seruetur, donec species vini fuerint desiccate, et tunc comburatur, et combustio in sacrario proijciatur. Si aliquod venenosū tetigerit hostiam consecratam, tunc alteram consecret, et sumat modo quo dictum est: et illa seruetur in tabernaculo loco separato, et animal captum occidatur, et cōburatur, vt supra dictum est. Si sumendo sanguinem, particula remāserit in calice: digito ad labium calicis adducat, et sumat ante purificationem, vel infundat vinum, et sumat. Si hostia ante consecrationem inueniatur fracta, nisi populo euidenter appareat, talis hostia cōsecretur. Si autē scandalū populo esse possit, alia accipiatur: et offeratur: prima, si eius iam facta erat oblatio, post oblationē sumatur. Quod si ante oblationem hostia appareat cōfracta, accipiatur altera integra, si citra scādalū, aut longā morā fieri poterit. Si propter frigus vel negligentiā hostia cōsecrata dilabatur in calicem, propterea nihil est reiterandū, sed sacerdos missam prosequatur. Si in hyeme sanguis congeletur in calice, inuoluatur calix pannis calefactis: si id non pficeret, ponatur in feruenti aqua dūmodo in calicē nō intret, donec liquefiat. Si per negligētiā aliquid de sanguine Christi ceciderit, siquidē super tabulā, lingua lambatur, et pars illa tabule radatur quantū satis est. Itē si nō fuerit tabula, locus ipse radatur, et cōburatur: cinis vero iuxta altare recondatur. Si vero super lapidē altaris ceciderit, sorbeat sacerdos stillam, et locus bene abluatur, et ablutio in sacrarium proijciatur. Si super linteū altaris gutta ceciderit, et vsque ad secundum siue tertium linteum peruenerit, tunc supposito calice linteorum partes vbi gutta cecidit abluantur, et aqua ablutionis in sacrarium proijciatur, et partes ille linteorum post ablutionē abscindātur, et comburantur, et cinis in sacrario condatur. Nō si in ipso solū corporali, aut si in vestib' ipsis sacerdotalibus ceciderit: satis erit ablui, et ablutio in sacrariū proijciatur. Si in substratū pedibus pannū vel tapetum, ablui oportebit, et partem abscindi, et comburi, et cineres similiter in sacrariū immitti. At si contingat totum sanguinem post consecrationem effundi, siquidem aliquid vel parū remansit, illud sumatur, et de effuso reliquo sanguine fiat vt dictum est de sanguine venenato: Si vero nihil omnino remansit, ponat iterum vinum et aquā, et cōsecret ab eo loco. Simili modo post quam cenauit. facta prius tamē calicis oblatione. Si sacerdos euomat Eucharistiam, si species integre appareant, reuerenter sumantur: nisi nausea fiat: alioquin, species consecrate caute separentur, et in aliquo loco sacro reponantur. Quod si species non appareant, comburatur vomitus, et cineres in sacrarium proijciantur. Si hostia consecrata, vel aliqua eius particula dilabatur in terram: reuerenter accipiatur, et locus vbi cecidit, mundetur, et aliquantum abradatur, et puluis seu abrasio huiusmodi in sacrarium proijciatur. Si ceciderit extra corporale in mappam, seu alio quouis modo in aliquod linteū, mappa vel linteū huiusmodi diligenter lauetur, et lotio ipsa in sacrariū effundat. Possūt etiā defectus in ministerio ipso occurere, si sacerdos ignoret rit' et ceremonias ipsas in eo seruādas: de qbus omnibus in superiorib' rubricis et i ordinario ipso missarū copiose dictū ē.

F I N I S.

Preparatio ad Missaz p oppor tunitate sacerdotis facieda. añ.

Ne reminiscaris domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris. Que añia in duplicibus tm̄ duplicat. Deinde dr̄r sequentes psal. ps.



Quaz dilecta tabernacula tua dñe virtutum: cócupiscit ⁊ déficit anima mea in atria domini.
Cor meum, ⁊ caro mea, exultauerunt in deum viuum.
Etenim passer inuenit sibi domum: ⁊ turtur nidum, vbi repónat pullos suos.
Altaria tua domine virtutum, rex meus, ⁊ deus meus.
Beati q ambulant in domo tua dñe: in scl'a scl'oꝝ laudabūt te.
Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco quem posuit.
Etenim benedictioné dabit legislator: ibūt de v̓tute in v̓tuté, videbit̄ de⁹ deoꝝ in Sion.
Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus Jacob.
Protector noster áspice deus: ⁊ respice in faciem Christi tui.
Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia.
Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quàz habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia misericordiá ⁊ veritatem diligit deus: gratiam ⁊ gloriam dabit dominus.
Non priuabit bonis eos q ambulát in innocétia: dñe virtutū, beat⁹ homo q sperat in te.
Gloria patri, ⁊ filio. Psalmus.

Benedixisti dñe terrá tuá: auertisti captiuitaté Jacob.
Remisisti iniquitaté plebis tue: operuisti oīa peccata eorum.
Mitigasti oém iram tuá: auertisti ab ira indignationis tue.
Conuerte nos deus salutaris noster: ⁊ auerte iraz tuá à nobis.
Nunquid in eternū irascéris nobis? aut extédes irá tuaz à generatione in generationem?
Deus tu conuersus viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabit̄ in te.
Ostéde nobis dñe misericordiá tuá: ⁊ salutare tuuz da nobis.
Audiá quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos: ⁊ in eos qui conuertuntur ad cor.
Ueruntamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia ⁊ veritas obuiauerunt sibi: iustitia ⁊ pax osculate sunt.
Ueritas de terra orta est: ⁊ iustitia de celo prospexit.
Etenīz dñs dabit benignitaté: ⁊ terra nr̄a dabit fructū suuz.
Iustitia ante eum ambulabit: ⁊ ponet in via gressus suos.
Gloria patri, ⁊ filio. Psalmus.

Inclina domine aurez tuaz, ⁊ exaudi me: quoniam inops ⁊ pauper sum ego.
Custodi aīam meam, quoniam

sanctus sum: saluum fac seruũ tuũ deus meus sperantẽ in te.
Miserere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die: letifica animam serui tui, quoniam ad te dñe animam meam leuaui.
Quoniam tu domine suauis et mitis: et multe misericordie omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe orationẽ meã: et intẽde voci depcationis mee.
In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me.
Nõ est similis tui in dijs dñe: et non est secundum opera tua.
Omnes gẽtes quascũqz fecisti, venient, et adorabunt coram te dñe: et glorificabũt nomẽ tuũ.
Quoniã magnus es tu, et faciẽs mirabilia: tu es deus solus.
Deduc me dñe in via tua, et ingrẽdiar in veritate tua: letetur cor meũ, vt timeat nomẽ tuũ.
Cõfitebor tibi dñe deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in eternum.
Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animam meam ex inferno inferiori.
Deus, iniqui insurrexerunt super me: et synagoga potentium quesierunt animam meã, et nõ pposuerũt te in cõspectu suo.
Et tu domine deus miserator et misericors: patiens et multe misericordie et verax.
Respice in me et miserere mei, da imperiũ tuum puero tuo, et saluum fac filium ancille tue.
Fac mecum signum in bonũ, vt videant qui oderũt me, et confundantur: quoniã tu dñe adiuuisti me, et cõsolatus es me.
Gloria patri, et fi. Psalmus.

Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuam dño, pro omnibus que retribuit mihi?
Calicem salutaris accipiam: et nomen domini inuocabo.
Uota mea dño reddã coram omni populo eius: preciosa in cõspectu dñi mors sanctorũ eius.
O dñe, quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, et filius ancille tue.
Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen domini inuocabo.
Uota mea dño reddã in conspectu ois populi eius: in atrijs domus dñi, in medio tui hierusalẽ.
Gloria patri. Psalmus.

De pfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meã.
Fiant aures tue intẽdentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?
Quia apud te ppitiatio est: et propter legem tuã sustinui te dñe.
Sustinuit aia mea in verbo eius: sperauit anima mea in dño:
A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in dño.
Quia apud dñm misericordia: et copiosa apud eum redẽptio.
Et ipse rẽdimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria patri, et filio, et spiritui.
Deinde

Deinde repetitur Antiphona.
Ne reminiscaris domine delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleisō. Christe eleison. Kyrie eleisō. Pater noster. ℣. Et ne nos indu. ℟. Sed libe. ℣. Ego dixi dñe miserere mei. ℟. Sana animā meā quia peccaui tibi. ℣. Cōuertere dñe aliquātulū. ℟. Et deprecare super seruos tuos. ℣. Fiat misericordia tua dñe super nos. ℟. Quēadmodū sperauimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iustitiā. ℟. Et sancti tui exultēt. ℣. Ab occultis meis mūda me domine. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor meus. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Aures tuę pietatis mitissime deus inclina precibus nostris, & gratia sācti spiritus illumina cor nostrum: vt tuis mysterijs digne ministrare, teque ęterna charitate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor patet, & omnis volūtas loquitur, & quē nullū latet secretū, purifica p infusionē sācti spiritus cogitationes cordis nostri: vt te pfecte diligere, & digne laudarꝫ mereamur.

Ure igne sancti spiritus renes nostros & cor nostrum dñe: vt tibi casto corpore seruiamus, & mūdo corde placeamus.

Mentes nostras, q̄sumus domine, paraclitus, qui à te pcedit, illūminet: & idūcat i omnē, sicut tuus pmisit filius, veritatē.

Adsit nobis, quęsumus domine, virtus spiritus sācti, q̄ & corda nostra clemēter expurget, & ab omnib⁹ tueatꝫ aduersis.

Deus, qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quęsumus domine, visitando purifica: vt veniēs dominus noster Jesus Christus filius tuus, paratā sibi in nobis inuēniat mānsionē. Qui tecū viuit & regnat in vnitate spiritus sancti, Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Orationes dicendę cum Sacerdos induitur sacerdotalibus paramentis.

Cum lauat manus, dicat.

Da dñe virtutem manibus meis ad abstergēdū omnē maculaꝫ, vt sine pollutione mentis & corporis valeaꝫ tibi seruire.

Ad Amictum, dum ponitur super caput, dicat.

Impone dñe capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incursus.

Ad Albam, cum ea induitur.

Dealba me dñe, & mūda cor meū, vt in sāguine Agni dealbat⁹, gaudijs pfruar sēpiternis.

Ad Cingulum, dum se cingit.

Precinge me domine cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis: vt maneat in me virtus con

tinentię, ꝛ castitatis.

Ad Manipulum, dum imponitur brachio sinistro.

MEreat dñe portare manipulum fletus, ꝛ doloris: vt cum exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad Stolaꝫ, dum imponit̃ collo.

REdde mihi dñe, stolam immortalitatis, quaꝫ ꝑdidi in preuaricatione primi parentis: ꝛ quamuis indignus accẽdo ad tuum sacruꝫ mysterium, mẽrear tamen gaudium sempiternum.

Ad Casulaꝫ cum assumitur.

DOmine, qui dixisti, Jugum meũ suaue est, ꝛ onus meuꝫ leue: fac, vt istud portar̃ sic valcã, ꝙ cõsequar tuã gratiã. Amen.

Gratiarum actio post Missam.

Aña. Triuꝫ pueroruꝫ cãtemus hymnum: quẽ cantabãt sancti in camino ignis benedicẽtes dñm. Quę aña in duplicibus tantũ duplicatur. Canticũ triũ puerorũ.

BEnedicite oĩa opera domini domino: laudate ꝛ superexaltate eum in secula.

Benedicite angeli domini domino: benedicite cęli dño.

Benedicite aquę omnes, quę sup cęlos sunt dño: benedicite oẽs virtutes domini dño.

Benedicite sol ꝛ luna dño: benedicite stellę cęli domino.

Benedicite imber ꝛ ros dño: benedicite omnis spũs dei dño.

Benedicite ignis ꝛ ęstus dño: benedicite frigus ꝛ ęstas dño.

Bñdicite rores ꝛ pruina dño: benedicite gelu ꝛ frigus dño.

Bñdicite glãcies ꝛ niues dño: benedicite noctes ꝛ dies dño:

Benedicite lux ꝛ tenebrę dño: bñdicite fulgura ꝛ nubes dño.

Benedicat terra dñm: laudet ꝛ superexaltet eum in secula.

Benedicite montes ꝛ colles domino: benedicite vniuersa germinantia in terra domino.

Benedicite fontes dño: benedicite maria ꝛ flumina dño.

Benedicite cete, ꝛ oĩa quę mouentur in aquis dño: benedicite omnes võlucres cęli dño.

Benedicite omnes bestię ꝛ pecora domino: benedicite filij hominum domino.

Benedicat Israel dñm: laudet ꝛ superexaltet eum in secula.

Benedicite sacerdotes dñi domino: bñdicite serui dñi dño.

Benedicite spiritus ꝛ animę iustoruꝫ domino: benedicite sancti ꝛ humiles corde domino.

Bñdicite Anania, Azaria, Misael domino: laudate ꝛ superexaltate eum in secula.

Benedicamus patrem ꝛ filium cum sancto spiritu: laudemus ꝛ superexaltemus eum in scl'a.

Bñdictus es dñe i firmamẽto cęli: ꝛ laudabilis ꝛ gloriosus ꝛ superexaltatus in secula. Psalm.

LAudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eũ in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius:

Laudate euꝫ in sono tubę: laudate eũ in psalterio ꝛ cithara.

Laudate

Laudate eũ in tympano ⁊ choro: laudate eum in chordis ⁊ organo.
Laudate eũ in cymbalis bene sonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.
Gloria. Deinde repetitur aña.
Triuz puerorũ cantemus hymnũ: quẽ cantabant sancti in camino ignis benedicẽtes dñz.
Deinde Sacerdos dicit.
Kyrie eleisõ. Christe eleison. Kyrie eleisõ. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Cõfiteantur tibi dñe oia opera tua. ℟. Et sancti tui benedicãt tibi. ℣. Exultabũt sancti in gloria. ℟. Letabuntur in cubilib⁹ suis. ℣. Non nobis dñe, nõ nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Dñe exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.
Deus, qui tribus pueris mitigasti flãmas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos nõ exurat flãma vitiorum.
Actiones nostras, q̃sumus domine, aspirãdo pręueni: ⁊ adiuuãdo prosequere: vt cũcta nostra oratio ⁊ operatio a te semper incipiat, ⁊ per te cępta finiat.
Da nobis, quęsumus domine, vitiorũ nostrorũ flammas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo, tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum domi.

Alię orationes pro opportunitate Sacerdotis ante celebrationem ⁊ Cõmunionem dicendę.
Oõ Sãcti Ambrosij Episcopi.
Summe sacerdos ⁊ vere põtifex Iesu Christe, q te obtulisti Deo patri hostiaz puraz ⁊ immaculatã in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus, quiqz dedisti nobis carnem tuam admanducandum, ⁊ sanguinez tuũ ad bibenduz, ⁊ posuisti mysteriũ illud in virtute spiritus sancti: dicens: Hęc quotiescũqz fecẽritis, in mei memoriaz facietis. Rogo te pater per sanguinẽ tuũ preciosũ, magnũ salutis nostrę preciũ. Rogo per hanc mirabilez ⁊ ineffabilẽ charitatẽ tuã, qua nos miseros, ⁊ ĩdignos sic amare dignat⁹ es: vt lauares nos a peccatis nostris ĩ sãguine tuo. Doce me indignũ seruũ tuũ quẽ inter cętera dona tua ad officiũ sacerdotale vocare dignat⁹ es nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordię tuę: Doce me q̃so p spũm sanctũ tuũ, tantũ tractare mysteriũ, ea reuerẽtia, ⁊ timore, qb⁹ oportet, ⁊ decet. Fac me p gratiã tuã semp illud de tãto mysterio credere ⁊ intelligere, dicere ⁊ cogitare, sentire ⁊ firmiter retinere qđ tibi placet, ⁊ expedit aię meę. Intret spũ tuus bonus in cor meũ, qui sonet ibi sine sono, ⁊ sine strẽpitu verborũ loquat̃ veritatem tantorũ mysteriorũ. Profunda sũt qppe nimis, ⁊ sacro tecta velamine. Propter magnã clemẽtiã tuaz, Deus, concede mihi missa-

ruʒ solemnia puro corde ⁊ mūda mēte celebrare. Libera cor meū ab immūdis, nefandis, ⁊ noxijs cogitationibꝰ. Muni me beatorū angelorū pia ⁊ fida tutela, atqʒ fortissima custodia, vt hostes omniū bonorū cōfusi discedant. Per virtutē tanti mysterij ⁊ per manuʒ sancti angeli tui repelle à me ⁊ à cunctis seruis tuis dirissimū spiritū superbię ⁊ cenodoxię, inuidię ⁊ blasphemię, fornicationis ⁊ immunditię, dubietatis ⁊ diffidentię. Cōfundantur qui me ꝑsequūtur: pereant illi qui perdere cuncta festinant. Rex virtutū amator castitatis, ⁊ integritatis Deus, cęlesti rore benedictionis tuę extingue in me ⁊ in corpore meo totū fomitē ardētis libidinis: vt maneat in me tenor totius castitatis animę ⁊ corporis. Mortifica in mēbris meis carnis stimulos, omnesqʒ libidinosas cōmotiones, ⁊ da mihi verā ⁊ perpetuā castitateʒ cum ceteris bonis tuis q̄ tibi placēt in veritate, vt sacrificium laudis casto corpore ⁊ mūdo corde quotidie valeā tibi offerre. Quāta eniʒ cordis cōtritione ⁊ lacrymarū fonte, quanta reuerētia ⁊ tremore, quāta corporis castitate, ⁊ aię puritate hoc diuinū ⁊ celeste sacrificiū est celebrāduʒ, dñe: vbi caro tua in veritate sumitur: vbi sanguis tuus in veritate bibitur: vbi sūmis ima cōiunguntur: vbi adest sanctorū pręsentia angelorum: vbi tu es sacerdos, ⁊ sacrificiū mirabiliter ⁊ ineffabiliter? Quis digne hoc celebrare mysterium potest, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignuʒ? Scio, ⁊ vere scio, ꝙ nō suʒ dignus accedere ad tātuʒ mysteriuʒ, propter nimia peccata mea, ⁊ infinitas negligentias meas. Sed scio, ⁊ veraciter credo, ⁊ ex toto corde meo ⁊ ore confiteor, quia tu potes me facere dignum, qui solus potes facere mundū de inmūdo conceptū semine, ⁊ de peccatoribus iustos facis, ⁊ sanctos. Per hanc omnipotentiaʒ tuā te rogo, Concede mihi peccatori hoc cęleste sacrificiū celebrare cū timore ⁊ tremore, cuʒ cordis puritate, ⁊ lacrymaruʒ fonte, cum lętitia spirituali, ⁊ cęlesti gaudio. Sētiat mens mea dulcedinem beatissimę pręsentię tuę, ⁊ excubias sanctoruʒ angeloruʒ tuoruʒ in circuitu meo. Etenim memor venerādę passionis tuę accēdo ad altare tuum, licet peccator, vt offerā tibi sacrificiū, qđ tu instituisti, ⁊ offerri pręcepisti in cōmemoratione tua, pro salute nostra. Peto clementiā tuā, vt descendat super hunc panē ⁊ calicē plenitudo tuę diuinitatis. Descēdat etiā Dñe illa spūs sancti tui inuisibilis, incōprehensibilisqʒ maiestas, sicut quondam in patruʒ hostias descēdebat: quę ⁊ oblationes nostras corpus ⁊ sāguinē tuuʒ efficiat, ⁊ me indignū sacerdoteʒ tuum doceat tantuʒ tractare mysteriuʒ cū cordis puritate, ⁊ lacrymaruʒ fonte, cuʒ reuerētia ⁊ tremore: ita vt placide ⁊ benigne suscipias sacrificiuʒ de

manibus meis ad salutē omniū taȝ viuorū, quā defūctorū. Rogo te Dñe per ipsuȝ sacro sanctū ⁊ viuificū mysteriū corporis ⁊ sāguinis tui, quo quotidie in ecclesia tua pascimur ⁊ potamur, atq; vnius diuinitatis participes efficimur: da mihi virtutes sāctas q̄b⁹ repletus, bona cōsciētia ad altar̄ tuū accedā, ita vt hęc cęlestia sacramēta efficiātur mihi salus ⁊ vita. Tu eniȝ dixisti ore tuo sācto ⁊ benedicto: Panis quē ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Qui manducat me, viuet ꝓpter me: ipse manet in me, ⁊ ego in eo. Ego sū panis viuus, qui de cęlo descēdi. Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternū. Panis dulcissime, sana palatum cordis mei: vt sentiā suauitatē amoris tui. Sana illud ab omni languore, vt nullaȝ pręter te sentiat dulcedinē: nullū pręter te quęrat amorē: nullā pręter te amet pulchritudinē. Panis cādidissime, habens omne delectamētū, ⁊ omnē saporē: q nos de te semper reficis: cōedat te cor meū ⁊ dulcedine saporis tui repleant̄ viscera animę meę. Māducat te angel⁹ pleno ore i patria: māducet te peregrinus homo ꝓ modulo suo, ne deficer̄ possit i via, tali r̄creat⁹ viatico. Panis sācte, panis viue, panis pulcher, panis mūde, q descēdisti de cęlo, ⁊ das vitā mūdo: veni i cor meū, ⁊ mūda me ab omni inquinamēto carnis ⁊ spirit⁹. Intra in animā meā: sana ⁊ sāctifica me interius, ⁊ exterius. Esto tutamētū, ⁊ continua salus corporis ⁊ aię meę. Repelle à me insidiātes mihi hostes: recedāt procul à potentia pręsentię tuę: vt foris ⁊ intus munitus, ꝑ te recto tramite ad regnū tuuȝ perueniā, vbi non in mysterijs sicut in hoc tēpore agitur, sed facie ad facieȝ te videbimus, cuȝ tradideris regnū deo patri, ⁊ deus erit omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica: ita vt neq; esuriā neq; sitiā in ęternū. Amē.

Alia Oratio sancti Ambrosij.

AD mensā dulcissimi cōuiuij tui, pie domine Iesu Christe, ego peccator de ꝓprijs meritis nihil pręsumens, sed de tua cōfidens misericordia, ⁊ bonitate, accedere vereor ⁊ contremisco. Nā cor ⁊ corpus habeo multis criminibus maculatū: mētē ⁊ linguā non cautè custoditā. Ergo o pia deitas, o tremēda maiestas ego miser inter angustias depręhēsus, ad te fonteȝ misericordię recurro: ad te festino sanandus: sub tuā protectionē fugio: ⁊ quē iudicem sustinere nequeo, saluatorem habere suspiro. Tibi dñe plagas meas ostēdo: tibi verecūdiā meam dētego. Scio peccata mea multa, ⁊ magna, pro quibus timeo. Spero misericordias tuas, quaruȝ nō est numerus. Rēspice ergo in me oculis misericordię tuę, dñe Iesu Christe, rex ęterne, deus ⁊ homo, crucifixus propter hominē. Exaudi me sperantē in te: miserere mei pleni miserijs ⁊ peccatis, tu qui fontē mise-

rationis nūquā manare cessabis. Salue salutaris victima, pro me ꝛ omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis ꝛ p̄ciose sanguis, de vulnerib⁹ crucifixi dn̄i mei Jesu Christi p̄fluens, ꝛ peccata totius mūdi abluens. Recordare dn̄e creaturę tuę, quā tuo sanguine redemisti: penitet me peccasse: cupio emendare qđ feci. Aufer ergo a me clemētissime pater oēs iniqtates ꝛ peccata mea: vt purificat⁹ mēte ꝛ corpore, digne degustare merear sancta sanctorū: ꝛ cōcede, vt sancta prelibatio corporis ꝛ sanguinis tui, quā ego indignus sumere intēdo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorū p̄fecta purgatio, sit turpium cogitationū effugatio, bonorūq; sensuū regeneratio, operūq; tibi placentiū salubris efficacia, animę quoq; ꝛ corporis contra inimicorū meorū insidias firmissima tuitio. Amen.

Oratio sancti Thomę Aqnatis.

Omnipotēs sempiterne deus, ecce accedo ad sacramētū vnigeniti filij tui dn̄i nostri Jesu Christi. Accedo tanquā infirmus ad medicum vitę, immundus ad fōtē misericordię, cęcus ad lumē claritatis ęternę, pauper ꝛ egenus ad dn̄m celi ꝛ terrę. Rogo ergo immensę largitatis tuę abundantiā, quatenus meā curare digneris infirmitatē, lauare feditatē, illuminare cecitatē, ditare paupertatē, vestire nuditatē: vt panē angelorū, regē regū, dn̄m dominantiū tanta suscipiā reuerentia ꝛ humilitate, tāta contritione ꝛ deuotione, tanta puritate ꝛ fide, tali p̄posito ꝛ intētione, sicut expedit saluti animę meę. Da mihi q̄so dn̄ici corporis ꝛ sanguinis, nō solū suscipere sacramētū, sed etiā rem ꝛ virtutē sacramenti. O mitissime deus, da mihi corpus vnigeniti filij tui dn̄i nostri Jesu Christi, qđ traxit de virgine Maria, sic suscipere: vt corpori suo mystico merear incorporari, ꝛ inter eius mēbra cōnumerari. O amātissime pater, cōcede mihi dilectū filiū tuū, quē nunc velatum in via suscipere p̄pono, reuelata tandē facie p̄petuo cōtēplari. Qui tec.

Alię orationes post celebrationem, ꝛ Communionem dicēdę.

Oratio Sancti Thomę.

Gratias tibi ago Dn̄e sancte, pater omnipotēs, ęterne Deus, q me peccatorem, indignū famulū tuū, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordię tuę satiare dignatus es p̄cioso corpore ꝛ sanguine filij tui dn̄i nostri Jesu Christi. Et precor vt hęc sancta Cōmunio nō sit mihi reatus ad penā, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, ꝛ scutū bonę volūtatis. Sit vitiorū meorū euacuatio, cōcupiscētię ꝛ libidinis exterminatio, charitatis ꝛ patiētię, humilitatis ꝛ obediētię augmentatio: cōtra insidias inimicorū omniū, tam visibiliū, quā inuisibiliū, firma defēsio: motuū meorū, tam carnaliū, quā spiritualium, perfecta q̄etatio, in te vno ac vero deo firma


firma adhesio: atq; finis mei felix cõsũmatio. Et p̄cor te, vt ad illud ineffabile cõuiuiũ me peccatorē p̄ducere digneris: vbi tu cũ filio tuo ⁊ Spiritu sctõ, sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudiũ sempiternũ, iucũditas cõsũmata, ⁊ felicitas p̄fecta. Per xp̄z.

A[illegible] Oro Sancti Bonauenture.

TRansfige dulcissime Dñe Jesu medullas ⁊ viscera anĩmę meę, suauissimo ac saluberrimo amoris tui vulnerē, vera, serenaq; ⁊ apostolica sãctissima charitate, vt lãgueat ⁊ liq̃fiat anima mea solo semper amore, ⁊ desiderio tui, te cõcupiscat, ⁊ deficiat in atria tua, cupiat dissolui, ⁊ esse tecũ. Da, vt anima mea te esuriat, panē angelorũ, refectionē animarũ sanctarũ, panē nostrum quotidianũ, supsubstãtialē, habentem oẽz dulcedinē, ⁊ saporez, ⁊ omne delectamẽtũ suauitatis: te, i quē desiderãt angeli p̄spicere, sẽper esuriat, ⁊ comedat cor meũ, ⁊ dulcedine saporis tui repleãtur viscera animę meę: te sẽper sitiat fõtē vitę, fontē sapientię ⁊ scientię, fõtez ęterni luminis, torrentē voluptatis, vbertatē domus Dei, te sẽper ambiat, te q̃rat, te inueniat, ad te tendat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur, ⁊ omnia operetur in laudē ⁊ gloriã nominis tui, cũ humilitate ⁊ discretione, cuz dilectione ⁊ delectatione, cũ facilitate ⁊ affectu, cũ p̄seuerãtia vsq; in finē: ⁊ tu sis solus sẽper spes mea, tota fiducia mea, diuitię meę, delectatio mea, iucũditas mea, gaudiũ meũ, q̄es ⁊ tranquillitas mea, pax mea, suauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibꝰ meꝰ, refectio mea, refugiũ meum, auxiliuz meũ, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa ⁊ firma ⁊ immobiliter semper sit radicata mens mea, ⁊ cor meum. Amen.


Rithmus Sancti Thomę ad sacram Eucharistiam.

ADoro te deuotè latens deitas.
Quę sub his figuris verè lãtitas.
Tibi se cor meuz totum subijcit.
Quia te contẽplans totũ deficit.
Uisus, gustꝰ, tactus in te fallitur.
Sed auditu solo tutè creditur.
Credo quicquid dixit dei filius,
Nihil veritatis hoc verbo veriꝰ.
In cruce latebat sola deitas,
Sed hic latet simul, ⁊ humanitas.
Ambo tamē credẽs atq; cõfitẽs,
Peto q̃d petiuit latro pęnitens.
Plagas, sicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te cõfiteor.
Fac me tibi sẽper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis verus, vitaz pręstãs hoi.
Pręsta meę menti de te viuere,
Et te illi semper dulce sãpere.
Pie pellicane Jesu domine,
Me imũduz mũda tuo sãguine.
Cuius vna stilla saluum facere.
Totũ mũdũ posset omni scelerē.
Jesu, quē velatum nunc aspicio,
Quãdo fiet illud, quod taz sitio:
Ut te reuelata cernens facie,
Uisu siz beatus tuę glorię. amē.




I·N·R·I







ORDINARIVM MISSARVM

De Tempore.

¶ Dominica prima de Aduentu. Statio ad sanctam Mariam maiorem. Ad Missam. Introitus.

psal. 24



Ad te leuaui animã meã: deus meus in te confido, nõ erubescaꝫ: neqꝫ irrideãt me inimici mei: ẽtenĩꝫ vniuersi, qui te expectant, non confundentur. Psal. Uias tuas dñe demonstra mihi: ⁊ semitas tuas edoce me. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut erat in principio. Quo finito repetitur Ad te leuaui. vsqꝫ ad Psal. Hic modus repetendi Introitũ seruat̃ per totũ annum. Nõ dicit̃ Gloria in excelsis. ab hac dñica vsqꝫ ad natiuitateꝫ dñi, nisi in festis. Oremus. Oratio.

Excita, q̃sumus dñe, potentiã tuã, ⁊ veni: vt ab imminentibuꝫ peccatorũ nostrorũ periculis te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Qui viuis ⁊ regnas cuꝫ Deo pa. Ab hac die vsqꝫ ad vigiliam Natiuitatis dñi, post orationẽ diei dicit̃ oõ Deus qui de beate Marie, ⁊ Ecclesie tue. vel Deus omniuꝫ



fideliū. vt infra. Si autem faciē da sit cōmemoratio alicuius festi simplicis occurrentis, post orationem diei dicitur oratio de sancto, tertia de sancta Maria.

Oratio de sancta Maria.

DEus, qui de beatę Marię virginis utero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: psta supplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

Cōtra psecutores Ecclesię. orō.

ECclesię tuę, q̄sumus domine, preces placatus admitte: vt, destructis aduersitatibus, et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrū Jesum Christum filium tuū: qui te. Uel pro Papa.

DEus omnium fidelium pastor et rector, famulum tuū N. quem pastorem Ecclesię tuę preesse voluisti, propitius respice: da ei quęsumus, verbo et exemplo, quibus preest, proficere: vt ad vitam vnà cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominum nostrum Jesum.

Infra hebdomadas Aduentus quando dicitur Missa de festo semiduplici, secunda oratio erit de Aduētu, tertia de sancta Maria, quę terminatur sic. Per eundem dominum nostrum. etc. Si autem dicatur Missa de festo duplici, post orationem festi dicitur oratio tātū de Aduētu. In Aduentu, de festis simplicibus non dicitur Missa conuentualis, sed eorum fit tantum cōmemoratio.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.


FRatres: Scientes, quia hora est iam nos de somno surgere. (Nunc autem propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox precessit: dies autem appropinquauit.) Abijciamus ergo opera tenebrarum: et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus. Nō in comessationibus, et ebrietatibus: non in cubilibus, et impudicitijs: non in cōtentione, et ęmulatione, sed induimini dn̄m Jesum Christū. ca.13

Gradua. Uniuersi, qui te expectant, nō cōfundentur domine. psal. 24

℣. Uias tuas domine notas fac mihi: et semitas tuas edoce me.

Alleluia, alleluia. ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis, alleluia. psal. 84

In ferijs Aduentus quando per hebdomadam reiumitur Missa de Dominica, non dicitur Alleluia, nec versus sequens, sed tantum Graduale.



Sequentia sancti euangelij secūdum Lucam. ca.21

IN illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Erūt signa in sole, et luna, et stellis: et in terris pressura gentium, prę confusione sonitus maris, et fluctuum: arescentibus hominibus prę timore, et expectatione, quę superue-

superuenient vniuerso orbi. Nã
virtutes celorum mouebuntur.
Et tunc videbunt filium homi-
nis venientem in nube, cum po-
testate magna, et maiestate. His
autem fieri incipientibus, respi-
cite, et leuate capita vestra: quo-
niam appropinquat redemptio
vestra. Et dixit illis similitudi-
nem. Uidete ficulneam, et omnes
arbores: cum producunt iam ex
se fructum, scitis quoniam pro-
pe est estas. Ita et vos, cum vide
ritis hec fieri, scitote, quoniam
prope est regnum dei. Amen di-
co vobis: quia non preteribit ge
neratio hec, donec omnia fiant.
Celum et terra transibunt: ver-
ba autem mea non transibunt.
Credo. Offerto. Ad te leuaui
psal. 24 animam meam: Deus meus in
te confido, non erubescam: ne-
que irrideant me inimici mei: ete
nim vniuersi qui te expectant
non confundentur. Secreta.
Haec sacra nos domine po-
tenti virtute mundatos,
ad suum faciant puriores veni-
re principium. Per dominũ no.
De sancta Maria. Secreta.
In mentibus nostris, que-
sumus domine, vere fidei
sacramenta confirma: vt, qui
conceptum de virgine deum ve-
rum et hominem confitemur, per
eius salutifere resurrectionis po
tentiam, ad eternam mereamur
peruenire letitiam. Contra per-
secutores Ecclesie. Secreta.
Protege nos domine tuis
mysterijs seruientes: vt, di-
uinis rebus inherentes, et cor-
pore tibi famulemur, et mente. Per
dominum no. Uel pro Papa.
Oblatis, quesumus domi-
ne, placare muneribus: et
famulum tuum N. quem p. sto-
rem ecclesie tue preesse voluisti,
assidua protectione guberna.
Per do. Cõio. Dominus da-
bit benignitatem: et terra nostra psal. 84
dabit fructum suum. Postcõio.
Suscipiamus domine mise-
ricordiam tuam in medio
templi tui: vt reparationis no-
stre ventura solennia congruis
honoribus precedamus. Per
dominum nostrum Jesum Chri.
De sancta Maria. Postcõmu.
Gratiam tuam, quesumus
domine, mentibus nostris
infunde: vt, qui angelo nuncian-
te, Christi filij tui incarnationem
cognouimus, per passionem eius
et crucem, ad resurrectionis glo-
riam perducamur. Contra per-
secutores Ecclesie. Postcõmu.
Quesumus domine Deus
noster: vt, quos diuina tri-
buis participatione gaudere, hu
manis non sinas subiacere peri-
culis. Per do. Uel pro Papa.
Haec nos, quesumus domi
ne, diuini sacramenti perce
ptio protegat: et famulum tuum
N. quem pastorem Ecclesie tue
preesse voluisti, vnà cum cõmisso
sibi grege, saluet semper, et mu-
niat. Per dominum nostrũ. Di-
citur Benedicamus domino.
Et sic seruatur quoties non di-
citur Gloria in excelsis Deo.

¶ Si infra hebdomadas dicẽda sit Missa de feria, semper resumitur Missa de Dominica precedẽti, nisi propria Missa assignetur.

¶ Cũ in aduentu, Quadragesima, Quatuor temporibus, Vigilijs, & Rogationibus, dicitur Missa de festo duplici, vel semiduplici occurrente, semper fit cõmemoratio de feria: & pro commemoratione feriarum Aduentus dicitur oratio Dñice p̃cedẽtis, nisi sint Quatuor tempora, in quibus habetur oratio propria.

¶ Dominica ij. de Aduentu. Statio ad sanctam Crucem in Hierusalem. Introitus.

Isa. 30 

Populus Sion, ecce dominus veniet ad saluandas gentes: & auditam faciet dominus gloriam vocis sue in letitia cordis vestri. psalm. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph. ℣. Gloria patri, & fil. Non dicitur Gloria in excelsis deo. Oratio.

psalm. 79

Excita domine corda nostra ad preparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum, purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Oratio de sancta Maria.

Deus, qui de beate Marie virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor, & rector: famulum tuum N. quem pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, propitius respice: da ei, quesumus, verbo & exemplo, quibus preest, proficere: vt ad vitam vnà cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominum nostrum Ie.

Vel contra persecutores Ecclesie Oratio. Ecclesie tue quesu. vt in Dominica preterita.

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres: Quecunque scripta sunt: ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus. Deus autem patientie & solatij, det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum: vt vnanimes vno ore honorificetis Deum, & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei, ad confirmãdas promissiones patrum. Gentes autem super misericordia honorare deum, sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini ca. 15

tamini gentes cum plebe eius. Et iteruz. Laudate omnes gentes dominuz, et magnificate eum omnes populi. Et rursum Isaias ait. Erit radix Jesse: et qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo: vt abundetis in spe, et virtute spiritus sancti.

Graduale. Ex Sion species
psal. decoris eius: deus manifeste ve-
49 niet. ℣. Congregate illi sanctos
eius, qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia. Al-
psal. leluia, alleluia. ℣. Letatus sum
121 in his, que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.



ca. 11 In illo tempore: Cum audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos ex discipulis suis, ait illi. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et respondens Jesus, ait illis: Euntes, renunciate Joanni, que audistis, et vidistis. Ceci vident, claudi ambulant, leprosi mũdantur, surdi audiunt, mortui resurgũt, pauperes euangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cepit Jesus dicere ad turbas de Joanne. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominez mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus reguz sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, et plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Credo.

Offertorium. Deus tu conuertens psal.
viuificabis nos, et plebs tua leta- 84
bitur in te: ostende nobis dñe misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis.

Secreta.

Placare, quesumus domine, humilitatis nostre precibus et hostijs: et, vbi nulla suppetunt suffragia meritoruz, tuis nobis succurre presidijs. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus.

De sancta Maria. Secreta.

In mentibus nostris, quesumus domine, vere fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine deum verum et hominem confitemur, per eius salutifere resurrectionis potentiam, ad eternam mereamur peruenire letitiam.

Pro Papa. Secreta.

Oblatis, quesumus domine, placare muneribus: et famulum tuum N. quem pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, assidua protectione guberna. Per d. Vel contra persecutores Ecclesie. Secre. Protege.

vt in Dñica preterita. Postcō.

Baruch. 4 Ierusalem surge, et sta in excelso: et vide iucunditatem, quę veniet tibi à deo tuo. Postcomm.

Repleti cibo spiritualis alimonię supplices te domine deprecamur: vt, huius participatione mysterij, doceas nos terrena despicere, et amare cęlestia. Per dominum nostrum Je.

De sancta Maria. Postcōmu.

Gratiam tuam, quęsumus domine, mentibus nostris infunde: vt, qui, angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius, et crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur.

Pro Papa. Postcommunio.

Haec nos, quęsumus domine, diuini sacramēti perceptio protegat: et famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, vnà cum cōmisso sibi grege, saluet semper, et muniat. Per dominū nostrū.

Vel contra persecutores Ecclesię. Postcōm. Quęsumus dñe. vt in dominica pręterita.

Dominica iij. de Aduentu. Statio ad sanctum Petrum: Introitus.

philip. 4



Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dominus enim prope est: nihil solliciti sitis, sed in omni oratione petitiones vestrę innotescant apud deum. Psalm. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri, et filio. Non dicitur Gloria in excelsis. Oratio. psal. 84

Aurem tuam, quęsumus domine, precibus nostris accommoda: et mentis nostrę tenebras gratia tuę visitationis illustra. Qui viuis et regnas cum.

Oratio de sancta Maria.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt, qui verè eam genitricem dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

Contra persecutores Ecclesię. Oratio.

Ecclesię tuę, quęsumus domine, preces placatus admitte: vt, destructis aduersitatibus, et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrum Je. Vel pro Papa, Oratio. Deus omnium fidelium. vt in prima Dominica.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses. ca. 4

Fratres. Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dominus enim prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione et obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestrę innotescant apud deum. Et pax dei quę exuperat omnem sensum, custodiat

custodiat corda vestra, et intelligentias vestras: in Christo Iesu domino nostro. Graduale.
psal. 79 Qui sedes domine super cherubim excita potentiam tuam, et veni. ℣. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Ioseph.
Alleluia, alleluia. ℣. Excita domine potentiam tuam, et veni: ut salvos facias nos, Alleluia.

Sequentia sancti evangelii secundum Ioannem.



ca. 1 In illo tempore: Miserunt Iudei ab Hierosolymis sacerdotes et levitas ad Ioannem, ut interrogarent eum: tu quis es? Et confessus est, et non negavit. Et confessus est. quia non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum. Quid ergo? Elias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei. Quis es, ut responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam domini, sicut dixit Isaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex phariseis. Et interrogaverunt eum, et dixerunt ei. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta? Respondit eis Ioannes, dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus ut solvam eius corigiam calciamenti. Hec in Bethania facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans. Credo.
Offertorium. Benedixisti domine terram tuam: avertisti captivitatem Iacob: remisisti iniquitatem plebis tue. Secreta. psal. 83

Devotionis nostre tibi, quesumus domine, hostia iugiter immolet: que et sacri peragat instituta mysterij, et salutare tuum in nobis mirabiliter operetur. Per dominum no.

De sancta Maria. Secreta.

In mentibus nostris, quesumus domine vere fidei sacramenta confirma: ut, qui conceptum de virgine deum verum, et hominem confitemur, per eius salutifere resurrectionis potentiam, ad eternam mereamur pervenire letitiam.

Contra persecutores Ecclesie. Secreta.

Protege nos domine tuis mysterijs servientes: ut, divinis rebus inherentes, et corpore tibi famulemur, et mente. Per dominum. Vel pro Papa. Secreta. Oblatis. ut in prima Dominica. Communio. Dicite pusillanimes: confortamini, et nolite timere: ecce deus noster veniet, et salvabit nos. Postco. Isa. 35

IMplorámus, dómine, clementiam tuam: vt hęc diuina subsidia, a vitijs expiátos ad festa ventúra nos pręparēt. Per dóminum nostrum Jesuz.

De sancta Maria. Postcom.

GRátiam tuam, quęsumus domine, mētibus nostris infúnde: vt, qui ángelo nunciánte, Christi filij tui incarnatióne cognóuimus, per passiónez eius, & crucez, ad resurrectiónis glóriam perducámur. Contra persecutores Ecclesię. Postcō.

QVǽsumus dómine Deus noster: vt, quos diuína tribuis participatióne gaudére humánis nō sinas subiacére perículis. Per dóminum nostrum.

Vel pro Papa. Postcōmunio.

Hęc nos. vt i prima dominica.

¶ Feria iiij. quatuor tēporum Aduentus. Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.

Jsa. 45 
ROráte cęli désuper, & nubes pluant iustuz: aperiátur terra, & gérminet saluatórem.

psal. 18 psal. Cęli enárrant glóriam dei: & ópera mánuum eius annūciat firmaméntum. ℣. Glória patri, &c. Post Kyrie eleison, immediate dicitur Orémus. Flectámus génua. Leuáte. Oratio.

PRęsta, quęsumus, omnípotens Deus: vt redemptiónis nostrę ventúra solémnitas, & pręséntis nobis vitę subsídia cōferat, & ętérnę beatitúdinis pręmia largiátur. Per dn̄z.

Lectio Isaię prophetę.

IN diebus illis. Dixit Jsaías prophéta. Erit in nouíssimis diebus pręparátus ca.2 mons domus dn̄i in vértice mōtium: & eleuábitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes: & ibunt pópuli multi, & dicent. Venite, ascendámus ad montez dómini, & ad domū dei Jacob: & docébit nos vias suas: & ambulábimus in sémitis eius: quia de Sion exíbit lex, & verbum dómini de Hierusalém. Et iudicábit gentes: & árguet pópulos multos. Et conflábunt gládios suos in vómeres, & lánceas suas in falces. Non leuábit gens contra gentem gládium: nec exercebúntur vltra ad pręlium. Domus Jacob venite, & ambulémus in lúmine Dei nostri.

Grad. Tóllite portas príncipes vestras: & eleuámini portę psal. 23 ęternáles: & introíbit rex glórię. ℣. Quis ascéndet in montez dómini: aut quis stabit in loco sancto eius? innocens mánibus & mundo corde. Hic dicitur ℣. Dóminus vobíscum. sine Flectámus génua. Oratio.

FEstína, quęsumus dómine, ne tardáueris: & auxiliū nobis supérnę virtútis impénde: vt aduéntus tui consolatiónibus subleuētur, qui in tua pietáte confídunt. Qui viuis & regnas cum deo patre, in vnitáte.

De sancta Maria, Oratio.

Deus,

DEus, qui de beatę Marię virginis utero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt, qui verè eam genitricem dei crédimus, eius apud te intercessiónibus adiuuémur.

Pro Papa. Oratio.

DEus omnium fidélium pastor, et rector: fámulum tuum N. quem pastórem Ecclésię tuę pręesse voluísti, propitius réspice: da ei, quęsumus, verbo et exémplo, quibus pręest, profícere: vt ad vitam vna cum grege sibi crédito, peruéniat sempitérnam. Per dominum no. Uel cótra persecutores Ecclesię. Oratio. Ecclesię tuę. vt in Dominica preterita.

Léctio Isaię Prophétę.

ca.7 IN diebus illis. Locútus est dóminus ad Achaç dicens. Pete tibi signum a dómino deo tuo in profúndum inférni siue in excélsum supra. Et dixit Achaç. Non petam, et non tentabo dóminum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis est, moléstos esse homínibus, quia moléstí estis et deo meo? Propter hoc dabit dóminus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et páriet filium: et vocábitur nomen eius Emmánuel. Butyrum et mel cómedet: vt sciat reprobáre malum, et eligere bonum.

psal. 144 Graduale. Prope est dóminus ómnibus inuocántibus eum, ómnibus qui inuocant eum in veritáte. ℣. Laudem dómini loquétur os meum: et benedicat omnis caro nomen sanctum eius.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



IN illo témpore. Missus est ángelus Gábriel a deo in ciuitátem Galilęę cui nomen Názareth ad vírginem despónsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo Dauid: et nomen vírginis María. Et ingréssus ángelus ad eam dixit. Aue grátia plena: dóminus tecum: benedicta tu in muliéribus. Quę cum audísset, turbáta est in sermóne eius: et cogitábat qualis esset ista salutátio. Et ait ángelus ei. Ne tímeas María: inuenísti enim grátiam apud deum. Ecce concípies in útero, et páries filium: et vocábis nomen eius Jesum. Hic erit magnus: et filius altíssimi vocábitur. Et dabit illi dóminus deus sedem Dauid patris eius: et regnábit in domo Jacob in ętérnum: et regni eius non erit finis. Dixit autem María ad ángelum. Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens ángelus, dixit ei. Spíritus sanctus superuéniet in te: et virtus altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te sanctum, vocábitur filius dei. Et ecce Elísabeth cognáta tua: et ipsa con- ca.1

cépit filium in senectúte sua. Et
hic mensis est sextus illi quę vo-
cátur stérilis: quia non erit im-
possíbile apud deum omne ver-
bum. Dixit autem Maria. Ec-
ce ancílla dómini: fiat mihi se-
cúdum verbū tuum. Offerto-
rium. Confortámini, & iam no
Isa. 35 lite timére: ecce enim deus no-
ster retribuet iudicium: ipse vé-
niet, & saluos nos fáciet. Secre.
Accépta tibi sint, quęsu-
mus dómine, nostra ieiú-
nia: quę & expiándo nos tua grá
tia dignos efficiant, & ad pro-
missa sempitérna perdúcant.
Per dóminum nostrū Jesū.

De sancta Maria, Secreta.

In méntibus nostris, quę-
sumus dómine, verę fidei
sacramenta cōfirma: vt qui con-
céptum de vírgine deū verum
& hóminem confitémur: per e-
ius salutíferę resurrectiónis po
téntiam ad ętérnam mereámur
perueníre lętítiam.

Pro Papa, Secreta.

Oblátis quęsumus dómi-
ne, placáre munéribus: &
fámulum tuū N. quē pastórē
Ecclésię tuę pręésse voluísti, assí-
dua ꝓtectióne gubérna. Per.
Vel cōtra ꝑsecutores Ecclesię.
Secre. Prótege. vt in Dñica
ꝑterita. Cōio. Ecce, virgo cō-
Isa. 7 cípiet, & páriet fílium, & vocábit
nomē eius Emmánuel. postcō.
Salutáris tui dómine mú-
nere satiáti, súpplices de-
precámur: vt cuius lętámur gu-
stu, renouémur effectu. Per
dñm nostrū Jesū Christū filiū.

De sancta Maria. Postcōio.

Grátiam tuam, quęsumus
dómine, mētibus nostris
infúnde: vt, qui, ángelo nunci-
ánte, Christi filij tui incarnatió-
nem cognóuimus: per passiónē
eius & crucē, ad resurrectiónis
glóriam perducámur.

Pro Papa. Postcómmunio.

Haec nos, quęsumus dó-
mine, diuini sacramēti per
céptio prótegat: & fámulum tu-
um N. quem pastórem Ecclé-
się tuę esse voluísti, vnà cū com-
misso sibi grege saluet semper,
& múniat. Per dóminū nostrū.
Vel contra persecutóres Eccle-
się. Postcōi. Quęsumus. vt in
Domínica pręterita.

¶ Feria vj. Statio ad sanctos
duodecim apóstolos.

Introitus.



Prope es tu dó
mine: & omnes psal. 118
vię tuę véritas:
initio cognóui
de testimónijs
tuis, quia in ę-
térnum tu es.
psalmus. Beati immaculáti in
via: qui ámbulant in lege dómi-
ni. V. Gloria patri. Oratio.
Excita quęsumus dómine
poténtiam tuam, & veni:
vt hi, qui in tua pietáte confi-
dunt, ab omni cítius aduersitá-
te liberéntur. Qui viuis & reg.

De sancta Maria. Oratio.

Deus, qui de beátę Ma-
rię vírginis útero verbū
tuum

tuum angelo nunciante carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

Cōtra psecutores Ecclesie. orō.

Ecclesie tue, quesumus domine, preces placatus admitte: vt, destructis aduersitatibus, et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrum Iesum. Vel pro Papa. Deus omnium fidelium. vt in feria quarta preterita.

Lectio Isaie Prophete.

ca.11 Haec dicit dominus deus. Egredietur virga de radice Iesse: et flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientie et intellectus, spiritus consilij et fortitudinis, spiritus scientie et pietatis: et replebit eum spiritus timoris domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit: neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes: et arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius: et fides cinctorium renum

psal. 84 eius. Graduale. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti dne terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



In illo tempore: Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione, in ciuitatem Iuda, et intrauit in domum Zacharie, et salutauit Elisabeth. Et factum est, vt audiuit salutationem Marie Elisabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto Elisabeth: et exclamauit voce magna, et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in auribus meis: exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata que credidisti: quoniam perficientur ea, que dicta sunt tibi a dño. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo.

Offertorium. Deus tu conuertes viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te: ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. Secreta. psal. 84

Muneribus nostris, quesumus domine, precibusque susceptis: et celestibus nos munda mysterijs, et clementer exaudi. Per dominum nostrum Ie.

De sancta Maria. Secreta.

In mentibus nostris, quesumus domine, vere fidei

sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine deum verum & hominem confitemur, per eius salutifere resurrectionis potentiam, ad eternam mereamur peruenire letitiam.

Contra persecutores Ecclesie.

Secreta.

PRotege nos domine, tuis mysterijs seruientes: vt, diuinis rebus inherentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum. Vel pro Papa. Oblatis quesumus. vt in Feria iiij. preterita. Communio.

Iac. 14 Ecce dominus veniet, & omnes sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna. Postcomu.

TUi nos domine sacramenti libatio sancta restauret: & a vetustate purgatos, in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per dominum nostrum. De sancta Maria. Postcommu.

GRatiam tuam, quesumus domine, mentibus nostris infunde: vt, qui angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur.

Contra persecutores ecclesie.

Postcommunio.

QUesumus domine, deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per domi. Vel pro Papa. Postcommunio. Nec nos. vt in feria quarta preterita.

¶ Sabbato Quatuor temporum Aduentus, Statio ad sanctum Petrum. Introitus.



VEni, & ostende nobis faciem tuam dne, qui sedes super cherubim: & salui erimus. psals. Qui regis Israel intende: qui deducis velut ouem Ioseph. ℣. Gloria patri, & filio. post Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio. psal. 79

DEus, qui conspicis, quia ex nostra prauitate affligimur: concede propitius: vt, ex tua visitatione consolemur. Qui viuis & regnas cum deo pa.

Lectio Isaie prophete.

IN diebus illis. Clamabunt ad dominum a facie tribulantis: & mittet eis saluatorem, & propugnatorem: qui liberet eos. Et cognoscetur dominus ab Aegypto: & cognoscent Aegyptij dominum in die illa: & colent eum in hostijs & muneribus: & vota vouebunt domino, & soluent. Et percutiet dominus Aegyptum plaga, & sanabit eam: & reuertentur ad dominum, & placabitur eis: & sanabit eos dominus deus noster. ca. 19

Graduale. A summo celo egressio eius: & occursus eius vsque ad summum eius. ℣. Celi enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio. psal. 18

Concede, quesumus omnipotens deus: vt, qui sub peccati iugo, ex vetusta seruitute, deprimimur, expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Per eundem dñm nost.

Lectio Isaie prophete.

ca.35 Haec dicit dominus. Letabitur deserta et inuia: et exultabit solitudo: et florebit quasi lilium. Germinans germinabit: et exultabit letabunda et laudans. Gloria Libani data est ei: decor Carmeli et Saron. Ipsi videbunt gloriam domini: et decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite pusillanimis. Confortamini, et nolite timere. Ecce deus noster vltioné adducet retributionis: deus ipse veniet, et saluabit nos. Tunc aperientur oculi cecorum: et aures surdorum patebunt. Tunc saliet, sicut ceruus, claudus: et aperta erit lingua mutorum: quia scisse sunt in deserto aque, et torrétes in solitudine. Et, que erat arida, erit in stagnum: et sitiens in fontes aquarum. Ait dominus omnipotens. Graduale.

psal. 18 In sole posuit dominus tabernaculum suum, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. ℣. A summo celo egressio eius: et occursus eius vsque ad summum eius. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Oratio.

Indignos nos, quesumus domine, famulos tuos, quos actionis proprie culpa contristat, vnigeniti filij tui aduentu letifica. Per eundem dñm nost.

Lectio Isaie prophete.

Haec dicit dominus. Super montez excelsum ascende tu qui euágelizas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hierusalem. Exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Jude. Ecce deus vester: ecce dominus deus in fortitudine veniet: et brachium eius dominabitur. Ecce, merces eius cum eo: et opus illius coram ipso. Sicut pastor, gregem suum pascet: et in brachio suo congregabit agnos: et in sinu suo leuabit eos dominus deus noster. ca.40

Graduale. Domine deus virtutum conuerte nos: et ostende faciem tuam, et salui erimus. psal. 79 ℣. Excita domine potentiam tuam: et veni, vt saluos facias nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt filij tui ventura solemnitas, et presentis nobis vite remedia conferat, et premia eterna cócedat. Per eúdez.

Lectio Isaie prophete. ca.45

Haec dicit dominus Christo meo Cyro: cuius apprehendi dexteram, vt subijciaz ante faciem eius gentes, et dorsa regum vertam, et aperiam coram eo ianuas, et porte non claudentur. Ego ante te ibo: et gloriosos terre humiliabo. Portas ereas conteram: et vectes

ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, et arcana secretorum: vt scias, quia ego dominus, qui voco nomen tuum, deus Israel: propter Iacob seruum meum, et Israel electum meum. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te, et non cognouisti me. Ego dominus, et non est amplius: extra me nō est deus. Accinxi te, et non cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis, et qui ab occidente: quoniam absque me non est Deus. Ego dominus, et non est alter: formans lucem, et creans tenebras: faciens pacem, et creans malum. Ego dominus, faciens omnia hec. Rorate celi desuper, et nubes pluant iustum: aperiatur terra, et germinet saluatorem: et iustitia oriatur simul. Ego dominus creaui eum. Graduale.

psal. 79 Excita domine potentiam tuam: et veni, vt saluos facias nos. ℣. Qui regis Israel, intende: qui deducis, velut ouem, Ioseph: qui sedes super Cherubim, appare corā Ephraim, Beniamin, et Manasse. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Preces populi tui, quesumus dñe, clementer exaudi: vt, qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pietatis tue visitatione consolemur. Qui viuis.

ca. 3 Lectio Danielis prophete.

In diebus illis: Angelus domini descendit cum Azaria et socijs eius in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace: et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Flāma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: et incendit quos repperit iuxta fornacem de Chaldeis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contristauit, nec quicquam molestie intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore laudabant, et glorificabant, et benedicebant Deum in fornace, dicentes. Hymnus.

Dan. 3 Benedictus es dñe Deus patrum nostrorum. Et laudabilis et gloriosus in secula. Et benedictum nomen glorie tue: quod est sanctum. Et laudabile et gloriosum in secula. Benedictus es in templo sancto glorie tue. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedictus es super sceptrum diuinitatis tue. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedictus es qui sedes super Cherubim intuens abyssos. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedictus es, qui ambulas super pennas ventorum, et super vndas maris. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedicant te omnes angeli, et sancti tui. Et laudent te, et glorificēt in secula. Benedicant te celi, terra, mare, et omnia que in eis sunt. Et laudent te, et glorificent in secula. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto.

sancto. Et laudabili ⁊ glorioso in secula. Sicut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ semper, ⁊ in secula seculorum, amen. Et laudabilis ⁊ gloriosus in secula. Benedictus es dñe deus patrū nostrorū. Et laudabilis ⁊ gloriosus in secula. Hic dicitur ℣. Dñs vobis. Flectamus genua. Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum nostrū.

De sancta Maria. Oratio.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnez suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt qui verè eam genitricez Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor ⁊ rector, famulum tuū N. quem pastorem Ecclesię tuę preesse voluisti, propitius respice: da ei, q̄sumus, verbo ⁊ exemplo, quibus preest, proficere: vt ad vitam vnà cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per dominum no. Vel contra persecutores Ecclesię. Ecclesię tuę. vt in feria vj. precedenti.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

ca. 2 Fratres: Rogamus vos per aduentum domini nostri Jesu Christi, ⁊ nostrę congregationis in ipsum: vt nō cito moueamini à vestro sensu, neqz terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missaz, quasi instet dies domini. Neqs vos seducat vllo modo: quoniaz, nisi venerit discessio primū: ⁊ reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis: qui aduersatur, ⁊ extollit supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat, ostédens se tanquam sit deus. Non retinetis, quod cuz adhuc essem apud vos, hec dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Et tūc reuelabitur ille iniquus, quē dominus Jesus interficiet spiritu oris sui: ⁊ destruet illustratione aduentus sui. Tractus.

Qui regis Israel intende, qui deducis, velut ouem Joseph. psal. 79
℣. Qui sedes super Cherubim: appare coram Ephraim, Beniamin, ⁊ Manasse. ℣. Excita dñe potentiam tuā, ⁊ veni: vt saluos facias nos. Euangeliuz. Anno quintodecimo. vt in sequenti Missa. Offerto. Exulta satis Zac. 9
filia Sion: predica filia Hierusalem: ecce rex tuus venit tibi, sanctus, ⁊ Saluator. Secreta.

Sacrificijs p̄sentibus, quęsumus dñe, placatus intende: vt ⁊ deuotioni nostrę proficiant, ⁊ saluti. Per dñm nostruz.

De sācta Maria. Secreta.

In mentibus nostris, quę-

sumus domine, verę fidei sacramenta confirma: vt, qui cóceptũ de virgine deum verum ⁊ hominem cõfitemur, per eius salutiferę resurrectionis potentiam, ad ęternaꝫ mereamur peruenire lętitiam. Pro Papa. Secreta.

OBlatis, quęsumus domine, placare muneribus: ⁊ famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dñm no. Vel contra persecutores Ecclesię. Secreta. Protege. vt in feria vi. pręcedenti. Cõmunio. Exultauit vt

psalꝫ. 18 gigas ad currendaꝫ viam: à summo cęlo egressio eius, ⁊ occursus eius vsque ad summum eius.

Postcommunio.

QUęsumus domine Deus noster: vt sacrosancta mysteria, quę pro reparationis nostrę muniunne contulisti, ⁊ pręsens nobis remedium esse facias ⁊ futurum. Per dominum no. De sancta Maria. Postcõmu.

GRatiam tuam, quęsumus domine, mentibus nostris infunde: vt qui, angelo nunciante, Christi filij tui incarnationeꝫ cognouimus, per passionem eius ⁊ crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur.

Pro Papa. Postcommunio.

HAec nos, quęsumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: ⁊ famulum tuũ N. quem pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, vna cum cõmisso sibi grege, saluet semper, ⁊ muniat. Per dominuꝫ nostrũ. Vel contra persecutores Ecclesię. Postcõmunio. Quęsumus do. vt in feria vj. pręcedenti.

❡ Dominica iiij. Aduentus.

Statio ad sanctos duodecim Apostolos. Introitus.



ROrate cęli desuper, ⁊ nubes pluant iustum: aperiatꝰ terra, ⁊ germinet Saluatorem. Psal. Isa. 45

Cęli enarrant gloriam Dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. psalꝫ 18

℣. Gloria patri, ⁊ fil. Oratio.

EXcita dñe potentiã tuam, ⁊ veni: ⁊ magna nobis virtute succurre: vt per auxiliũ gratię tuę, quod nostra peccata prępediunt, indulgẽtia tuę propitiationis acceleret. Qui viuis ⁊ re.

De sancta Maria. Oratio.

DEus qui de beatę Marię virginis vtero verbũ tuũ, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt, qui vere eam genitriceꝫ Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

Contra persecutores Ecclesię. Oratio.

ECclesię tuę, quęsumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, ⁊ erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dñm nostrum. Vel pro Papa. Deus omnium fideliuꝫ pastor. vt in Sabbato pręcedenti.

Lectio

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1.C.4 FRatres: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare: quoadusque veniat dñs, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordium. Et tunc laus erit vnicuique à deo. Grad. Prope
psal. 144 est dñs omnibus inuocantibus eum, omnibus qui inuocant eum in veritate. ℣. Laudem dñi loquatur os meũ, & benedicat omnis caro nomen sanctum eius. Alleluia, alleluia. ℣. Ueni domine, & noli tardare: relaxa facinora plebis tue Israel. Alleluia.

Sequen. S. euang. scdm Lucam.



ca.3. ANno quintodecimo imperij Tiberij Cesaris, procurante Pontio Pilato Iudeam, tetrarcha autem Galilee Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituree & Traconitidis regiõis, & Lysania Abiline tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna, & Caipha: factum est verbum domini, super Ioannem Zacharie filium, in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis, predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonum Isaie prophete. Uox clamantis in Isa. 40
deserto. Parate viam dñi, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur: & omnis mons, & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa: & aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare dei. Credo. Offert. Aue Lu. 1
Maria gratia plena dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Secr.

SAcrificijs presentibus, quesumus dñe, placatus intende: vt & deuotioni nře proficiãt, & saluti. Per d. De sancta Maria. Sec.

IN mentibus nřis, quesumus dñe, vere fidei sacramenta cõfirma: vt, qui cõceptum de virgine deũ verũ & hominẽ confitemur, per eius salutifere resurrectionis potentiam, ad eternã mereamur peruenire letitiam. Contra persecutores Ecclesie. Secreta.

PRotege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inherentes, & corpore tibi famulemur, & mẽte. Per. Uel, p Papa. Sec. Oblatis. vt in Sabbato precedenti. Co͞io.

Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emanuel. Isa. 7

Postcommunio.

SUmptis muneribus, quesumus domine: vt cum frequentatione mysterij crescat nostre salutis effectus. Per domi.

De sancta Maria. Postcōio.

GRatiam tuā, q̄s dn̄e, mentibus nr̄is infunde: vt, qui, angelo nūciāte, Christi filij tui incarnatiōe cognouim⁹, ꝑpassiōnē ei⁹ ꝛ crucē, ad resurrectionis gloriā ꝑducamur. Contra persecutores Ecclesię. Postcōio.

QUesumus dn̄e deus nr̄: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nō sinas subiacēre periculis. Per. Vel pro Papa Postcōio. Hec nos. vt in dominica precedenti.

¶ Si vigilia Natiuit. dn̄i venerit in Dn̄ica, totū offm̄ Missę fit de vigilia, cū cōmemorat. dn̄icę.

¶ In vig. Nati. dn̄i. Statio ad sanctā Mariā in norē. Introit.



Ex. 16 HOdie scietis quia
veniet dn̄s, ꝛ saluabit nos: ꝛ mane videbitis gloriā
psal. 23 eius. Psalmus.
Domini est terra, ꝛ plenitudo eius: orbis terrarū, ꝛ vniuersi qui habitāt in eo. ℣. Gloria patri ꝛ filio, ꝛc. Oratio.

DEus qui nos redemptionis nostrę annua expectatione letificas: presta, vt vnigenitum tuum, quem redemptorem leti suscipimus, venientē quoq; iudicē securi videamus, dn̄z nostrū Jesū Chr̄um filiū tuū. Qui. Et dicitur hec oratio tantuz, nisi vigilia venerit in Dominica.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 1. FRatres: Paulus seru⁹ Jesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in euangelium Dei, (quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis) de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnem: qui predestinatus est filius Dei in virtute, secundū spiritum sāctificationis, ex resurrectione mortuorum Jesu Christi domini nostri. Per quem accepimus gratiam ꝛ apostolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: in quib⁹ estis ꝛ vos vocati Jesu Christi
domini nostri. Graduale. Ho- Ex. 16
die scietis, quia veniet dominus, ꝛ saluabit nos: ꝛ mane videbi-
tis gloriam eius. ℣. Qui regis psal. 79
Israel intende: qui deducis velut ouem, Joseph: qui sedes super Cherubim, appare corā Ephraim, Beniamin, ꝛ Manasse. Nō dicitur Alleluia cum sequēti versu, nisi hec vigil. venerit in Dominica. Alleluia, alleluia. ℣. Crastina die delebitur iniquitas terrę: ꝛ regnabit super nos Saluator mundi, alleluia.

Sequē. S. euāg. sm̄ Mattheū.



IN illo tp̄e: Cū ca. 1.
esset desponsata mater Jesu Maria, Joseph: antequā conuenirent, inuēta est in vtero habens de spiritu sancto. Joseph autē vir eius cū esset iustus, ꝛ nollet eā traducere: voluit occulte dimittere eā. Hec autem eo cogitāte, ecce angelus domini in somnis apparuit ei, dicens,

cens. Joseph fili David, noli timere accipere Mariã coniugez tuã. Quod eniz in ea natũ est, de spiritu sancto est. Pariet autem filiuz, ꝛ vocabis nomen eius Jesum. Ipse eniz saluũ faciet populũ suũ a peccatis eorũ. Offerto.

psal. 23. Tollite portas principes vestras, ꝛ eleuamini porte eternales, ꝛ introibit rex glorie. Secr.

Da nobis q̃s omnipotens deus: vt sicut adorãda filij tui natalitia preuenimus: sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. Qui. Cõio.

Isa. 40. Reuelabitur gloria dñi: ꝛ videbit oĩs caro salutare dei nostri. Postcomm.

Da nobis, q̃s dñe, vnigeniti filij tui recensita Natiuitate respirare: cuius celesti mysterio pascimur ꝛ potamur. Per eun.

¶ Sacerdos quoniaz in die Natalis dñi celebrat tres Missas, in prima ꝛ secunda Missa, nõ sumat purificationẽ, sed in tertia missa.

¶ In Natiuitate dñi in prima Missa, Statio ad scãm Mariaz maiorez ad presepe. Introit⁹.




psal. 2. Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. psal. Quare fremuerunt gentes: ꝛ populi meditati sunt inania. ℣. Glor. Orõ.

Deus qui hanc sacratissimam noctẽ veri luminis fecisti illustratione clarescere: da q̃sumus: vt cuius lucis mysteria in terra cognouim⁹: eius quoqz gaudiis in celo pfruamur. Qui tecum viuit ꝛc. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Titum. ca. 2.

Charissime: Apparuit gratia dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiẽs nos: vt abnegantes impietatem, ꝛ secularia desideria: sobrie, ꝛ iuste, ꝛ pie viuamus in hoc seculo: expectantes beatam spem, ꝛ aduentum glorie magni dei, ꝛ Saluatoris nostri Jesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: ꝛ mundaret sibi populuz acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hec loquere, ꝛ exhortare: in christo Jesu dño nr̃o. Grad. psal. 109

Tecũ principiũ in die virtutis tue: in splendoribus sanctorũ ex vtero ante luciferũ genui te. ℣. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ. psal. 2 Alleluia, alla. ℣. Dñs dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te, alleluia. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam. c. 2.



In illo tẽpore: Exiit edictum a Cesare Augusto, vt describeret vniuersus orbis. Hec descriptio prima, facta est a presi

de Syrię Cyrino. Et ibant omnes, vt profiterent̄, singuli in suā ciuitatē. Ascēdit autē ⁊ Joseph à Galilea de ciuitate Nazareth, in Judęam, in ciuitatem Dauid, quę vocatur Bethleē: eo quod esset de domo ⁊ familia Dauid: vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore, prægnante. Factum est autem: cū essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum: ⁊ pannis eum inuoluit: ⁊ reclinauit eum in præsepio: quia nō erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadē vigilantes, ⁊ custodientes vigilias noctis super gregē suū. Et ecce angel⁹ dn̄i stetit iuxta illos: ⁊ claritas dei circunfulsit illos: ⁊ timuerūt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enī euāgelizo vobis gaudiū magnū, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dn̄s, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signū. Inuenietis infantem pannis inuolutum: ⁊ positum in præsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militię cęlestis, laudantium deum ⁊ dicentiū Gloria in altissimis Deo: ⁊ in terra pax hominibus bonę volūtatis. Credo in. Offert. Lętentur cęli, ⁊ exultet terra ante faciē domini: quoniā venit. Secreta. psal. 95

Accepta tibi sit dn̄e, q̄s, hodiernę festiuitatis oblatio: vt tua grā largiēte, per hęc sacrosacta cōmercia, i illi⁹ inueniamur forma, in quo tecū est nr̄a substātia. Qui tec. Præfatio. Æterne Deus. Quia per incarnati. Et dicit̄ quotidie vsq; ad Epiphaniam. Infra actionem. Cōmunicantes ⁊ noctem sacratissimā celebrātes. Et dicitur quotidie vsq; ad octauam Natiuitatis tātum inclusiue. In hac missa tantum dicit̄ noctem, deinceps vero diem. Cōmu. In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genuite. Postcōmu.

Da nobis, q̄s, dn̄e Deus noster: vt qui Natiuitatē dn̄i nr̄i Jesu Christi mysteriis nos frequentare gaudemus, dignis cōuersationib⁹ ad eius mereamur peruenire consortium. Qui tec.

¶ Debet Sacerdos ante quālibet Missam confessionem dicere, ⁊ in fine cuiuslibet populo benedicere, ⁊ Euangeliū S. Joānis, In principio erat verbū. legere. Post tertiā vero missā, loco prædicti euangelii dr̄ euāgeliū. Cū natus esset Jesus. qd in die Epiphanię legitur. fol. 22.

¶ In secunda missa. Statio ad sanctam Anastasiā. Introitus.



Lux fulgebit hodie super nos: quia natus est nobis dn̄s: ⁊ vocabitur admirabilis, Deus, princeps pacis, pater futuri sęculi: cuius regni non erit finis. Psal. Domin⁹ regnauit, decorē indutus est: indutus est dominus fortitudinem, ⁊ præcinxit se. ℣. Gloria patri. Oratio. Isa. 9 psal. 92

Da

Da nobis, quesumus, omnipotens deus, vt qui noua incarnati verbi tui luce perfūdimur: hoc in nr̄o resplendeat opere, qđ p fidē fulget in mēte. Per.

Pro sancta Anastasia. Cōme.

Da, q̄s, op̄s deus: vt qui beate Anastasie martyris tue sollemnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per do.

L. Ep̄le B. Pauli ap̄li ad Titū.

ca.3. Charissime: Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei: nō ex operibus iustitie, que fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christuz saluatorē nostrū: vt iustificati gr̄a ipsius, heredes simus sm̄ spē vite eterne, in christo Jesu dn̄o nr̄o.

psal. 117 Graduale. Benedictus qui venit in nomine dn̄i: deus dn̄s, & illuxit nobis. ℣. A domino factū est istud: & est mirabile in oculis nostris. Alleluia, all'a. ℣ Dominus regnauit decorez induit: induit dominus fortitudinem, & precinxit se virtute. Alleluia.

Seq. S. euange. scd̄m Lucam.



ca.2. In illo tempore: Pastores loquebātur adinuicem. Transeamus vsque Bethleem: & videam⁹ hoc verbū, quod factū est quod fecit dominus, & ostendit nobis. Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariam, & Joseph, & infantem positum in presepio. Videntes autem, cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt, & de his, que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hec, cōferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes deum in omnibus que audierant, & viderāt: sicut dictū est ad illos. Credo.

psal. 92 Offerto. Deus enim firmauit orbez terre: qui non commouebitur: parata sedes tua deus ex tunc, a seculo tu es. Secreta.

Munera nostra, q̄s dn̄e, Natiuitatis hodierne mysteriis apta proueniant, & pacez nobis semper infundāt: vt sicut homo genitus idem refulsit deus, sic nobis hec terrena substantia conferat quod diuinū est. Per.

Pro sancta Anastasia. Secreta.

Accipe, quesumus domine, munera dignanter oblata, & beate Anastasie suffragātibus meritis, ad nostre salutis auxilium peruenire concede. Per.

Prefatio, &, Communicantes. vt supra. Commun. Exulta filia Sion, lauda filia Hierusalez: ecce rex tuus venit sanctus, & saluator mundi. Zac. 9

Postcōmunio.

Huius nos dn̄e sacramenti semper nouitas natalis instauret: cui⁹ natiuitas singularis humanā repulit vetustatē. Per.

Pro sancta Anastasia. Postcō.

Satiasti domine familiā tuā muneribus sacris: cuius, q̄su-
mus, interuentione nos rēfoue,
cuius solēnia celebramus. Per.

¶ Ad tertiā Missā. Statio ad
sanctā Mariā maiorem. Intro.

Is. 9 
Puer natus est nobis, & filius datus
est nobis: cuius imperium super humerum eius: & vo-
cabitur nomen ei-
psal. us magni consilij angelus. psal.
97 Cātate dn̄o canticū nouū: quia
mirabilia fecit. ℣. Gloria. Orō.

Concede, q̄s, op̄s deus: vt
nos vnigeniti tui noua per
carnem Natiuitas liberet: quos
sub peccati iugo vetusta seruit⁹
tenet. Per. Lectio epistolę bea
ti Pauli apostoli ad Hebręos.

ca. 1. Fratres: Multifariā mul
tisque modis oliz Deus lo
quens patribus in prophetis no
uissime diebus istis locutus est
nobis in filio: quē constituit he-
redem vniuersorum: per quem
fecit & sęcula. Qui cum sit splen-
dor glorię, & figura substantię ei-
us, portansq̄ʒ omnia verbo vir-
tutis suę: purgationē peccatorū
faciens, sedet ad dexteram maie
statis in excelsis: tanto melior an
gelis effectus, quanto differen-
tius pre illis nomē hereditauit.
Cui enim dixit aliquando ange-
lorum? Filius meus es tu, ego
hodie genui te. Et rursuz. Ego
ero illi in patrem, & ipse erit mihi
in filium. Et cum iterum intro-
ducit primogenitū in orbem ter
rę, dicit. Et adorent eum omnes
angeli Dei. Et ad angelos qui-
dez dicit. Qui facit angelos suos
spiritus: & ministros suos, flāmā
ignis. Ad filiū autem. Thronus
tuus deus in seculuz sęculi: virga
ęquitatis, virga regni tui. Dilexi
sti iustitiam, & odisti iniquitatez:
propterea vnxit te deus, Deus
tuus oleo exultationis, prę parti
cipibus tuis. Et, tu in principio
domine terraz fundasti: & opera
manuum tuarum sunt cęli. Ipsi
peribūt, tu autem permanebis:
& omnes vt vestimentum vete-
rascent. Et velut amictum mu-
tabis eos, & mutabuntur. Tu au
tem idem ipse es, & anni tui non
deficient. Grad. Viderunt om
nes fines terrę salutare dei nr̄i: psal.
iubilate deo omnis terra. ℣. No 97
tum fecit dn̄s salutare suuz: ante
conspectum gentiū reuelauit iu-
stitiā suā. Allā, allā. ℣. Dies san
ctificatus illuxit nobis: venite gē
tes, & adorate dn̄m, quia hodie
descendit lux magna super ter-
ram. Alleluia. Initium sancti
euangelij secundum Joannem.



In princi- ca. 1.
pio erat
verbum: & ver
bum erat apud
deum: & Deus
erat verbum.
Hoc erat i pri-
cipio apud dō̄.
Omnia per ip-
sum facta sunt: & sine ipso factuz
est nihil, quod factū est. In ipso
vita

vita erat: et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet: et tenebrę eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: et mūdus per ipsum factus est: et mūdus eū nō cognouit. In propria venit: et sui eū nō receperunt. Quotquot aūt receperunt eū, dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius: Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex volūtate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factū est: et habitauit in nobis (et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre) plenum gratię et veritatis. Credo in. Offert.

psal. 88 Tui sunt cęli, et tua est terra: orbem terrarū et plenitudinem eius tu fundasti: iustitia et iudicium pręparatio sedis tuę. Secreta.

Oblata domine munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosq́ à peccatorum nostrorū maculis emunda. Per eundem dominum. Prefatio, et Cōicātes. vt in canone. Cōio.

psal. 97 Viderunt omnes fines terrę salutare Dei nostri. Postcōmun.

Presta, quęsumus, omnipotens deus: vt natus hodie saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor: ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit et regnat in vn.

¶ In festo S. Stephani protomartyris. Statio ad sanctū Stephanum in Celio monte. Intro. psal. 118



Sederunt principes, et aduersū me loquebātur: et iniqui persecuti sunt me: ādiuua me domine Deus meus: q2 seruus tuus exercebat in tuis iustificationibus. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dñi. V. Gloria pa. Oratio.

Da nobis, quęsumus domine, imitari quod colimus: vt discamus et inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vn. Et fit cōme. de Natiuita. Orō.

Concede, quęsumus, omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua p carnē Natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eūdē.

Lectio actuum Apostolorum.

In diebus illis: Stephanus ca. 6. plenus gratia et fortitudine, faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidā de synagoga, quę appellabatur Libertinorum, et Cyrenensium, et Alexandrinorum, et eorū qui erant à Cilicia et Asia, disputantes cum Stephano: et non poterant resistere sapiētię et

ca.7. spiritui: qui loquebatur. Audiē-
tes autē hec, dissecabantur cor-
dibus suis, & stridebant dētibus
in eū. Cum autem esset Stepha
nus plenus spiritu sancto, inten
dens in celū vidit gloriam dei, &
Jesum stantē a dextris virtutis
dei, & ait. Ecce video celos aper
tos: & filium hominis stantem a
dextris virtutis dei. Exclaman-
tes autem voce magna, cōtinue-
runt aures suas: & impetum fece
runt vnanimiter in eum. Et eii-
cientes eum extra ciuitatē, lapi-
dabant. Et testes deposuerunt
vestimenta sua secus pedes ado
lescētis, qui vocabatur Saulus.
Et lapidabant Stephanum in-
uocantem, & dicentem: Domine
Jesu, accipe spiritum meū. Po-
sitis autem genibus, clamauit vo
ce magna, dicēs. Dñe, ne statuas
illis hoc peccatum. Et cum hoc
dixisset, obdormiuit in domino.
psal. Grad. Sederunt principes, &
118. aduersum me loquebantur: & ini
qui persecuti sūt me. ℣. Adiuua
me domine Deus meus: saluum
me fac propter misericordiā tuā.
Act. Alleluia, alleluia. ℣. Video ce-
7 los apertos, & Jesum stantem a
dextris virtutis dei, Alleluia.
Sequē. S. euāg. fm Mattheū.
ca.23 In illo tēpore: Dicebat Je-
sus turbis Judeorū, & prin
cipibus sacerdotum. Ecce, ego
mitto ad vos prophetas & sapiē
tes & scribas: & ex illis occidetis &
crucifigetis: & ex eis flagellabitis
in synagogis vestris: & persequē
mini de ciuitate in ciuitatē: vt ve
niat super vos omnis sanguis iu
stus, q effusus est super terram: a
sāguine Abel iusti vsq; ad sāgui-
nē Zacharie filij Barachie, quē
occidistis inter templū & altare.
Amen dico vobis: venient hec
omnia super generationē istam.
Hierusalem hierusalem, que oc-
cidis prophetas, & lapidas eos
qui ad te missi sunt: quoties vo-
lui congregare filios tuos, quē-
admodum gallina cōgregat pul
los suos sub alas: & noluisti? Ec-
ce, relinquetur vobis domus ve
stra deserta. Dico enim vobis:
non me videbitis amodo, donec
dicatis. Benedictus qui venit in
nomine dñi. Credo. Offerto.
Elegerunt apostoli Stephanū
leuitā, plenū fide & spiritu sācto:
quem lapidauerunt Judei oran
tem & dicentē: dñe Jesu, accipe
spiritū meū, alleluia. Secreta.
Suscipe dñe munera, p tuo-
rū commemoratione san-
ctorum: vt, sicut illos passio glo-
riosos effecit, ita nos deuotio red
dat innocuos. Per dominum.
Pro Natiuitate dñi. Secreta.
Oblata domine munera, no
ua vnigeniti tui Natiuita-
te sanctifica: nosq; a peccatorū
nostrorū maculis emunda. Per
eūdē. Cōio. Video celos aper- Act.
tos, & Jesum stantē a dextris vir 7
tutis dei: domine Jesu, accipe
spiritum meum, & ne statuas illis
hoc peccatū. Postcommunio.
Auxilientur nobis domine
sumpta mysteria: & interce-
dēte btō Stephano, ptomarty-
re tuo

re tuo, sempiterna protectione confirmet. Per dominum no.

Pro Natiuitate. Postcõio.

PResta, quesumus, omnipotens Deus: vt natus hodie Saluator mũdi, sicut diuine nobis gñatiõis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor. Qui te.

¶ In festo S. Joannis apostoli & euangeliste. Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.



eccl. 15 In medio Ecclesie aperuit os eius: & impleuit eum dominus spiritu sapientie, & intellectus: stolam glorie
psal. 91 induit eum. Psalmus. Bonum est confiteri domino: & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio.

ECclesiam tuam domine benignus illustra: vt beati Joannis apostoli tui & euangeliste illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per dñm. Pro Natiuitate. Oratio.

COncede, quesumus, omnipotens Deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro sancto Stephano. Oño.

DA nobis, quesumus domine, imitari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tec. Lectio libri sapientie.

QUi timet deum, faciet bo- eccl. 15
na: & qui continens est iustitie, apprehendet illam: & obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illũ pane vite & intellectus: & aqua sapiẽtie salutaris potabit illũ. Et firmabitur in illo, & nõ flectetur: & continebit illũ, & non cõfũdetur: & exaltabit illũ apud pximos suos. In medio Ecclesie aperiet os eius: & implebit eum dñs spũ sapientie & intellectus: & stolã glorie induet eũ. Jucũditatẽ & exultationẽ thesaurizabit super eũ: & nomine eterno hereditabit illum dñs deus noster.

Graduale. Exiit sermo inter Joã. 21
fratres, quod discipulus ille non moritur: & non dixit Jesus, non moritur, sed sic eum volo manere donec veniam, tu me sequere. Alleluia, alleluia. ℣. Hic est discipulus ille, qui testimoniũ perhibet de his: & scimus quia verũ est testimonium eius, alleluia.

Sequẽ. S. euag. sm Joannem.



IN illo tẽ- ca. 21
pore: Dixit Jesus Petro: seqre me. Cõuersus Petrus, vidit illum discipulũ, quẽ diligebat Jesus, sequentem: q & recubuit in cena sup pectus eius, & dixit: Dñe, quis est q tradet te? Hũc ergo cũ vidisset Petrus, dixit Jesu. Dñe, hic aũt qd? Dicit ei Jesus. Sic eum volo manere, donec veniã. Quid ad te?

Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur. Et nõ dixit ei Jesus, quia nõ moritur: sed sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimoniũ perhibet de his: ⁊ scripsit hec. Et scimus, quia verum est testimoniũ eius.

psal. 91 Credo. Offer. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, quę in libano ē, multiplicabitur. Sec.

Suscipe domine munera, q̃ in eius tibi sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per domi.

Pro Natiuitate. Secreta.

Oblata dñe munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosq; per hęc à peccatorum nostrorũ maculis emunda.

Pro sancto Stephano. Secre.

Suscipe dñe munera, p tuorum commemoratione sanctorum: vt, sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per dominum.

Joã: 21 Cõmunio. Exiit sermo inter fratres, quòd discipulus ille non moritur: ⁊ non dixit Jesus, non moritur, sed sic eum volo manere donec veniam. Postcõio.

Refecti cibo potuq; cęlesti Deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius hęc cõmemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus.

Pro Natiuitate. Postcõio.

Presta, quęsumus, omnipotens Deus: vt natus hodie Saluator mũdi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita ⁊ immortalitatis sit ipse largitor.

Pro sãcto Stephano. Postcõ.

Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: ⁊ intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione confirmet. Per dominũ.

¶ In sanctorum Innocentiũ. Statio ad S. Paulum. Intro.



Ex ore infantiũ deus ⁊ lactẽtiũ perfecisti laudẽ propter inimicos tuos. ps. 8 Ps. Dñe dñs noster, quã admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣ Gloria patri. Non dicitur Gloria in excelsis. nec Alleluia. nec Ite missa est. nisi hoc festum venerit in Dñica: sed in octaua semper dicitur. Oratio.

Deus, cuius hodierna die preconiũ Innocẽtes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per dominum nostrũ.

Pro Natiuitate. Oratio.

Concede, quęsumus, omnipotens Deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnẽ natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro sancto Stephano. Orõ.

Da nobis, quęsumus domine, imitari quod colimus: vt discamus ⁊ inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui

qui nouit etiaȝ pro persecutoribus exorare dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Pro sancto Joanne. Oratio.

Ecclesiam tuaȝ domine benignus illustra: vt beati Joannis apostoli tui ꝛ euangeliste illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per do.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis apostoli.

c. 14 In diebus illis: Uidi supra montem Sion agnum stantem, ꝛ cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius ꝛ nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de celo, tanq̃ȝ voceȝ aquarum multarum: ꝛ tanquaȝ vocem tonitrui magni. Et vocē quam audiui, sicut citharedoruȝ citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticuȝ nouum ante sedem dei, ꝛ ante quatuor animalia: ꝛ seniores. Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centuȝ quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus nō sunt coinquinati. Uirgines eniȝ sunt. Hi sequuntur agnum, quocunq̧ ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitie deo ꝛ agno: ꝛ in ore ipsorum non est inuentuȝ mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum dei. Grad.

psal. 123 Anima nr̄a sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est, ꝛ nos liberati sumus: adiutoriū nr̄um in nomine dn̄i, qui fecit celū ꝛ terram.

Alla, all'a. ℣. Laudate pueri dominum, laudate nomē dn̄i, all'a. psal. 112

Tractus subscriptus semper dr̄ pretermisso Alla, nisi hoc festuȝ venerit in dn̄ica. In octa. vero nunq̃ȝ dr̄ Tractus. Effuderunt sanguinem sanctorū, velut aquā in circuitu Hierusalem. ℣. Et non erat qui sepeliret. ℣. Uindica dn̄e sanguinē sanctorum tuorū, qui effusus est super terram. psal. 78.

Seq. S. euang. s̄m Mattheuȝ.



In illo tp̄e. Angelus dn̄i apparuit in sōnis Joseph, dicēs. Surge, ꝛ accipe pueruȝ ꝛ matrē eius, ꝛ fuge in Aegyptū: ꝛ esto ibi vsque dū dicā tibi. Futurū est enim, vt Herodes querat pueruȝ ad perdēdū eū. Qui cōsurgēs accepit puerum ꝛ matrem eius nocte: ꝛ secessit in Aegyptuȝ. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum est a domino per prophetaȝ dicentē. Ex Aegypto vocaui filiuȝ meū. Tunc Herodes, videns quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde. Et mittens, occidit oēs pueros qui erant in Bethleem, ꝛ in omnibus finibus eius, a bimatu ꝛ infra secūdū tēpus quod exquisierat a Magis. Tūc adimpletū est quod dictū est per Hieremiam prophetam, dicentem. Uox in Rama audita est, ploratus ꝛ vlulatus multus, Rachel ca. 2

plorans filios suos: ꝛ noluit consolari, quia nõ sunt. Credo in.
psal. 123. Offerto. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, ꝛ nos liberati sumus. Secreta.
SAnctorum tuorum domine nobis pia non desit oratio, quę ꝛ munera nostra conciliet, ꝛ tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominũ.
Pro natiuitate. Secreta.
OBlata domine munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosq; a peccatorum nostrorũ maculis emunda.
Pro sancto Stephano. Secre.
SUscipe domine munera pro tuorũ commemoratione sanctorum: vt, sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.
Pro sancto Joanne. Secreta.
SUscipe domine munera, quę in eius tibi sollemnitate deferimus: cuius nos cõfidimus patrocinio liberari. Per.
Hiere. 31 Cõio. Uox in Rama audita est, ploratus ꝛ vlulatus, Rachel plorans filios suos: ꝛ noluit consolari, quia non sunt. Postcõm.
UOtiua domine dona percepimus: quę sanctorum nobis precibus, ꝛ pręsentis quęsumus vitę pariter ꝛ ęternę tribue conferre subsidium. Per dom.
Pro Natiuitate. Postcommu.
PRęsta, quęsumus, omnipotens deus: vt natus hodie saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita ꝛ immortalitatis sit ipse largitor.
Pro sãcto Stephano. Postco.
AUxilietur nobis domine sumpta mysteria: ꝛ intercedente beato Stephano martyre tuo, sempiterna protectiõe cõfirmẽt. Pro sctõ Joãne. postcõ.
REfecti cibo potuque cęlesti deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius hęc cõmemoratione percepimus, eius muniamur ꝛ precibus. Per. Si festum sancti Thomę venerit in dñica, trãsfert in sequentẽ diez.
¶ In festo sancti Thomę episcopi, ꝛ martyris. Introitus.



Audeamus omnes in domino diez festum celebrantes sub honore beati Thomę martyris: de cuius passione gaudent angeli, ꝛ collaudant filium dei. Psal. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. V. Gloria patri. Oratio. psal. 32
DEus, pro cuius ecclesia gloriosus pontifex Thomas gladiis impiorum occubuit: pręsta q̃s: vt oẽs, qui eius implorant auxilium, petitionis suę salutarẽ consequantur effectum. Per d.
Pro Natiuitate dñi. Oratio.
COncede quęsumus omnipotens deus: vt, nos vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.
Pro sãcto Stephano. Oratio.
DA nobis, quęsumus dñe, imitari quod colimus: vt, disca-

discamus ⁊ inimicos diligere: q̄ eius natalitia celebramus, q̄ nouit etiā pro psecutoribus exorare dn̄m nr̄m Jesū Christū filiū tuū. Pro S. Joanne. Oratio.

Ecclesiam tuā domine benignus illustra: vt beati Joannis apostoli tui ⁊ euangeliste illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

Pro Innocentibus. Oratio.

Deus, cuius hodierna die p̄conium Innocētes martyres non loquendo sed moriēdo confessi sunt: omnia in nobis vitiorū mala mortifica: vt fidē tuā, quā lingua nostra loquitur, etiā moribus vita fateatur. Per do.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Hebreos.

ca. 5. Fratres. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his que sunt ad deum: vt offerat dona ⁊ sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant ⁊ errant: quoniā ⁊ ipse circundatus est infirmitate. Et propterea debet, quēadmodū pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorē: sed qui vocatur a Deo, tanquā Aaron. Sic ⁊ Christus nō semetipsū clarificauit vt pōtifex fieret: sed qui locutus est ad eū, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodum ⁊ in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternū, secundū ordinē Melchisedech. Gradual. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Ego sum pastor bonus: ⁊ cognosco oues meas: ⁊ cognoscunt me mee. Alleluia. Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.



In illo tp̄e. Dixit Jesus Phariseis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suā dat p ouibus suis. c. 10.
Mercenarius autē, ⁊ qui non est pastor, cuius non sunt oues proprie, videt lupum venientem, ⁊ dimittit oues, ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit, ⁊ dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: ⁊ non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus: ⁊ cognosco oues meas: ⁊ cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater, ⁊ ego agnosco patrem: ⁊ animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, que non sunt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere: ⁊ vocem meam audient: ⁊ fiet vnū ouile ⁊ vnus pastor. Credo. Offer. Posuisti domine in capite eius coronā de lapide precioso: vitā petiit a te, ⁊ tribuisti ei, alleluia. Secre. psal. 20.

Munera tibi domine dicata sanctifica, ⁊ intercedente beato Thoma martyre tuo atque pontifice: per eadem nos placatus intende. Per dominū nostrum Jesum Christum filiū.

Pro Natiuitate. Secreta.

OBlata dñe munera, noua vnigeniti tui natiuitate sãctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda.

Pro sancto Stephano. Secre.

SUscipe domine munera pro tuorum commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effécit: ita nos deuotio reddat innócuos.

Pro sancto Joanne. Secreta.

SUscipe domine munera, quę in eius tibi sollemnitáte deférimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus. Secreta.

SAnctorum tuorum nobis domine pia non desit oratio: quę et munera nostra conciliet, et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominũ.

Jo. Cómunio. Ego sum pastor bo
10 nus et cognosco oues meas, et cognoscunt me meę. Postcommun.

HAec nos communio domine purget a crimine: et intercedente beato Thoma martyre tuo, atque pontifice, cęlestis remédii faciat esse consortes. Per dominum nostrum Jesuz.

Pro Natiuitate. Postcommu.

PResta quęsumus omnipotens deus: vt natus hodie Saluator mũdi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita et immortalitatis sit ipse largitor.

Pro sácto Stephano. Postco.

AUxilientur nobis domine sumpta mysteria: et intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione confirment.

Pro sancto Joanne. Postcom.


REfécti cibo potuque cęlesti, Deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius hęc commemoratione percépimus, eius muniamur et precibus.

Pro Innocen. Postcõi.

VOtiua domine dona percepimus: quę sanctorũ nobis precibus, et pręsentis quęsumus vitę pariter, et ęternę tribue conferre subsidium. Per dominum n.

¶ Si festũ Natiuitatis dñi, S. Stephani, S. Joannis euange. et sanctorũ innocentiũ, venerit in Dñica, ipsa die nihil fit d' Dñica: sed die proximo post festũ sancti Thomę martyris dr̃ Missa de Dñica. Si autem festum sancti Thomę venerit in Dominica, dr̃ Missa de Dñica cũ cómemoratione de octauis et festũ S. Thomę transfertur in secundá feriá. Si vero post festum S. Thomę fuerit Sabbatũ, ipsa die Sabbati dicitur Missa de octaua Natiuitatis cum cõmemoratione de aliis octauis. Et in die S. Siluestri fit officium de festo cum commemor. de Dominica et de octa.

¶ Missa de Dñica inf. octauã Natiuitatis domini. Introitus.



DUm medium silentium tenérent omnia, et nox in suo cursu médiuz iter haberet: omnipotens sermo tuus domine, de cęlis a regálibus sédibus Sa. 18

psal. 92 dibus venit. Psal. Dñs regnauit, decorez indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & precinxit se. ℣. Gloria pa. Oratio.

O Mnipotés sempiterne deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui, mereamur bonis operibus abundare. Per eundem d.

Et fit commemoratio de octauis. Pro Natiuitate. Oratio.

C Oncede, quesumus, omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua pcarné Natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro sancto Stephano. Oro.

D A nobis, quesumus domine, imitari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominú nostrú Jesum Christum filium tuum.

Pro sancto Joanne. Oratio.

E Cclesiam tuaz domine benignus illustra: vt beati Joannis apostoli tui & euangeliste illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

Pro Innocentibus. Oratio.

D Eus, cuius hodierna die preconiú Innocétes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per. Lctó epistole bti Pauli apli ad Galatas.

ca. 4 F Ratres: Quáto tpe heres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dñs omniú: sed sub tutoribus & actorib⁹ est, vsqz ad prefinitú tempus a patre. Ita & nos cum essemus paruuli, sub elemétis mundi huius eramus seruiétes. At vbi venit plenitudo téporis, misit deus filiuz suú factú ex muliere, factú sub lege: vt eos, q sub lege erát, redimeret: vt adoptioné filioꝝ reciperemus. Qm̃ aút estis filij dei, misit deus spiritú filij sui in corda vestra clamanté, abba, pater. Itaqz iam nó est seruus: sed filius. Quod si filius: & heres per deum. Gradua.

S Peciosus forma pre filiis hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meú verbum bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribe velóciter scribentis. Alleluia, alla. ℣. Dñs regnauit, decoré induit: induit dñs fortitudinem, & precinxit se virtute, allia. psal. 92

Sequen. S. euang. sm Lucam.



I N illo tépore: Erant Joseph, & Maria mr̃ Jesu, mirantes super his, que dicebátur de illo. Et benedixit illis Simeó, & dixit ad Mariá mr̃em ei⁹. Ecce posit⁹ é hic in ruiná: & in resurrectioné multorú in Israel: & in signuz cui cótradicetur: & tuá ipsius animaz pertransibit gladius: vt reuelentur ex multis cordibus co- ca. 2.

gitationes. Et erat Anna ꝓphetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hec ꝓcesserat in diebus multis, ꝛ vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et hec vidua vsqꝫ ad annos octogintaquatuor: q̄ non discedebat de tēplo, ieiuniis ꝛ obsecrationibꝰ seruiens nocte ac die. Et hec, ipsa hora superueniens, cōfitebatur dño: ꝛ loquebatur de illo omnibus qui expectabāt redemptionem Israel. Et vt perfecerunt omnia secundum legem dñi, reuersi sunt in Galileam, in ciuitatem suam Nazareth. Puer autē crescēbat, ꝛ cōfortabatur: plenꝰ sapiētia: ꝛ gratia dei erat in illo.

psal. 131. Credo. Offertorium. Deus firmauit orbez terre, qui non cōmouebit: parata sedes tua deus, ex tunc a seculo tu es. Secreta.

Concede q̄s, ōps deus: vt oculis tue maiestatis munus oblatum, ꝛ gratiā nobis pie deuotionis obtineat, ꝛ effectuz btē perennitatis acqrat. Per d.

Pro Natiuitate. Secreta.

Oblata dñe munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sāctifica: nosqꝫ per hec à peccatorum nostroꝝ maculis emunda.

Pro sancto Stephano. Secre.

Suscipe domine munera, pro tuorum commemoratione sanctorum: vt, sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innócuos.

Pro sancto Joanne. Secreta.

Suscipe domine munera, q̄ in eius tibi sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro innocentibus. Secreta.

Sanctorum tuorum domine nobis pia non desit oratio, que ꝛ munera nostra conciliet, ꝛ tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominū.

Cōio. Tolle puerum ꝛ matrez eius, ꝛ vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Postcōmunio. mat 2

Per huius domine operationem mysterij, ꝛ vitia nostra purgentur, ꝛ iusta desideria compleantur. Per dominum.

Pro Natiuitate. Postcōio.

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt natus hodie saluator mundi, sicut diuine nobis generationis est auctor: ita ꝛ immortalitatis sit ipse largitor.

Pro sācto Stephano. Postcō.

Auxilientur nobis domine sūpta mystéria: ꝛ, intercedēte btō Stephano ꝓtomartyre tuo, sempiterna ꝓtectione cōfirmēt. Pro sctō Joāne Postcō.

Refecti cibo potuqꝫ celesti Deus noster, te supplices deprecamur: vt, in cuius hec cōmemoratione percepimus, eius muniamur ꝛ precibus.

Pro Innocentibus. Postcōio.

Votiua domine dona percepimus: que sanctorum nobis precibus, ꝛ presentis quesumus vite pariter ꝛ eterne tribue conferre subsidiū. Per do.

¶ Missa de octaua Natiuitatis domini. Introitus.

Puer

Isa. Uer natus est no-
9 bis, ⁊ filius datus
est nobis, cuius im
periũ super hume
ruz eius: ⁊ vocabi
tur nomẽ eius ma
psal. gni consilij angelus. ps. Cãtate
97 dño canticũ nouuz, qr mirabilia
fecit. ℣. Gloria patri. Oratio.
Concede, quęsumus, omni
potens deus: vt nos vni-
geniti tui noua pcarnẽ Natiuitas
liberet, quos sub peccati iugo ve
tusta seruitus tenet. Per eund.
Pro sancto Stephano. Orõ:
Da nobis, quęsumus domi-
ne, imitari quod colimus:
vt discamus ⁊ inimicos diligere:
quia eius natalitia celebramus,
qui nouit etiam pro persecutori
bus exorare dominũ nostrũ Je
sum Christum filium tuum.
Pro sancto Joanne. Oratio.
Ecclesiam tuaz domine be
nignus illustra: vt beati
Joannis apostoli tui ⁊ euange-
listę illuminata doctrinis, ad do-
na perueniat sempiterna.
Pro Innocentibus. Oratio.
Deus, cuius hodierna die
pręconiũ Innocẽtes mar-
tyres non loquendo, sed morien
do confessi sunt: oĩa in nobis vi-
tiorũ mala mortifica: vt fidẽ tuã,
quã lingua nr̃a loquit̃, etiã mori-
bus vita fateat̃. Per. Lectõ epl̃ę
beati Pauli apostoli ad Titum.
ca.3. Carissime: Apparuit beni-
gnitas ⁊ humanitas salua-
toris nostri dei: non ex operibus
iustitię, quę fecimus nos: sed se-
cundum suam misericordiam sal
uos nos fecit. Per lauacrum re-
generationis: ⁊ renouationis
spiritus sancti: quem effudit in
nos abunde per Jesum Chri-
stum saluatorem nostrum: vt iu-
stificati gratia ipsius, hęredes si-
mus secundum spem vitę ęternę.
In Christo Jesu dño nostro.
Gradua. Viderunt omnes fi- psal.
nes terrę salutare dei nostri: iubi 97
late deo omnis terra. ℣. Notuz
fecit dñs salutare suuz: ante con-
spectũ gentiũ reuelauit iustitiam
suam. Allã, allã. ℣. Dies sancti
ficatus illuxit nobis: venite gen-
tes, ⁊ adorate dñm: qr hodie de-
scẽdit lux magna sup terrã, allã.
Sequen. S. euang. scdm Lucam.



In illo tẽ- ca.2.
pore: Pa-
stores loquebã-
tur ad inuicem.
Trãseamus vs-
que Bethleez:
⁊ videamus hoc
verbum: quod
factuz est: quod
fecit dominus, ⁊ ostendit no-
bis. Et venerunt festinantes, ⁊
inuenerunt Mariam, ⁊ Joseph,
⁊ infantem positum in pręsepio.
Uidentes autem cognouerunt
de verbo quod dictum erat illis
de puero hoc. Et omnes qui au
dierunt, mirati sunt: ⁊ de his quę
dicta erant a pastoribus ad ip-
sos. Maria autem conseruabat
omnia verba hęc: conferens in
corde suo. Et reuersi sunt pasto-
res, glorificantes ⁊ laudantes

deum in omnibus que audierãt, et viderant: sicut dictum est ad illos. Credo in. Offertorium.
psal. 88 Tui sunt celi, et tua est terra: orbem terrarum, et plenitudinem eius tu fundasti: iustitia et iudiciũ preparatio sedis tue. Secreta.

Oblata domine munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosq; a peccatorũ nostrorũ maculis emũda. Per.

Pro sancto Stephano. Secre.

Suscipe domine munera, pro tuorum commemoratione sanctorum: vt, sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innócuos.

Pro sancto Joanne. Secreta.

Suscipe domine munera, que in eius tibi sollemnitate deférimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus. Secreta.

Sanctorũ tuorum dñe nobis pia nõ desit oratio: que et munera nostra conciliet, et tuã nobis indulgentiã semper obtineat. Per dominũ. Comunio.
psal. 92 Uiderunt omnes fines terre salutare dei nostri. Postcõio.

Presta, quesumus, omnipotens Deus: vt natus hodie Saluator mũdi, sicut diuine nobis gñatiõis est auctor, ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui te.

Pro S. Stephano. Postcõio.

Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: et, intercedẽte btõ Stephano ꝓtomartyre tuo, sempiterna protectione cõfirmẽt. Pro S. Joãne. postc.

Refecti cibo potuq; celesti, Deus noster, te supplices deprecamur: vt, in cuius hec cõmemoratione percepimus, eius muniamur et precibus. Pro Innocentibus. Postcommunio.

Uotiua domine dona percepimus: que sanctorum nobis precibus, et presentis quesumus vite pariter et eterne tribue conferre subsidiũ. Per do.

¶ Si festũ sancti Syluestri venerit in Dñica, dr̃ Missa de eo, et cõmem. de Dñica, et de octauis.

¶ In die sancti Syluestri Pape et confessoris. Introitus.



Sacerdotes tui domine induãt iustitiam, et sancti tui exultent: propter Dauid seruũ tuũ non auertas faciẽ Christi tui. ps. Memento dñe Dauid, et omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio. psal. 92

Da, quesumus, oĩps deus: vt beati Syluestri cõfessoris tui atq; pontificis veneranda sollemnitas, et deuotionem nobis augeat, et salutem. Per d.

Pro Natiuitate. Oratio.

Concede, quesumus, omnipotens Deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnẽ natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro sãcto Stephano. Oratio.

Da nobis, quesumus domine, imitari quod colimus: vt discamus et inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus,

qui

qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Pro sancto Joanne. Oratio.

Ecclesiam tuaꝫ domine benignus illustra: vt beati Joannis apostoli tui ꝛ euangelistę illuminata doctrinis: ad dona perueniat sempiterna.

Pro Innocentibus. Oratio.

Deus, cuius hodierna die preconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriẽdo cõfessi sunt: oīa in nobis vitiorũ mala mortifica: vt fidẽ tuã, quã lingua nr̃a loqtur, etiã morib⁹ vita fateat. Per d. Lcõ eplę bti Pauli apli ad Timotheũ.

2.c.4 Charissime: Testificor coraꝫ deo ꝛ Christo Jesu, qui iudicaturus est viuos ꝛ mortuos, per aduentum ipsius, ꝛ regnum eius. Predica verbum: insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia ꝛ doctrina. Erit enim tẽpus, cum sanã doctrinaꝫ non sustinebunt: sed ad sua d̃sidéria coaceruabũt sibi magistros prurientes aurib⁹: ꝛ à veritate quideꝫ audituꝫ auertent, ad fábulas autẽ cõuertent. Tu vero vigila: in omnib⁹ labóra: opus fac euangelistę: ministeriũ tuũ imple: sóbrius esto. Ego enim iam delibor, ꝛ tempus meę resolutionis instat. Bonum certamen certaui: cursuꝫ cõsummaui: fidem seruaui. In réliquo, reposita est mihi corona iustitię: quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solũ autẽ mihi: sed ꝛ his qui diligunt aduentuꝫ eius. Grad. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuẽtus similis illi, qui conseruaret legeꝫ excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, alleluia. eccl. 44 psal. 88

Sequen. S. euang. sm̃ Lucam.



In illo tẽpore. Dixit Jesus discipulis suis. Sint lũbi vestri precincti ꝛ lucernę ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dñm suum, quando reuertátur à nuptijs: vt cum vénerit ꝛ pulsauerit, confestim apériant ei. Beati serui illi, quos cum vénerit dominus, inuénerit vigilantes. Amen dico vobis, ꝙ precinget se, ꝛ fáciet illos discúmbere, ꝛ transiens ministrabit illis. Et, si vénerit in secũda vigilia: ꝛ, si in tértia vigilia vénerit: ꝛ ita inuénerit: beati sunt serui illi. Hoc auteꝫ scitóte, quoniam si sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtiqꝫ, ꝛ nõ sineret pérfodi domũ suaꝫ. Et vos estote paráti: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Credo. Offerto. Inueni Dauid seruũ meuꝫ, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ꝛ brachium meuꝫ confortabit eũ. Secreta. ca. 12 psal. 88

Sancti tui nos domine, quęsumus, vbique letificent: vt dum eorũ merita recolimus,

patrocinia sentiamus. Per do.
Pro Natiuitate. Secreta.
OBlata domine munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nósqꝫ à peccatoruꝫ nostrorum maculis emunda.
Pro sancto Stephano. Secre.
SUscipe domine munera, pro tuorum commemoratione sanctorum: vt, sicut illos passio gloriosos effécit, ita nos deuotio reddat innócuos.
Pro sancto Joanne. Secreta.
SUscipe domine múnera, quę in eius tibi sollemnitate deférimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.
Pro Innocentibus. Secreta.
SAnctorum tuorum domine nobis pia non desit oratio: quę ⁊ munera nostra concilict, ⁊ tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominū.
mat. 24 Cōmunio. Beatus seruus, quē cum venerit dominus, inuénerit vigilantem: amē dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.
PRęsta, quęsumus omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Syluestro cōfessore tuo, atque pótifice, beneficia potióra sumamus. Per d.
Pro natiuitate. Postcōmunio.
PRęsta quęsumus omnipotens deus: vt natus hodie saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita ⁊ immortalitatis sit ipse largitor.
Pro sācto Stephano. Postcō.
AUxilientur nobis domine sumpta mysteria: ⁊ intercedente beato Stéphano protomartyre tuo, sempiterna protectione confirment. Pro sancto Joanne. Postcommunio.
REfécti cibo potúque celesti deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius hęc commemoratione percépimus, eius muniamur ⁊ precibus.
Pro Innocentibus. Postcōio.
UOtiua domine dona percépimus: quę sanctorum nobis précibus, ⁊ pręsentis, quę sumus, vitę pariter ⁊ ęternę tribue conferre subsidium. Per d.
¶ In die Circuncisionis ⁊ in octa. Natiuitatis domini. Statio ad sanctam Mariam trans Tyberim. Introitus.



PUer natus est nobis, ⁊ filius datus est nobis: cuius imperiū super humerū eius: ⁊ vocabitur nomē eius magni cōsilij angelus. Isa. 29
Ps. Cantate dn̄o cánticū nouuꝫ, quia mirabilia fecit. psal. 97
V. Gloria pa. Oratio.
DEus, q salútis ęternę beatę Marię virginitate fęcūda, humano generi p̄mia pręstitisti: tribue q̄s: vt ipsā p nobis intercédere sētiamus, p quā meruimus auctorē vitę suscipere, dn̄m nostruꝫ Jesum Christum filium tuuꝫ. Qui tecū. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Titum.
CArissime: Apparuit gratia dei saluatoris nostri omni-

omnibus hominibus, erudiens nos: vt abnegantes impietatē, & secularia desideria: sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo: expectantes beatam spem, & aduentū glorie magni dei, & saluatoris nrī Jesu Chri: q dedit semetipsū pro nobis: vt nos redimeret ab oī iniquitate: & mūdaret sibi populū acceptabilē, sectatorem bonorū operū. Hec loquere, & exhortare: in Christo Jesu dño nro. Grad. Viderūt oēs fines
psal. 67 terre salutare dei nrī: iubilate dō ois terra. V. Notū fecit dñs salutare suū: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam.
Alla, alla. V. Multifarie olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, alleluia.
Sequen. S. euang. sm Lucā.
ca. 2. In illo tpe: Postquā cōsūmati sunt dies octo vt circuncideretur puer: vocatum est nomen eius Jesus. Quod vocatū est ab angelo: priusquā in vtero cōciperet. Credo. Offert.
psal. 88 Tui sunt celi, & tua est terra: orbem terrarum, & plenitudinem eius tu fundasti: iustitia, & iudiciū preparatio sedis tue. Secreta.
Muneribus nostris, qs dñe, precibusq; susceptis: & celestibus nos munda mysteriis, & clemēter exaudi. Per d. Cōio.
psal. 97 Viderunt oēs fines terre, salutare dei nostri. Postcōmunio.
Haec nos communio domine purget a crimine: & intercedente beata dei genitrice Maria, celestis remedij faciat esse consortes. Per dominum n.

Si aliqua ex his octauis in Dominica venerit, fit officiū de octaua: de Dominica vero nihil fit.

In octaua sancti Stephani totum officium misse dī sicut in die, preter orationē que sequit. Et dicitur. Credo. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui primitias martyrū in beati leuite Stephani sanguine dedicasti: tribue qs: vt pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus exorauit dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum. Et fit comme. de sancto Joanne, & de Innocentibus.

In octaua sancti Joannis officium misse dicitur sicut in festo eius. Et dī Credo. Prima oro de die, secūda de Innocentibus.

In octaua sanctorum Innoc. officiū Misse dī sicut in die, excepto quod Gloria in excelsis, Alleluia, & Ite missa est, dicuntur.

In vigilia Epipha. Introit.



Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu mediū iter perageret, omnipotens sermo tuus domine, de celis a regalibus sedibus venit. Psal. Dñs regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & precinxit se. V. Gloria p. Oratio. sapi. 18 psal. 92
Omnipotēs sempiterne deus, dirige actus nostros in

beneplacito tuo: vt in nomine di lecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eundē.

De sancta Maria. Oratio.

Deus, qui salutis ęternę, beatę Marię virginitate fecunda, humano generi pręmia pręstitisti: tribue quęsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorē vitę suscipere dñm nostrū Jesum Christum filium tuum.

Cotra piecutores Ecclię. Orō.

Ecclesię tuę, q̄s dñe, preces placat⁹ admitte: vt destructis aduersitatibus, ⁊ erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per d. Uel p Papa. orō. Deus omnium fidelium. vt supra. fol 8. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Galatas.

ca. 4 Fratres: Quanto tēpore heres paruulus est, nihil differt a seruo, cū sit dñs omniū, sed sub tutoribus ⁊ actorib⁹ est, vsq; ad pręfinitū tēpus a patre. Ita ⁊ nos cum essēmus paruuli, sub elementis mundi huius erāmus seruiētes. At vbi venit plenitudo tēporis, misit deus filiū suū factū ex muliere, factū sub lege: vt eos qui sub lege erant, redimeret: vt adoptionē filiorū reciperemus. Quoniā autē estis filij dei, misit deus spiritū filij sui in corda vestra clamātem, abba, pater. Itaque iā non est seruus. sed filius. Quod si filius: ⁊ heres per deum. Gradu. Speciosus forma pręfilijs hominū, diffusa est gratia i labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbū bonū, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribę velociter scribentis. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, decorem induit: induit dominus fortitudinem, ⁊ pręcinxit se virtute, Alleluia.

psal. 44

psal. 92

Seque. S. euāg. fm Mattheū.



ca. 2 In illo tpe: Defuncto Herode, ecce Angelus domini apparuit in sōnis Joseph in Aegypto, dicens. Surge, ⁊ accipe puerum, ⁊ matrem eius, ⁊ vade in terram Israel. Defuncti sunt enim, qui quęrebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerū ⁊ matrē eius: ⁊ venit in terrā Israel. Audiens autē, q̄ Archelaus regnaret in Judęa p Herode patre suo, timuit illo ire. Et admonitus in sōnis, secessit in partes Galilęę. Et veniēs habitauit in ciuitate, quę vocatur Nazareth: vt adimpleretur qd dictū est per prophetas: qm̄ Nazaręus vocabitur. Offerto. Deus enim firmauit orbem terrę, qui non commouebit: parata sedes tua deus ex tunc, a sęculo tu es. Secreta.

psal. 92

Concede q̄s ops deus: vt oculis tuę maiestatis mun⁹ oblatū, ⁊ gratiā nobis pię deuotionis obtineat, ⁊ effectum beatę perennitatis acquirat. Per.

De sancta Maria. Secreta.

Muneribus nostris, quęsumus dñe precibusq; susceptis: ⁊ cęlestibus nos munda mysterijs

stériis, ꝛ clementer exaudi. Cõtra persecutores Ecclesię. Sec.

PRotege nos dñe, tuis mysteriis seruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, ꝛ corpore tibi famulemur, ꝛ mente. Per.

Uel pro Papa. Secreta.

OBlatis quęsumus dñe placare muneribus: ꝛ famulum tuũ N. quẽ pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua ꝓtectione guberna. Per dñm n.

mat. 2 Cõio. Tolle púerum ꝛ matrẽ eius, ꝛ vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quęrebant animam pueri. Postcommunio.

PEr huius domine operationem mystérij, ꝛ vitia nostra purgentur, ꝛ iusta desidéria compleantur. Per dominuz n.

De sancta Maria. Postcõio.

HAec nos communio domine purget a crimine: ꝛ intercedente beata dei genitrice Maria, cęlestis remédij faciat esse consortes. Contra persecutores Ecclesię. Postcommunio.

QUęsumus domine deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nõ sinas subiacére periculis. Per. Uel ꝓ Papa. Postcõ.

HAec nos quęsumus domine diuini sacramenti perceptio protegat: ꝛ famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę esse voluisti, vnà cum commisso sibi grege saluet semper ꝛ muniat. Per dominum nostrum.

¶ In Epiphania dñi. Statio ad sanctuz Petrum. Introitus.



Malach. 3. Ecce áduenit dominator domin⁹: ꝛ regnuz in manu eius, ꝛ potestas, ꝛ impérium. Psal. psal. 71 Deus iudicium tuum regi da, ꝛ iustitiam tuam filio regis. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui hodierna die vnigenitum tuum géntibus stella duce reuelasti: concede propitius: vt, qui iam te ex fide cognóuimus, vsque ad contemplandam spéciem tuę celsitudinis perducamur. Per eundẽ dñm. Lectio Isaię prophetę.

SUrge, illumináre Hierusalém: quia venit lumen tuũ, c. 60 ꝛ gloria dñi super te orta est. Quia ecce ténebrę opérient terrã, ꝛ caligo pópulos. Super te autem orietur dñs, ꝛ gloria eius in te vidébitur. Et ambulábũt gẽtes in lumine tuo, ꝛ reges in splendóre ortus tui. Leua in circúitu óculos tuos, ꝛ vide: omnes isti congregati sunt, venérunt tibi. Filij tui de longe vénient: ꝛ filię tuę de látere surgẽt. Tunc videbis, ꝛ áfflues: ꝛ mirábitur, ꝛ dilatábitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitúdo géntium venerit tibi. Inũdatio camelorũ opériet te, Dromedarii Madian, ꝛ Epha. Omnes de Saba vénient, aurum ꝛ thus deferentes: ꝛ laudẽ domino annunciantes. Grad.

Isa. 60 Omnes de Saba vénient, aurum ꝛ thus deferentes: ꝛ laudẽ dñi annunciantes. ℣. Surge, ꝛ

illuminare Hierusalez: quia gloria dñi super te orta est. Alleluia alleluia. ℣. Vidimus stellaz eius in oriente: et venimus cũ muneribus adorare dñm, alleluia. Sequentia sancti euange. sm Matthcum.

ca.2. 

Cum nat⁹ esset Jes⁹ in Bethleẽ Judei diebus Herodis regis: ecce Magi ab oriente venerũt Hierosolymá, dicentes. Ubi est, q natus est rex Judeorũ? Vidimus enim stellá eius in oriẽte, et venimus adorare eũ. Audiẽs autẽ Herodes rex turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo. Et congregás omnes principes sacerdotũ, et scribas populi sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleẽ Jude. Sic enim scriptũ est per prophetam. Et tu Bethleez terra Juda, nequaquá minima es in principibus Juda. Ex te eniz exiet dux; qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stelle, que apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem, dixit. Ite, et interrogate diligenter de puero: et cũ inueneritis, renunciate mihi: vt et ego veniens, adorez eũ. Qui cuz audissent regẽ, abierunt. Et ecce stella, quá viderant in oriente, antecedebat eos, vsqz dũ veniens, staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domũ, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: et procidentes, adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera: aurum, thus, et myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem: per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Credo in.

Offerto. Reges Tharsis et insule munera offerent: reges Arabum, et Saba dona adducent: et adorabunt euz oẽs reges terre, oẽs gentes seruient ei. psal. 71

Secreta.

Ecclesie tue, quesumus domine, dona propitius intuere, quibus non iam aurum, thus, et myrrha profertur: sed quod eisdẽ muneribus declaratur, immolatur, et sumitur. Per dñz. Prefatio. Eterne deus. Quia cum vnigenitus. Infra actionem. Communicantes, et diem sacratissimum celebrantes, quo vnigenitus tuus. vt in prefationibus fo. 112. Et dicũtur per octauam. Communio. Vidimus stellam eius in oriente: et venimus cum muneribus adorare dominum. mat. 2

Postcõio.

Presta, quesumus omnipotens deus, vt que sollemni celebramus officio, purificate mentis intelligentia consequamur. Per. Infr. octa. Epiphanie fit idez officium, quod in die: et post orationẽ diei dicitur orõne: Deus qui salutis eterne. et Ecclesie tue. vel pro Papa.

pa. vt in vigilia Epipha. De festis duplicibus & semiduplicibus, que inf. octa. veniunt, nihil tunc agitur, nisi in propria ecclesia, sed peracta octa. celebrantur: de simplicibus autem fit tantum commemoratio. De Dnica infra octa. Epipha. Missa dicitur vt infra. Quod si festum Epipha. in Dnica venerit, ipsa Missa Dnice di in Sabbato infr. octa. & in octaua Epipha. nihil fit de Dominica.

Dnica inf. octa. Epiph. Intro.

Ecc. 


In excelso throno vidi sedere virum quem adorat multitudo angelorum psallentes in vnum: ecce cuius imperij nomen est in eternum. Ps. Jubilate deo omnis terra: seruite do-
psal. 99 mino in letitia. V. Glia. Oro.

Ota, quesumus domine, supplicantis populi celesti pietate prosequere: vt, & que agenda sunt videant, & ad implenda que viderint, conualescant. Per do.

Pro comem. Epiphanie. Oro.

Deus, q hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: concede propitius: vt qui iam te ex fide cognouimus, vsque ad contemplandam speciem tue celsitudinis perducamur. Per eu. Lectio epistole beati Pauli apli ad Romanos.

c. 12. Fratres: Obsecro vos per misericordiam dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis, que sit voluntas dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiam dei que data est mihi: omnibus qui sunt inter vos. Non plus sapere quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et vnicuique, sicut deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. In Christo Jesu domino nostro. Graduale. Benedictus dominus deus Israel, qui facit mirabilia magna solus a seculo. psal. 71.
V. Suscipiant montes pacem populo tuo: & colles iustitiam. Alleluia, alleluia. V. Jubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia, alleluia. psal. 99 Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



ca. 2. Cum factus esset Jesus annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus cum redirent, remansit puer Jesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum in-

ter cognatos et notos. Et non inuenientes, regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum. Et factum est: post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, et interrogantem. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia et responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est, quod me querebatis? Nesciebatis, quia in his que patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis, et venit Nazareth: et erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hec in corde suo. Et Jesus proficiebat sapientia et etate et gratia apud deum et homines. Credo.

psal. 99 Offer. Jubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia: intrate in conspectu eius in exultatione, quia dominus ipse est deus. Secreta.

Oblatum tibi domine sacrificium viuificet nos semper et muniat. Per dominum nostrum.

Pro Epiphania. Secreta.

Ecclesie tue, quesumus domine, dona propitius intuere: quibus non iam aurum, thus, et myrrha profertur: sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur, et sumitur. Per d.

Lu. 2 Com. Fili, quid fecisti nobis sic? ego et pater tuus dolentes querebamus te. Et quid est, quod me querebatis? nesciebatis, quia in his que patris mei sunt, oportet me esse? Postcom.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus digne deseruire concedas. Per dominum no.

Pro Epiphania. Postcom.

Presta, quesumus, omnipotens deus, vt que sollemni celebramus officio, purificate mentis intelligentia consequamur. Per dominum.

¶ In octa. Epiphanie. Intro.



Ecce aduenit dominator dominus, et regnum in manu eius, et potestas, et imperium. Psal. mal. 3

Deus iudicium tuum regi da, et iustitiam tuam filio regis. V. Gloria patri. Oratio. psal. 71

Deus, cuius vnigenitus in substantia nostre carnis apparuit: presta quesumus: vt per eum, quem similem nobis foris agnouimus, intus reformari mereamur. Qui tecum. Lectio Isaie prophete.

Surge, illuminare Hierusalem: quia venit lumen tuum, et gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebre operient terram, et caligo populos. Super te autem orietur dominus, et gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, et vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filii tui de longe venient: et filie tue de latere surgent. Tunc videbis, et afflues: c.60.

& mirábitur, & dilatábitur cor tu um, quando côuersa fuerit ad te multitúdo maris, fortitúdo gen tium vénerit tibi. Inundatio cà melórum opériet te, dormedarij Madiá & Epha. Oés de Saba venient, aurû & thus deferentes: & laudé dño annúciátes. Grad.
Isa. 60 O és de Saba venient, auruz & thus deferentes, & laudem dño annunciantes. ℣. Surge, & illuminare Hierusalem: quia glória
mat. 2 domini super te orta est. Alleluia, alleluia. ℣. Vidimus stellaz eius in oriente: & vénimus cum munéribus adorare dñm, Alla.
Sequé. S. euág. s. Ioannem.
ca. 1. 
In illo tpe. Vidit Ioanes Iesuz venientez ad se, & ait. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata múdi. Hic est, d quo dixi. Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat, & ego nesciébaz eû. Sed vt manifestetur in Israél, proptérea veni ego in aqua baptizás. Et testimonium phibuit Ioannes, dicens. Quia vidi spiritû descendentem quasi columbam de cęlo, & mansit super eum. Et ego nesciébam euz: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris spirituz descendentez, & manentez sup eû, hic, est, q baptizat in spû scô. Et ego vidi: & testimoniû perhibui: qr hic est filius
psal. 71 dei. Credo. Offerto. Reges Tharsis & insulę múnera offerét: reges Arabû & Saba dona addúcét: & adorabût eû oés reges terrę, oés gétes séruiét ei. Secr.
Hostias tibi dñe pro nati filij tui apparitione deférimus, suppliciter exorantes: vt sicut ipse nostrorū auctor est múnerum: ita sit ipse misericors & susceptor, Jesus Christus dominus noster. Qui. Communio.
Vidimus stellam eius in oriente: & venimus cum munéribus adoráre dominum. Postcôio. mat. 2
Celesti lúmine, qs dñe, sé per & vbiqz nos préueni: vt mystériû, cuius nos participes esse voluisti, & puro cernámus intúitu, & digno percipiámus affectu. Per d. ¶ Ab octaua Epipha. vsqz ad Purificationé, nisi fuerit duplex, post orónem dici dicuntur istę oroncs. Deus qui salutis ęternę. & Ecclesię tuę. vel Deus omnium fidelium.
¶ Si tempus breue fuerit ab octaua Epipha. vsqz ad Septuagesimá, ita q Dñicalia officia nó possint expleri suis diebus, officia residuarum Dominicarum, post secundam Dominicaz post Epiphaniam, eo anno omittuntur, & resumútur (quo ad orationem, epistolam, & Euangelium duntaxat) post vigesimam tertiam Dominicam post Pentecosten, vt ibi dicitur in rubrica.
¶ Si Dñica septuagesimę venerit sequenti Dñica post octauaz Epiphanię, in precedenti Sabbato, si non est impeditum festo duplici vel semiduplici, dr Mis

sa de Dñica secũda post Epipha niã cũ cõmemoratione festi simplicis in eo occurrentis. Si vero Sabbatum fuerit impeditū festo duplici vel semiduplici, tunc prima die post octauā Epiphanię dicitur Missa de secunda dominica, & festum duplex vel semi duplex transfertur in primam diem simili festo nõ impeditam.

Dominica secunda post Epiphaniam. Introitus.

psal. 65

Omnis terra adóret te deus, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo altissime. Psalm. Jubilate deo omnis terra, psalmũ dicite nomini eius: date gloriã laudi eius. ℣. Gloria p. dicitur Gloria in excelsis. In Dominicis vsque ad Septuagesimam exclusiue: in ferialibus vero diebus, quando resumitur Missa de Dominica preterita nõ dr̃. Quod seruatur & post Pentecosten. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui cęlestia simul & terréna moderaris: supplicatiões pópuli tui cleméter exaudi, & pacē tuã nr̃is cõcede tépoꝛib⁹. Per.

De sancta Maria. Oratio.

Deus, q̃ salutis ęternę, beatę Marię virginitate fecũda, humano géneri pręmia pręstitisti: tribue, q̃s: vt ipsam pro nobis intercédere sentiamus, per quam merúimus auctorem vitę suscipere, dominum nostrum Jesum Christum filium. Contra persecutores Ecclesię. Oratio.

Ecclesię tuę, quęsumus domine, preces placátus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secúra tibi séruiat libertate. Per dominũ. Vel pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor, & rector, fámulū tuũ N. qué pastoré Ecclesię tuę pręesse voluisti, propitius réspice: da ei, quęsumus, verbo & exemplo quibus pręest, proficere: vt ad vitã, vna cũ grege sibi crédito, perueniat sempiternam. Per dominum no. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos. ca. 12

Fratres: Habentes donationes, s̃m gratiam quę data est nobis, differẽtes: siue prophetiã s̃m rationē fidei, siue ministériũ in ministrando, siue qui docet in doctrína: qui exhortátur in exhortando, qui tribuit in simplicitáte, qui pręest in solicitudine, qui miserétur in hilaritáte. Dilectio sine simulatione. Odientes malum: adhęrentes bono. Charitatē fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicé preuenientes. Solicitudine nõ pigri: spiritu feruentes: dño seruientes: spe gaudẽtes: in tribulatione patientes: orationi instantes: necessitatibus sanctorū cõicantes: hospitalitatē sectantes. Benedicite persequẽtib⁹ vos: benedicite, & nolite maledicere. Gaudéte cum gaudentibus: flete cũ flentibus: Jdipsum inuicē sentientes. Non alta sapientes: sed

sed humilibus consentientes.
psal. 106 Gra. Misit dñs verbũ suũ, ꝛ sanauit eos: ꝛ eripuit eos de interitu eoꝝ. ℣. Cõfiteãtur dño misericordie ei⁹: ꝛ mirabilia ei⁹ filijs hoĩnũ. Alla alla. ℣. Laudate dñz oẽs angeli ei⁹: laudate eũ omnes virtutes eius, alla. ❡ Sic dr̃ Allia cũ versu post graduale, ab octa. Epiph. vsqz ad Septu. ꝛ ab octaua Pẽtecostes vsqz ad Aduentũ, ẽt inf. hebdomadã, quando resumitur Missa de Dñica. Sequẽ. S. euang. sm Joannez.

ca. 2.



In illo tẽpore: Nuptie facte sũt in Cana Galilee: ꝛ erat mr̃ Jesu ibi. Vocat⁹ est autẽ ꝛ Jesus ꝛ discipuli ei⁹ ad nuptias. Et deficiete vino, dicit mr̃ Jesu ad eũ, Vinũ nõ habent. Et dicit ei Jesus. Quid mihi ꝛ tibi est mulier? Nõdũ venit hora mea. Dicit mr̃ ei⁹ ministris. Quodcũqz dixerit vobis, fãcite. Erãt autez ibi lapidee hydrie sex posite sm purificationẽ iudeóꝝ: capientes singule metrẽtas binas vel ternas. Dicit eis Jes⁹. Implẽte hydrias aqua. Et impleuẽrũt eas vsqz ad summũ. Et dicit eis Jesus. Haurite nũc, ꝛ ferte Architriclino. Et tulẽrũt. Ut aũt gustauit architriclinus aquã vinũ factũ, ꝛ nõ sciebat vnde esset, ministri aũt sciebant qui hauserant aquã: vocat sponsuz architriclinus, ꝛ dicit ei. Omnis homo, primũ, bonuz vinum ponit: ꝛ cum inebriati fuerint, tunc id qd̃ deterius est. Tu autẽ seruasti bonũ vinũ vsqz adhuc. Hoc fecit initiũ signoꝝz Jesus in cana Galilee: ꝛ manifestãuit gloriã suã. Et crediderunt in eũ discipuli eius. Credo. Offert. psal. 65

Jubilate deo vniuersa terra: psalmũ dicite nomini eius: venite ꝛ audite, ꝛ narrabo vobis oẽs qui timetis deũ, quanta fecit dominus anime mee, allia. Secre.

Oblata dñe munera sanctifica, nosqz a peccatoꝝum nostroꝝz maculis emũda. Per d.

De sancta Maria. Secreta.

Muneribus nostris, q̃s dñe, precibusqz susceptis: ꝛ celestibus nos munda mysterijs, ꝛ clementer exaudi. Contra persecutores Ecclesie. Secreta.

Protege nos dñe tuis mysterijs seruiẽtes: vt diuinis rebus inherentes, ꝛ corpore tibi famulemur, ꝛ mente. Per dom.

Vel pro Papa. Secreta.

Oblatis, q̃s dñe, placare muneribus: ꝛ famulũ tuuz N. quẽ pastorez Ecclesie tue preesse voluisti, assidua protectione guberna. Per d. Communio. Dicit dñs, implete hydrias aqua, ꝛ ferte architriclino: duz gustasset architriclinus aquam vinum factã, dicit sponso, seruasti bonum vinum vsque adhuc: hoc signuz fecit Jesus primum coram discipulis suis. psal. 65 Postcommunio.

Augeãtur in nobis, quesumus dñe, tue virtutis ope

ratio: vt, diuinis vegetati sacraméntis, ad eorũ promissa capiéda, tuo mu̇nere preparemur. Per. Pro sancta Maria. Postcõio.

Hec nos communio domine purget a crimine: ꝛ intercedente beata dei genitrice Maria, celestis remédii fáciat esse consortes. Contra persecutores Ecclesie. Postcõmunio.

Quesumus dñe de⁹ noster: vt quos diuina tribuis participatióe gaudere, humanis nõ sinas subiacére periculis. Per. Uel pro Papa. Postcõmunio.

Hec nos q̃s dñe diuini sacramenti perceptio protegat: ꝛ famulum tuum N. qué pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, vna cũ cõmisso sibi grege, saluet semper ꝛ muniat. Per d.

¶ Dñica iij. post Epipha. Intr.

psal. 90

Adorate deũm omnes angeli eius: audiuit, ꝛ letata est Sion: ꝛ exultauerunt filie Jude. Psalmus. Dominus regnauit, exultet terra, letentur insule multe. ℣. Glia. Oro.

Omnipotens sempiterne deus, infirmitatem nostrá propitius réspice: atque ad protegendũ nos, dexteraꝫ tue maiestatis extende. Per dominum. De sancta Maria. Oratio.

Deus, qui salutis eterne beate Marie virginitate fecunda, humano géneri premia prestitisti: tribue quesumus: vt ipsam pro nobis intercédere sentiamus, per quam meruimus auctorem vite suscipere dominum nostrum Jesum Christum filiũ tuum. Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor ꝛ rector, famulũ tuum N. quem pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, propitius réspice: da ei, q̃s, verbo ꝛ exéplo quibus preest, proficere: vt ad vitá vna cũ grege sibi crédito peruéniat sempiternam. Uel contra persecutores Ecclesie. Oratio. Ecclesie tue. vt in Dominica precedenti. Lectio eple beati Pauli apostoli ad Romanos.

Fratres: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. ca. 12
Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona non tãtum coram deo, sed etiam coraꝫ omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendéntes, charissimi: sed date locum ire. Scriptuꝫ est eniꝫ. Mihi vindictaꝫ: ꝛ ego retribuaꝫ, dicit dñs. Sed, si esurierit inimicus tuus, ciba illũ. Si sitit, potũ da illi. Hoc enim faciens, carbónes ignis cóngeres sup caput eius. Noli vinci à malo: sed vince i bono malum. Gradua. Timebũt gentes nomen tuum domine, ꝛ psal. 101.
oés reges terre gloriá tuam. ℣. Qm̃ edificáuit dñs Sion, ꝛ vidébitur i maiestate sua. Alľa, alľa. psal. 96
℣. Dñs regnáuit, exultet terra: letentur insule multe, alľa. Sequétia S. euang. scḋm Mattheũ.

c.8. 

In illo tempore: Cũ descendisset Jesus de monte, secute sunt eũ turbe multe. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens. Dñe, si vis, potes me mũdare. Et extẽdẽs manuz Jesus, tetigit eũ, dicẽs. Uolo. Mũdare. Et cõfestiz mundata est lepra eius. Et ait illi Jesus. Uide nemini dixeris: sed vade, ostẽde te sacerdoti: ꝛ offer mun⁹, quod precepit Moyses in testimoniũ illis. Cũ autẽ introisset Capharnauz, accessit ad eum Centurio, rogans eum, ꝛ dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, ꝛ male torquetur. Et ait illi Jesus. Ego veniaz, ꝛ curabo eum. Et respondens Centurio ait. Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meuz: sed tantum dic verbo, ꝛ sanabitur puer meus. Naz ꝛ ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: ꝛ dico huic, vade, ꝛ vadit: ꝛ alio, veni, ꝛ venit: ꝛ seruo meo, fac hoc, ꝛ facit. Audiens autem Jesus, miratus est, ꝛ sequentibus se dixit. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, ꝙ multi ab oriente ꝛ occidente venient, ꝛ recumbent cũ Abrahaz, Isaac, ꝛ Jacob in regno celorũ: filij autẽ regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, ꝛ stridor dentiũ. Et dixit Jesus Centurioni. Uade: ꝛ sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Credo. Offertor.

Dextera domini fecit virtutez, dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit ṽtutẽ: nõ moriar: sed viuã: ꝛ narrabo opa dñi. psal. 117. Secre.

Hec hostia, q̃s dñe, emundet nostra delicta: ꝛ ad sacrificiũ celebrãdũ, subditoꝝ tibi corpora, mẽtes qz sãctificet. Per do. Pro sancta Maria. Secre.

Muneribus nostris, que sumus domine, precibusq̃z susceptis: ꝛ celestibus nos munda mysterijs, ꝛ clemẽter exaudi. Pro Papa. Secreta.

Oblatis, q̃s dñe, placare muneribus: ꝛ famulum tuum N. quẽ pastorẽ Ecclesie tue preesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominũ. Uel cõtra persecutores Ecclesie. Secreta. Protege. vt in dominica preterita. Cõio. Mirabantur omnes de his, que procedebant de ore dei. Postcomunio.

Quos tantis domine largiris vti mysterijs: quesum⁹, vt effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per domi. De sancta Maria. Postcõio.

Hec nos cõmunio dñe purget a crimine: ꝛ intercedente beata dei genitrice Maria, celestis remedij faciat esse cõsortes. Pro Papa. Postcommunio.

Hec nos, q̃s dñe, diuini sacramẽti pceptio protegat: ꝛ famulum tuũ N. quẽ pastorez Ecclesie tue preesse voluisti, vnà cum commisso sibi grege saluet

semp ꝛ muniat. Per do. Vel cōtra persecutores Ecclę. Postcō. Q uęsum⁹. vt in dñica pterita.

¶ Dñica iiij. post Epiph. Intr.

psal. 96 

Borate deuz omnes Angeli eius: audiuit, ꝛ lętata est Sion: ꝛ exultauerūt filię Judę. ps. Dominus regnauit, exultet terra, lętentur insulę multę. ℣. Gloria p. Oratio.

O Eus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana, scis, fragilitate non posse subsistere: da nobis salutez mentis ꝛ corporis: vt ea, quę pro peccatis nostris patimur, te adiuuāte, vincamus. Per dominum n.

De sancta Maria. Oratio.

O Eus, qui salutis ęternę, btē Marię virginitate fecūda, humano generi pmia prestitisti: tribue, q̄s, vt ipsaz, p nobis intercedere sentiam⁹: p quā meruim⁹ auctorez vitę suscipere dn̄m nostrū Jesum Christū filiuz tuum.

Cōtra persecut. Ecclesię. Orō.

E Cclesię tuę, q̄s dn̄e, preces placat⁹ admitte: vt destructis aduersitatibus, ꝛ erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per d. Vel pro Papa. D eus omnium fidelium. vt in dn̄ica precedenti. Lectō eplę beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 13 F Ratres: Nemini quicquā debeatis: nisi, vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximū, legē impleuit. Nam non adulterabis: non occides: non furaberis: non falsum testimoniuz dices: nō concupisces: ꝛ, siquod est aliud mandatū, in hoc verbo instauratur: diliges proximū tuū sicut teipsum. Dilectio proximi, malū non operat. Plenitudo ergo legis, est dilectio. Grad. T imebūt gētes nomē tuum dn̄e, ꝛ oēs reges terrę gloriam tuā. ℣. psal 101.

Qm̄ ędificauit dn̄s Sion, ꝛ videbit in maiestate sua. A llia, alla. ℣. Dominus regnauit, exultet terra: lętentur insulę multę, alla. psal 96

Seque. S. euāg. sm Mattheū.



I N illo tpe: Ascēdēte Jesu i nauiculā, secuti sunt eū discipuli eius. Et ecce, motus magnus factus est i mari, ita vt nauicula operiret fluctib⁹. Ipse vero dormiēbat. Et accesserūt discipuli eius, ꝛ suscitauerūt eū, dicētes. Dn̄e, salua nos, perim⁹. Et dicit eis. Quid timidi estis modicę fidei? Tunc surgens imperauit ventis ꝛ mari: ꝛ facta est tranqllitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes. Qualis est hic, quia venti ꝛ mare obediunt ei. C redo. ca. 8

Offert. D extera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam, ꝛ narrabo opera domini. Secre. psal 117.

C Oncede, q̄s oēs deus, vt huius sacrificij mun⁹ oblatū, fragilitatē nostraz ab oi malo pur-

purget semper, & muniat. Per.
De sancta Maria. Secreta.
Muneribus nostris, quesumus domine, precibusque susceptis: & celestibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi. Contra persecutores Ecclesie. Secreta.
Protege nos domine tuis mysteriis servientes: ut divinis rebus inherentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum. Vel pro Papa. Secre.
Oblatis. ut in Dominica pre-
Lu. cedenti. Comunio. Mirabantur omnes de his, que procedebant de ore Dei. Postcomunio.
4
Munera tua nos deus a delectationibus terrenis expediant: & celestibus semper instaurent alimentis. Per dominum.
De sancta Maria. Postcomunio.
Haec nos comunio domine purget a crimine: & intercedente beata dei genitrice Maria, celestis remedii faciat esse consortes. Contra persecutores Ecclesie. Postcommunio.
Quesumus domine deus noster: ut, quos divina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per.
Vel pro Papa. Postcomunio. Hec nos. ut in Dominica preterita.

¶ Dominica Quinta post Epiphaniam. Introitus.

psal. 96

Adorate deum omnes angeli eius: audivit, & letata est Sion: & exultaverunt filie Jude. ps. Dominus regnavit, exultet terra: letentur insule multe. V. Gloria pat. Oratio.
Familiam tuam, quesumus domine, continua pietate custodi: ut que in sola spe gratie celestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per. De sancta Maria. Oratio.
Deus, qui salutis eterne, beate Marie virginitate fecunda, humano generi premia prestitisti: tribue, quesumus: ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vite suscipere, dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Pro Papa. Oratio.
Deus omnium fidelium pastor, & rector, famulum tuum N. quem pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, propitius respice: da ei, quesumus, verbo & exemplo quibus preest, proficere: ut ad vitam, una cum grege sibi credito, perveniat sempiternam. Per dominum. vel Ecclesie tue. ut in Dominica preceden. Si autem hec Dominica venerit post festum Purificationis due secunda oratio. A cunctis nos quesumus domine men. ut infra, in dominica Septuagesime. Et tertia oratio ad libitum sacerdotis.
Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Colossenses.
Fratres. Induite vos, sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem: et donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam. Sicut et dominus donavit vobis: ca. 3.

ita ꝛ vos. Super omnia autem hec, charitatem habentes, quod est vinculū perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua ꝛ vocati estis in vno corpore: ꝛ grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia: docentes ꝛ cōmonentes vosmetipsos, in psalmis, hymnis, ꝛ canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris dn̄o. Omne quodcunqꝫ facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine dn̄i nostri Jesu Christi facite, gratias agentes deo ꝛ patri, per Jesum Christum dn̄m nostrum.

psal. 101. Grad. Timebunt gētes nomē tuum dn̄e, ꝛ oēs reges terrę gloriam tuā. ℣. Quoniā ędificauit dn̄s Sion: ꝛ videbitur in maiestate sua. Allia, allia. ℣ Dn̄s regnauit, exultet terra: lętentur in

psal. 96

insulę multę, Alleluia. Sequentia sancti euange. sm̄. Matthęum.

ca. 13



In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolaꝫ hanc. Simile factum est regnum celorū homini, q̄ seminauit bonuꝫ semē in agro suo. Cū autē dormirent homines, venit inimicus eius, ꝛ superseminauit zizania in medio tritici, ꝛ abijt. Cū aūt creuisset herba, ꝛ fructū fecisset: tūc apparuerunt ꝛ zizania. Accedētes autē serui patris familias, dixerūt ei. Dn̄e, nōnne bonū semē seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerūt ei. Uis imus, ꝛ colligimus ea? Et ait. Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis cū eis simul ꝛ triticū. Sinite utraqꝫ crescere vsqꝫ ad messem: ꝛ in tēpore messis dicā messorib⁹. Colligite primū zizania, ꝛ alligate ea in fasciculos ad cōburendū: triticū autem cōgregate in horreum meū. Credo. Offer. Dextera dn̄i fecit virtutem, dextera dn̄i exaltauit me, dextera dn̄i fecit virtutē: nō moriar, sed viuam: ꝛ narrabo opera domini. Secre.

Hostias tibi dn̄e placationis offerimus: vt, delicta nostra miseratus absoluas, ꝛ nutantia corda tu dirigas. Per d.

De sancta Maria. Secreta.

Muneribus nostris, quęsumus domine precibusqꝫ susceptis: ꝛ cęlestibus nos munda mysterijs, ꝛ clemēter exaudi.


Pro Papa. Secreta.

Oblatis, q̄s dn̄e, placare muneribus: ꝛ famulū tuuꝫ N. quē pastoreꝫ Ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per d. Ecci contra persecutores Ecclesię. Secreta.

Protege nos. vt in precedenti Dominica. Communio. Mirabantur omnes de his, quę procedebant de ore Dei. Postcōio. Lu. 4

Quęsumus omnipotēs deus, vt illius salutaris capiamus effectum: cuius per hec mysteria

steria pignus accepimus. Per.
De sancta Maria. Postcōio.
HAec nos cōmunio dñe purget a crimine: et intercedente beata dei genitrice Maria, celestis remedij faciat esse cōsortes.
Contra persecuto. Ecclie. Postco.
QUesumus dñe deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis.
Vel pro Papa. Postcōmunio.
HAec nos, q̄s dñe, diuini sacramēti pceptio protegat: et famulum tuū N. quē pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, vna cum commisso sibi grege saluet semper et muniat. Per dominū.
¶ Dñica vj. post Epiph. Intr.



ADorate Deū omnes angeli eius: audiuit, et letata est Sion: et exultauerūt filie Jude. Ps. Dominus regnauit, exultet terra: letentur insule multe. V. Gloria pat. Oratio.
PResta q̄s omnipotens deus: vt semper rationabilia meditantes, q̄ tibi sunt placita, et dictis exequamur, et factis. Per.
De sancta Maria. Oratio.
DEus, q salutis eterne, beate Marie virginitate fecūda, humano generi premia prestitisti: tribue quesumus: vt ipsam p nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vite suscipere dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.
Cōtra persecutores Ecclie. Orō.
ECclesie tue, quesumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominū. Vel pro Papa. Oratio.
DEus omnium fidelium pastor. vt in Dominica precedenti.
Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.
FRatres: Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis: memoriam vestri facientes in orationibus nostris, sine intermissione, memores opis fidei vestre, et laboris, et charitatis, et sustinentie spei domini nostri Jesu Christi. Scientes fratres dilecti, a deo electionem vestrā: quia euangeliū nostrum non fuit ad vos in sermone tantū, sed et in virtute, et in spiritu sācto, et in plenitudine multa: sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos: Et vos imitatores nostri facti estis, et dñi: excipientes verbū in tribulatione multa cum gaudio spiritus sancti: ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia et in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo domini: non solum in Macedonia et in Achaia, sed et in omni loco fides vestra, que est ad deum, pfecta est, ita vt nō sit nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad vos: et quomodo conuersi estis ad deū a simulacris, seruire Deo viuo et vero: et expectare filium eius

beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eundē.

De sancta Maria. Oratio.

DEus, qui salutis eterne, beate Marie virginitate fecunda, humano generi premia prestitisti: tribue quesumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorē vite suscipere dñm nostrū Jesum Christum filium tuum.

Cotra persecutores Ecclie. Oro.

ECclesie tue, q̄s dñe, preces placat⁹ admitte: vt destructis aduersitatibus, 7 erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per d. Uel p Papa. oro.

Deus omnium fidelium. vt supra. fol s. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Galatas.

ca. 4 FRatres: Quanto tēpore heres paruulus est, nihil differt a seruo, cū sit dñs omniū, sed sub tutoribus 7 actorib⁹ est, vsq3 ad prefinitū tēpus a patre. Ita 7 nos cum essēmus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruiētes. At vbi venit plenitudo tēporis, misit deus filiū suū factū ex muliere, factū sub lege: vt eos qui sub lege erant, redimeret: vt adoptionē filiorū reciperemus. Quoniā autez estis filij dei, misit deus spiritū filij sui in corda vestra clamātem, abba, pater. Itaque iā non est seruus. sed filius. Quod si filius: 7 heres

psal. 44 per deum. Gradu. Speciosus forma pre filijs hominū, diffusa est gratia i labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbū bonū, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, decorem induit: psal. 92 induit dominus fortitudinem, 7 precinxit se virtute. Alleluia.

Seque. S. euāg. sm Mattheū.



ca. 2 IN illo tpe: Defuncto Herode, ecce Angelus domini apparuit in sōnis Joseph in Aegypto, dicens. Surge, 7 accipe puerum, 7 matrem eius, 7 vade in terram Israel. Defuncti sunt enim, qui querēbant animam pueri. Qui consurgens accēpit pueruz 7 matrez eius: 7 venit in terrā Israel. Audiens autē, q Archelaus regnaret in Judea p Herode patre suo, timuit illo ire. Et admonitus in sōnis, secessit in partes Galilee. Et veniēs habitauit in ciuitate, que vocatur Nazareth: vt adimpleretur qd dictū est per prophetas: qm̄ Nazareus vocabitur. Offerto. Deus enim firmauit orbem terre, qui non commouebit: parata sedes tua deus ex tunc, a seculo tu es. psal. 92

Secreta.

COncēde q̄s ops deus: vt oculis tue maiestatis mun⁹ oblatū, 7 gratiā nobis pie deuotionis obtineat, 7 effectum beate perennitatis acquirat. Per.

De sancta Maria. Secreta.

MUneribus nostris, quesumus dñe precibusq3 susceptis: 7 celestibus nos munda mysterijs

stériis, ꝛ clementer exaudi. Cótra persecutores Ecclesię. Sec.

P Rótege nos dñe, tuis mysteriis seruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, ꝛ corpore tibi famulemur, ꝛ mente. Per.

Uel pro Papa. Secreta.

O Blatis quęsumus dñe placare muneribus: ꝛ fámulum tuũ N. quẽ pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua ꝓtectione guberna. Per dñm n.

mat. 2 Cõio. Tolle púerum ꝛ matreȝ eius, ꝛ vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quęrebant animam pueri. Postcõmunio.

P Er huius domine operationem mystérij, ꝛ vitia nostra purgentur, ꝛ iusta desidéria compleantur. Per dominuȝ n.

De sancta Maria. Postcõio.

H Aec nos communio domine purget a crimine: ꝛ intercedente beata dei genitrice Maria, cęlestis remédij faciat esse consortes. Contra persecutores Ecclesię. Postcommunio.

Q Uęsumus domine deus noster: vt quos diuina tribus participatione gaudere, humanis nõ sinas subiacére periculis. Per. Uel ꝓ Papa. Postcõ.

H Aec nos quęsumus domine diuini sacramenti perceptio protegat: ꝛ famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę esse voluisti, vnà cum commisso sibi grege saluet semper ꝛ muniat. Per dominum nostrum.

¶ In Epiphania dñi. Statio ad sanctuȝ Petrum. Introitus.



E Cce áduenit dominator domin⁹: ꝛ regnuȝ in manu eius, ꝛ potestas, ꝛ impérium. Psal. Deus iudicium tuum regi da, ꝛ iustitiam tuam filio regis. ℣. Gloria patri. Oratio. Malach. 3. psal. 71

D Eus, qui hodierna die vnigenitum tuum géntibus stella duce reuelasti: concede propitius: vt, qui iam te ex fide cognóuimus, vsque ad contemplandam spéciem tuę celsitudinis perducamur. Per eundeȝ dñm. Lectio Isaię prophetę.

S Urge, illuminare Hierusalém: quia venit lumen tuũ, ꝛ gloria dñi super te orta est. Quia ecce ténebrę opérient terrá, ꝛ calígo pópulos. Super te autem orietur dñs, ꝛ gloria eius in te vidébitur. Et ambulábũt gẽtes in lumine tuo, ꝛ reges in splendóre ortus tui. Leua in circúitu óculos tuos, ꝛ vide: omnes isti congregati sunt, venérunt tibi. Filij tui de longe vénient: ꝛ filię tuę de látere surgẽt. Tunc videbis, ꝛ áfflues: ꝛ mirábitur, ꝛ dilatábitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitúdo géntium venerit tibi. Inũdatio camelórũ opériet te, Dromedarij Madian, ꝛ Epha. Omnes de Saba vénient, aurum ꝛ thus deferentes: ꝛ laudeȝ domino annunciantes. Grad. c. 60

O mnes de Saba vénient, aurum ꝛ thus deferentes: ꝛ laudeȝ dñi annunciantes. ℣. Surge, ꝛ Isa. 60

illuminare Hierusalez: quia gloria dñi super te orta est. Allia allia. ℣. Uidimus stellaz eius in oriente: ⁊ venimus cũ muneribus adorare dñm, allia. Sequentia sancti euange. ſm Mattheum.

ca.2. 

Cum nat⁹ esset Jes⁹ in Bethleẽ Judei diebus Herodis regis: ecce Magi ab oriente venerũt Hierosolymá, dicentes. Ubi est, q natus est rex Judeorũ? Uidimus enim stellá eius in oriẽte, ⁊ venimus adorare eũ. Audiés anté Herodes rex turbatus est, ⁊ omnis Hierosolyma cum illo. Et congregás omnes principes sacerdotũ, ⁊ scribas populi sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleẽ Jude. Sic enim scriptũ est per prophetam. Et tu Bethleez terra Juda, nequaquá minima es in principibus Juda. Ex te eniz exiet dux; qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stelle, que apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem, dixit. Ite, ⁊ interrogate diligenter de puero: ⁊ cũ inueneritis, renunciate mihi: vt ⁊ ego veniens, adorez eũ. Qui cuz audissent regé, abierunt. Et ecce stella, quá viderant in oriente, antecedebat eos, vsq3 dũ veniens, staret supra vbi erat puer. Uidentes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domũ, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: ⁊ procidentes, adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera: aurum, thus, ⁊ myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem: per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Credo in. Offerto. Reges Tharsis ⁊ insule munera offerent: reges Arabum, ⁊ Saba dona adducent: ⁊ adorabunt euz oés reges terre, oés gentes seruient ei. Secreta. psal. 71

Ecclesie tue, quesumus domine, dona propitius intuere, quibus non iam aurum, thus, ⁊ myrrha profertur: sed quod eisdé muneribus declaratur, immolatur, ⁊ sumitur. Per dñz. Prefatio. Eterne deus. Quia cum vnigenitus. Infra actionem. Communicantes, ⁊ diem sacratissimum celebrantes, quo vnigenitus tuus. vt in prefationibus fo.112. Et dicitur per octauam. Communio. Uidimus stellam eius in oriente: ⁊ venimus cum muneribus adorare dominum. Postcõio. mat. 2

Presta, quesumus omnipotens deus, vt que solemni celebramus officio, purificate mentis intelligentia consequamur. Per. Int. octa. Epiphanie fit idez officium, quod in die: ⁊ post orationé dici dicitur oron: Deus qui salutis eter. ⁊ Ecclesie tue. vel pro Papa.

pa. vt in vigilia Epipha. De fe-
stis duplicib⁹ ⁊ semiduplicibus,
que inf. octa. veniunt, nihil tunc
agitur, nisi in ꝓpria ecclesia, sed
peracta octa. celebrãtur: de sim-
plicibus autem fit tantũ comme
moratio. De Dñica infra octa.
Epipha. Missa dicitur vt infra.
Quod si festũ Epipha. in Dñica
venerit, ipsa Missa Dñice dr in
Sabbato infr. octa. ⁊ in octaua
Epipha. nihil fit de Dominica.
Dñica inf. octa. Epiph. Intro.

Ecc. 
N excelso throno
vidi sedére vi ruz
quem adórat mu,
titudo angelóruz
psallentes in vnũ:
ecce cuius impérij
nomen est in eternum. ps. Jubi
psal. 99 láte deo omnis terra: seruite do
mino in letitia. ℣. Glia. Orõ.
Ota, quesumus domine,
supplicantis pópuli celesti
pietáte proséquere: vt, ⁊ que agẽ
da sunt videant, ⁊ ad implenda q̃
viderint, conualescant. Per do.
Pro cõmem. Epiphanie. Orõ.
DEus, q hodierna die vni-
genitum tuum gentibus
stella duce reuelasti: cõcede pro-
pitius: vt qui iã te ex fide cognó-
uimus, vsque ad contemplandã
speciem tue celsitudinis perdu-
camur. Per eũ. Lectio epistole
beati Pauli apli ad Romanos.
c. 12. FRatres: Obsecro vos per
misericórdiam dei: vt exhi-
beátis córpora vestra hóstiaz vi
uentem, sanctam, deo placentez,
rationabile obsequium vestruz,
Et nolite conformari huic secu-
lo: sed reformámini in nouitáte
sensus vestri, vt probétis, que sit
volũtas dei bona, ⁊ beneplacẽs,
⁊ perfecta. Dico eniz per gratiaz
dei que data est mihi: omnibus
qui sunt inter vos. Non plus
sápere quàm oportet sapere: sed
sápere ad sobrietatem. Et vni-
cuique, sicut deus diuisit mensu-
ram fidei. Sicut eniz in vno cor
pore multa membra habémus,
omnia autem membra non eun-
dem actum habent: ita multi v-
num corpus sumus in Christo,
singuli autem alter altérius mẽ-
bra. In Christo Jesu domino
nostro. Graduale. Benedictus psal. 71.
dominus deus Israel, qui facit
mirabilia magna solus à seculo.
℣. Suscipiant montes pacem
populo tuo: ⁊ colles iustitiam.
Alleluia, alleluia. ℣. Jubilate psal. 99
deo omnis terra: seruite domi-
no in letitia, alleluia. Sequẽtia
sancti euãgelij secundũ Lucam.


CUm fa- ca. 2.
ctus esset
Jesus annóruz
duódecim, ascẽ-
dentibus illis
Hierosolymaz
secundum con-
suetúdinez diei
festi, consum-
matisq̃z diebus cum redirent,
remansit puer Jesus in Hierusa
lém, ⁊ non cognouerunt paren-
tes eius. Existimantes autem
illum esse in comitátu, venerunt
iter diei, ⁊ requirébant eum in-

ter cognátos ⁊ notos. Et non inueniẽtes, regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum. Et factum est: post triduũ inuenerũt illũ in templo sedentẽ in medio doctorũm, audientem illos, ⁊ interrogantem. Stupebant autẽ omnes qui eum audiebát, super prudentia ⁊ respõsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illũ. Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pr̃ tuus ⁊ ego dolentes querebámus te. Et ait ad illos. Quid est, ꝙ me querebátis? Nesciebatis, quia in his que patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexérunt verbũ, quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis, ⁊ venit Nazareth: ⁊ erat súbditus illis. Et mater eius conseruabat oĩa verba hec in corde suo. Et Jesus proficiebat sapiéntia ⁊ etáte ⁊ gratia apud deũ ⁊ homines. Credo.

psal. 99 Offer. Iubiláte deo oĩs terra: seruite dño in letitia: intrate in conspectu eius in exultatione, qꝛ dominus ipse est deus. Secreta.

Oblátum tibi domine sacrificium viuificet nos semper ⁊ múniat. Per dominum nr̃ũ.

Pro Epiphania. Secreta.

Ecclesie tue, q̃s domine, dona propitius intuére: quibus non iam aurũ, thus, ⁊ myrrha profert: sed qd eisdẽ munéribꝰ declarat, immolat, ⁊ sumitur. Per d.


Lu. 2 Cõio. Fili, quid fecisti nobis sic? ego ⁊ pater tuus dolentes querebamus te. Et quid est, quód me querebatis? nesciebatis, quia in his que patris mei sunt, oportet me esse? Postcõio.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis réficis sacramentis, tibi etiã plácitis móribus dignanter deseruire concedas. Per dñm no.

Pro Epiphania. Postcõio.

Presta, q̃s, oĩps deus, vt que sollemni celebramus officio, purificate mentis intelligentia consequamur. Per dominũ.

¶ In octa. Epiphanie. Intro.



Ecce áduenit dominator dominꝰ, ⁊ regnũ in manu eius, ⁊ potestas, ⁊ impérium. mal. 3

psal. 71 Psal. Deus iudicium tuum regi da, ⁊ iustitiã tuã filio regis. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, cuius vnigénitus in substãtia nostre carnis apparuit: presta q̃s: vt per eũ, quẽ similẽ nobis foris agnouimus, intus reformari mereámur. Qui tecum. Lectio Isaie prophete.

c. 60. Surge, illuminare Hierusalem: quia venit lumen tuum, ⁊ gloria domini super te orta est. Quia ecce ténebre opérient terram, ⁊ caligo populos. Super te autem orietur dominus, ⁊ gloria eius in te videbit. Et ambulabunt gẽtes in lúmine tuo, ⁊ reges in splendore ortus tui. Leua i circuitu óculos tuos, ⁊ vide: omnes isti cõgregati sũt, venérunt tibi. Filij tui de longe vénient: ⁊ filie tue de látere surgent. Tunc vide bis, ⁊ áfflues: ⁊ mi-

ꝛ mirábitur, ꝛ dilatabitur cor tu
um, quando cóuersa fuerit ad te
multitudo maris, fortitudo gen
tium vénerit tibi. Inundatio cā
melórum opériet te, dormedarij
Madiá ꝛ Epha. Oés de Saba
venient, aurū ꝛ thus deferentes:
ꝛ laudé dño annūciátes. Grad.
Isa. 60 O és de Saba venient, auruz ꝛ
thus deferentes, ꝛ laudem dño
annunciantes. ℟. Surge, ꝛ illu
minare Hierusalem: quia gloria
mat. 2 domini super te orta est. Alle
luia, alleluia. ℣. Uidimus stellaz
eius in oriente: ꝛ vénimus cum
munéribus adorare dñm, Alla.
Sequé. S. euāg. sm Joannem.
ca. 1.



In illo tpe. Ui
dit Joánes Je
suz venientez ad se,
ꝛ ait. Ecce agnus
Dei: ecce qui tollit
peccata mūdi. Hic
est, d quo dixi. Post
me venit vir, qui ante me factus
est: quia prior me erat, ꝛ ego ne
sciébaz eū. Sed vt manifestetur
in Israél, proptérea veni ego in
aqua baptizás. Et testimonium
phibuit Joannes, dicens. Quia
vidi spiritū descendentem quasi
columbam de cęlo, ꝛ mansit su
per eum. Et ego nesciébam euz:
sed qui misit me baptizare in a
qua, ille mihi dixit. Super quem
videris spirituz descendentez, ꝛ
manentez sup eū, hic, est, q bapti
zat in spū scō. Et ego vidi: ꝛ testi
moniū perhibui: qr hic est filius
psal. 71 dei. Credo. Offerto. Reges
Tharsis ꝛ insulę múnera ófferét:
reges Arabū ꝛ Saba dona ad
ducét: ꝛ adorabūt eū oés reges
terrę, oés gétes séruiét ei. Secr.
Hostias tibi dñe pro nati fi
lij tui apparitione deféri
mus, suppliciter exorantes: vt si
cut ipse nostroruz auctor est mū
nerum: ita sit ipse misericors ꝛ su
sceptor, Jesus Christus domi
nus noster. Qui. Communio.
Uidimus stellam eius in orien mat. 2
te: ꝛ venimus cum munéribus
adoráre dominum. Postcōio.
Cęlesti lúmine, q̄s dñe, sé
per ꝛ vbiq; nos préueni:
vt mystériū, cuius nos participes
esse voluisti, ꝛ puro cernámus in
tuitu, ꝛ digno percipiámus affe
ctu. Per d. ¶ Ab octaua Epi
pha. vsq; ad Purificationé, nisi
fuerit duplex, post orōnem dici
dicuntur istę orōnes. Deus qui
salutis ęternę. ꝛ Ecclesię tuę.
vel Deus omnium fidelium.
¶ Si tempus breue fuerit ab o
ctaua Epipha. vsq; ad Septua
gesimá, ita q̄ Dñicalia officia nó
possint expleri suis diebus, offi
cia residuarum Dominicarum,
post secundam Dominicaz post
Epiphaniam, eo anno omittun
tur, ꝛ resumūtur (quo ad oratio
nem, epistolam, ꝛ Euangelium
duntaxat) post vigesimam ter
tiam Dominicam post Pente
costen, vt ibi dicitur in rubrica.
¶ Si Dñica septuagesimę vene
rit sequenti Dñica post octauaz
Epiphanię, in precedenti Sab
bato, si non est impeditum festo
duplici vel semiduplici, dr̄ Mis

sa de Dñica secūda post Epipha niā cū cōmemoratione festi simplicis in eo occurrentis. Si vero Sabbatum fuerit impeditū festo duplici vel semiduplici, tunc prima die post octauaꝫ Epiphanię dicitur Missa de secunda dominica, ꝛ festum duplex vel semi duplex transfertur in primam diem simili festo nō impeditam.

Dominica secunda post Epiphaniam. Introitus.

psal. 65 
Omnis terra adoret te deus, ꝛ psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo altissime. Psalm. Jubilate deo omnis terra, psalmū dicite nomini eius: date gloriaꝫ laudi eius. ℣. Gloria p. dicitur Gloria in excelsis. In Dominicis vsque ad Septuagesimam exclusiue: in ferialibus vero diebus, quando resumitur Missa de Dominica preterita nō dr̃. Quod seruatur ꝛ post Pentecosten. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, qui cęlestia simul ꝛ terrēna moderaris: supplicatiōes populi tui clemēter exaudi, ꝛ paceꝫ tuā nr̃is cōcede tēporib⁹. Per.

De sancta Maria. Oratio.

Deus, q salutis ęternę, beatę Marię virginitate fecūda, humano generi pręmia prę stitisti: tribue, q̄s: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitę suscipere, dominum nostrum Jesum Christum filium. Contra persecutores Ecclesie. Oratio.

Ecclesię tuę, quęsumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, ꝛ erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominū. Vel pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor, ꝛ rector, famuluꝫ tuū N. quē pastorē Ecclesię tuę prę esse voluisti, propitius respice: da ei, quęsumus, verbo ꝛ exemplo quibus pręest, proficere: vt ad vitā, vna cū grege sibi crēdito, perueniat sempiternam. Per dominum no. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos. ca. 12

Fratres: Habentes donationes, ſm gratiam quę data est nobis, differētes: siue prophetiā ſm rationeꝫ fidei, siue ministeriū in ministrando, siue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui pręest in solicitudine, qui miserētur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum: adhęrentes bono. Charitateꝫ fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicē preuenientes. Solicitudine nō pigri: spiritu feruentes: dño seruientes: spe gaudētes: in tribulatione patientes: orationi instantes: necessitatibus sanctoruꝫ cōicantes: hospitaliateꝫ sectantes. Benedicite persequētib⁹ vos: benedicite, ꝛ nolite maledicere. Gaudēte cum gaudentibus: flete cū flentibus: Idipsum inuiceꝫ sentientes. Non alta sapientes: sed

sed humilibus consentientes.
psal. 106 Gra. Misit dñs verbũ suũ, ⁊ sanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitu eoꝝ. ℣. Cõfiteátur dño misericordię ei⁹: ⁊ mirabilia ei⁹ filijs hoĩnũ. Alla alla. ℣. Laudate dñz oẽs angeli ei⁹: laudate eũ omnes virtutes eius, alla. ¶ Sic dr̃ Allia cũ versu post graduale, ab octa. Epiph. vsq3 ad Septu. ⁊ ab octaua Pẽtecostes vsq3 ad Aduentũ, ét inf. hebdomadá, quando resumitur Missa de Dñica. Sequẽ. S. euang. sm Joannez.

ca. 2.



In illo tẽpore: Nuptię factę sũt in Cana Galileę: ⁊ erat mr̃ Jesu ibi. Vocat⁹ est autẽ ⁊ Jesus ⁊ discipuli ei⁹ ad nuptias. Et deficiẽte vino, dicit mr̃ Jesu ad eũ, Vinũ nõ habent. Et dicit ei Jesus. Quid mihi ⁊ tibi est mulier? Nõdũ venit hora mea. Dicit mr̃ ei⁹ ministris. Quodcũq3 dixerit vobis, fácite. Erát autez ibi lapideę hydrię sex positę sm purificatione iudeóꝝ: capientes singulę metrétas binas vel ternas. Dicit eis Jes⁹. Impléte hydrias aqua. Et impleuérũt eas vsq3 ad summũ. Et dicit eis Jesus. Haurite nũc, ⁊ ferte Architriclino. Et tulérũt. Ut aũt gustauit architriclinus aquá vinũ factũ, ⁊ nõ sciebat vnde esset, ministri aũt sciebant qui hauserant aquá: vocat sponsuz architriclinus, ⁊ dicit ei. Omnis homo, primũ, bonuz vinum ponit: ⁊ cum inebriati fuerint, tunc id qđ deterius est. Tu autẽ seruasti bonũ vinũ vsq3 adhuc. Hoc fecit initiũ signoꝛuz Jesus in cana Galileę: ⁊ manifestáuit gloriá suá. Et credidérunt in eũ discipuli eius. Credo. Offert.
Iubiláte deo vniuersa terra: psalmũ dicite nomini eius: venite ⁊ audite, ⁊ narrábo vobis oẽs qui timetis deũ, quanta fecit dominus animę meę, alla. psal. 65 Secre.

Oblata dñe munera sanctifica, nosq3 a peccatoꝛum nostroꝛuz maculis emũda. Per d.

De sancta Maria. Secreta.

Muneribus nostris, q̃s dñe, précibusq3 suscéptis: ⁊ cęlestibus nos munda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Contra persecutores Ecclesię. Secreta.

Prótege nos dñe tuis mysterijs seruiẽtes: vt diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per dom.

Vel pro Papa. Secreta.

Oblatis, q̃s dñe, placare muneribus: ⁊ famulũ tuuz N. quẽ pastorez Ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per d. Cõmunio. Dicit dñs, implete hydrias aqua, ⁊ ferte architriclino: duz gustasset architriclinus aquam vinum factá, dicit sponso, seruasti bonum vinum vsque adhuc: hoc signuz fecit Jesus primum coram discipulis suis. psal. 65 Postcommunio.

Augeátur in nobis, quęsumus dñe, tuę virtutis ope

ratio: vt, diuinis vegetati sacramétis, ad eorũ promissa capiéda, tuo munere preparemur. Per.

Pro sancta Maria. Postcõio.

Haec nos communio domine purget a crimine: et intercedente beata dei genitrice Maria, celestis remedii faciat esse consortes.

Contra persecutores Ecclesie. Postcõmunio.

Quesumus dñe de⁹ noster: vt quos diuina tribuis participatióe gaudere, humanis nõ sinas subiacére periculis. Per.

Uel pro Papa. Postcõmunio.

Haec nos q̃s dñe diuini sacramenti perceptio protegat: et famulum tuum N. qué pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, vnà cuz commisso sibi grege, saluet semper et muniat. Per d.

¶ Dñica iij. post Epipha. Intr.

psal. 90



Adorate deum omnes angeli eius: audiuit, et letata est Sion: et exultauerunt filie Jude.

Psalmus. Dominus regnauit, exultet terra, letentur insule multe. ℣. Glia. Orõ.

Omnipotens sempiterne deus, infirmitatem nostrã propitius réspice: atque ad protegendũ nos, dexteraz tue maiestatis extende. Per dominum.

De sancta Maria. Oratio.

Deus, qui salutis eterne beate Marie virginitate fecunda, humano géneri premia prestitisti: tribue quesumus: vt ipsam pro nobis intercédere sentiamus, per quam meruimus auctorem vite suscipere dominum nostrum Jesum Christum filiuz tuum.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor et rector, famulũ tuum N. quem pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, propitius réspice: da ei, q̃s, verbo et exéplo quibus preest, proficere: vt ad vitã vnà cũ grege sibi crédito peruéniat sempiternam.

Uel contra persecutores Ecclesie. Oratio.

Ecclesie tue. vt in Dominica precedenti.

Lectio epl'e beati Pauli apostoli ad Romanos.

Fratres: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. ca. 12.
Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona non tãtum coram deo, sed etiam coraz omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendétes, charissimi: sed date locum ire. Scriptuz est eniz. Mihi vindictaz: et ego retribuaz, dicit dñs. Sed, si esurierit inimicus tuus, ciba illũ. Si sitit, potũ da illi. Hoc enim faciens, carbónes ignis cóngeres sup caput eius. Noli vinci à malo: sed vince i bono malum.

Gradua. Timebũt gentes nomen tuum domine, et psal. 101.
oés reges terre gloriã tuam. ℣.
Qm̃ edificáuit dñs Sion, et vidébitur i maiestate sua. Alla, alla. psal. 96
℣. Dñs regnáuit, exultet terra: letentur insule multe, alla.

Sequétia S. euang. sm̃ Mattheũ.

In

c.8. 

In illo tempore: Cũ descendisset Jesus de monte, secutę sunt eũ turbę multę. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens. Dñe, si vis, potes me mũdare. Et extẽdẽs manuz Jesus, tetigit eũ, dicẽs. Uolo. Mũdare. Et cõfestiz mundata est lepra eius. Et ait illi Jesus. Uide nemini dixeris: sed vade, ostẽde te sacerdoti: ⁊ offer mun⁹, quod precepit Moyses in testimoniũ illis. Cũ autẽ introisset Capharnauz, accessit ad eum Centurio, rogans eum, ⁊ dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, ⁊ male torquetur. Et ait illi Jesus. Ego veniaz, ⁊ curabo eum. Et respondens Centurio ait. Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meuz: sed tantum dic verbo, ⁊ sanabitur puer meus. Naz ⁊ ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: ⁊ dico huic, vade, ⁊ vadit: ⁊ alio, veni, ⁊ venit: ⁊ seruo meo, fac hoc, ⁊ facit. Audiens autem Jesus, miratus est, ⁊ sequentibus se dixit. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Jsrael. Dico autem vobis, ꝙ multi ab oriente ⁊ occidente venient, ⁊ recumbent cũ Abrahaz, Jsaac, ⁊ Jacob in regno celorũ: filij autẽ regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, ⁊ stridor dentiũ. Et dixit Jesus Centurioni. Uade: ⁊ sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Credo. Offertor.

Dextera domini fecit virtutez, dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit vtutẽ: nõ moriar: sed viuã: ⁊ narrabo opa dñi. Secre. psal. 117.

Haec hostia, q̃s dñe, emundet nostra delicta: ⁊ ad sacrificiũ celebrãdũ, subditorꝫ tibi corpora, mẽtes qꝫ sãctificet. Per do. Pro sancta Maria. Secre.

Muneribus nostris, quę sumus domine, precibusqꝫ susceptis: ⁊ cęlestibus nos munda mysteriis, ⁊ clemẽter exaudi.

Pro Papa. Secreta.

Oblatis, q̃s dñe, placare muneribus: ⁊ famulum tuum N. quẽ pastorẽ Ecclesię tuę preesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominũ. Uel cõtra persecutores Ecclesię. Secreta. Protege. vt in dominica preterita. Cõio. Mirabantur omnes de his, quę procedẽbant de ore dei. Postcomunio.

Quos tantis domine largiris vti mysteriis: quęsum⁹, vt effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per domi. De sancta Maria. Postcõio.

Haec nos cõmunio dñe purget a crimine: ⁊ intercedente beata dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse cõsortes. Pro Papa. Postcommunio.

Haec nos, q̃s dñe, diuini sacramẽti pceptio protegat: ⁊ famulum tuũ N. quẽ pastorez Ecclesię tuę preesse voluisti, vna cum commisso sibi grege saluet

semper & muniat. Per do. Vel cõtra persecutores Eccle. Postcõ. Quesumus. vt in dñica preterita.

¶ Dñica iiij. post Epiph. Intr.

psal. 96

Dorate deū omnes Angeli eius: audiuit, & letata est Sion: & exultauerūt filie Jude. ps. Dominus regnauit, exultet terra, letentur insule multe. V. Gloria p. Oratio.

Deus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana, scis, fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corporis: vt ea, que pro peccatis nostris patimur, te adiuuante, vincamus. Per dominum n.

De sancta Maria. Oratio.

Deus, qui salutis eterne, btē Marie virginitate fecūda, humano generi pmia prestitisti: tribue, qs, vt ipsam p nobis intercedere sentiamus: p quā meruimus auctorem vite suscipere dñm nostrū Jesum Christū filium tuum.

Cōtra persecut. Ecclesie. Orō.

Ecclesie tue, qs dñe, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per d. Vel pro Papa. Deus omnium fidelium. vt in dñica precedenti. Lctō eple beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 13 Fratres: Nemini quicquā debeatis: nisi, vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximū, legē impleuit. Nam non adulterabis: non occides: non furaberis: non falsum testimonium dices: nō concupisces: &, siquod est aliud mandatū, in hoc verbo instauratur: diliges proximū tuū sicut teipsum. Dilectio proximi, malū non operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio. Grad. Timebūt gētes nomē tuum dñe, & psal. 101.
oēs reges terre gloriam tuā. V. Qm̄ edificauit dñs Sion, & videbitur in maiestate sua. Alleluia, alla.
V. Dominus regnauit, exultet psal. 96
terra: letentur insule multe, alla.

Sequē. S. euāg. sm Mattheū.



In illo tpe: Ascēdēte Jesu i nauiculā, secuti sunt eū discipuli eius. Et ecce, motus magnus factus est i mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiēbat. Et accesserūt discipuli eius, & suscitauerūt eū, dicētes. Dñe, salua nos, perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari: & facta est tranqllitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes. Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei. Credo. ca. 8

Offert. Dextera domini fecit psal. 117.
virtutem: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam, & narrabo opera domini. Secre.

Concede, qs oṗs deus, vt huius sacrificij munus oblatū, fragilitatē nostram ab oi malo pur-

purget semper, ⁊ muniat. Per.
De sancta Maria. Secreta.
Muneribꝰ nostris, q̄s dn̄e, precibusq́ꝫ susceptis: ⁊ celestibus nos munda mysteriis, ⁊ clemēter exaudi. Contra persecutores Ecclesię. Secreta.
Protege nos dn̄e tuis mysteriis seruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per dominū. Vel pro Papa. Secre.
Oblatis. vt in Dominica pręcedenti. Cōmunio. Mirabāntur omnes de his, quę procedebāt de ore Dei. Lu. 4
Postcōmunio.
Munera tua nos deus à delectationibus terrenis expediant: ⁊ celestibus semper instaurent alimentis. Per dn̄m.
De sancta Maria. Postcōio.
Haec nos cōmunio domine purget à crimine: ⁊ intercedente beata dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse consortes. Contra persecutores Ecclesię. Postcommunio.
Quęsumus dn̄e deꝰ noster: vt, quos diuina tribuis participatiōe gaudere, humanis nō sinas subiacere periculis. Per.
Vel pro Papa. Postcōio. Hęc nos. vt in Dominica pręterita.
¶ Dominica Quinta post Epiphaniam. Introitus.

psal. 96

Adorate deum omnes angeli eius: audiuit, ⁊ lętata est Sion: ⁊ exultauerūt filię Judę. ps. Dominus regnauit, exultet terra: lętentur insulę multę. ℣. Gloria pat. Oratio.
Familiā tuam, q̄s dn̄e, cōtinua pietate custodi: vt quę in sola spe grē cęlestis innititur, tua semꝑ protectione muniat. Per. De sācta Maria. Oratio.
Deus, q salutis ęternę, beatę Marię virginitate fecūda, humano generi pręmia pręstitisti: tribue, q̄s: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitę suscipere, dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.
Pro Papa. Oratio.
Deus omnium fidelium pastor, ⁊ rector, famulū tuū N. quē pastorē Ecclesię tuę pręesse voluisti, propitius respice: da ei, quęsumus, verbo ⁊ exemplo quibus pręest, proficere: vt ad vitā, vnà cū grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dom. vel Ecclesię tuę. vt in Dominica pręceden. Si autem hęc Dominica venerit post festum Purificationis dr̄ secūda oṙo. A cunctis nos q̄s dn̄e men. vt infr. in dn̄ica Septuagesimę. Et tertia oratio ad libitum sacerdotis.
Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Colossenses.
Fratres. Induite vos, sicut electi Dei sancti, ⁊ dilecti viscera misericordię, benignitātem, humilitatem, modestiā, patientiā, supportātes inuicē: et donantes vobisimetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelā. Sicut et dn̄s donauit vobis: ca. 3.

ita ꝛ vos. Super omnia autem hec, charitatem habentes, quod est vinculū perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua ꝛ vocati estis in vno corpore: ꝛ grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia: docentes ꝛ commonentes vosmetipsos, in psalmis, hymnis, ꝛ canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris dn̄o. Omne quodcunqꝫ facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine dn̄i nostri Jesu Christi facite, gratias agentes deo ꝛ patri, per Jesum Christum dn̄m nostrum.

psal. 101. Grad. Timebunt gētes nomē tuum dn̄e, ꝛ oēs reges terrę gloriam tuā. ℣. Quoniā ędificauit dn̄s Sion: ꝛ videbitur in maiestate sua. Allia, allia. ℣ Dn̄s re-

psal. 96 gnauit, exultet terra: letentur insulę multę, Alleluia. Sequentia sancti euange. s̄m. Mattheum.

ca. 13



In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolaꝫ hanc. Simile factum est regnum celorū homini, q̄ seminauit bonuꝫ semē in agro suo. Cū autē dormirent homines, venit inimicus eius, ꝛ superseminauit zizania in medio tritici, ꝛ abijt. Cū aūt creuisset herba, ꝛ fructū fecisset: tūc apparuerunt ꝛ zizania. Accedētes autē serui patris familias, dixerūt ei. Dn̄e, nōnne bonū semē seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerūt ei. Uis imus, ꝛ colligimus ea? Et ait. Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis cū eis simul ꝛ triticū. Sinite vtraqꝫ crescere vsqꝫ ad messem: ꝛ in tempore messis dicā messoribꝰ. Colligite primū zizania, ꝛ alligate ea in fasciculos ad cōburendū: triticū autem cōgregate in horreum meū. Credo. Offer. Dextera dn̄i fecit virtutem, dextera dn̄i exaltauit me, dextera dn̄i fecit virtutē: nō moriar, sed viuam: ꝛ narrabo opera domini. Secre.

Hostias tibi dn̄e placationis offerimus: vt, delicta nostra miseratus absoluas, ꝛ nutantia corda tu dirigas. Per d.

De sancta Maria. Secreta.

Muneribus nostris, quęsumus domine precibusqꝫ susceptis: ꝛ cęlestibus nos munda mysterijs, ꝛ clemēter exaudi.

Pro Papa. Secreta.

Oblatis, q̄s dn̄e, placare muneribus: ꝛ famulū tuuꝫ N. quē pastoreꝫ Ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per d. Vel contra persecutores Ecclesię. Secreta.

Protege nos. vt in precedenti Dominica. Communio. Mira- Lu. 4
bantur omnes de his, quę procedebant de ore Dei. Postcōio.

Quęsumus omnipotēs deus, vt illius salutaris capiamus effectum: cuius per hęc my-

steria pignus accepimus. Per.
De sancta Maria. Postcõio.
Haec nos cõmunio dñe purget a crimine: et intercedente beata dei genitrice Maria, celestis remedij faciat esse cõsortes.
Cõtra persecuto. Eccle. Postco.
Quesumus dñe deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis.
Uel pro Papa. Postcõmunio.
Haec nos, qs dñe, diuini sacramẽti perceptio protegat: et famulum tuũ N. quẽ pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, vna cum commisso sibi grege saluet semper et muniat. Per dominũ.
¶ Dñica vj. post Epiph. Intr.

psal. 96



Adorate Deũ omnes angeli eius: audiuit, et letata est Sion: et exultauerũt filie Jude. Ps. Dominus regnauit, exultet terra: letentur insule multe. ℣. Gloria pat. Oratio.
Presta qs omnipotens deus: vt semper rationabilia meditantes, q tibi sunt placita, et dictis exequamur, et factis. Per.
De sancta Maria. Oratio.
Deus, q salutis eterne, beate Marie virginitate fecũda, humano generi premia prestitisti: tribue quesumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vite suscipere dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.
Cõtra persecutores Eccle. Orõ.
Ecclesie tue, quesumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominũ. Uel pro Papa. Oratio.
Deus omnium fideliũ pastor. vt in Dominica precedenti.
Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.
Fratres: Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis: memoriam vestri facientes in orationibus nostris, sine intermissione, memores opis fidei vestre, et laboris, et charitatis, et sustinentie spei domini nostri Jesu Christi. Scientes fratres dilecti, a deo electionem vestrã: quia euangeliũ nostrum non fuit ad vos in sermone tantũ, sed et in virtute, et in spiritu sãcto, et in plenitudine multa: sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos: Et vos imitatores nostri facti estis, et dñi: excipientes verbũ in tribulatione multa cum gaudio spiritus sancti: ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia et in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo domini: non solum in Macedonia et in Achaia, sed et in omni loco fides vestra, que est ad deum, profecta est, ita vt nõ sit nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad vos: et quomodo conuersi estis ad deũ a simulacris, seruire Deo viuo et vero: et expectare filium eius

1. C. 1.

de celis (quem suscitauit ex mortuis) Jesum, qui eripuit nos ab
psal. ira ventura. Grad. Timebunt
101. gentes nomen tuũ dñe, et oẽs reges terrę gloriã tuã. V. Quõ ędificauit dñs Sion, et videbitur in maiestate sua. Alleluia, allã. V.
psal. Dominus regnauit, exultet ter-
96 ra: letentur insulę multę, Allã.
Sequẽ. S. euãg. sm Mattheũ.
ca. 13 
In illo tẽpore: Dixit Jesus turbis parabolã hãc. Simile est regnum celorum grano sinapis: quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus: et fit arbor, ita vt volucres celi veniant, et habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum celorum fermento: quod acceptum mulier abscondit in farinę satis tribus, donec fermentatum est totum. Hęc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas: et sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita à constitutione mundi. Credo in vnum. Offerto.
psal. Dextera domini fecit virtutem,
117. dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit vtutẽ: nõ moriar: sed viuã: et narrabo opa dñi. Secre.

Hęc nos oblatio deus mũdet, quęsumus, et renouet, gubernet, et protegat. Per dñm.

De sancta Maria. Secreta.

Muneribus nostris, quęsumus domine, precibusque susceptis: et celestibus nos munda mysteriis, et clemẽter exaudi.

Cotra persecutores Ecclę. Sec.

Protege nos domine tuis mysteriis seruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, et corpore tibi famulemur, et mente.

Vel pro Papa. Secreta.

Oblatis, qs dñe, placare muneribus: et famulum tuum N. quẽ pastorẽ Ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominũ. Coio.
Mirabãtur omnes de his, quę Lu.
procedebãt de ore dei. Postco. 4

Celestibus domine pasti deliciis, quęsumus: vt semper eadem, per quę veraciter viuimus, appetamus. Per dñm.

De sancta Maria. Postcoio.

Hęc nos communio domine purget à crimine: et intercedente beata dei genitrice Maria, celestis remedij faciat esse cõsortes. Contra persecutores Ecclesię. Postcommunio.

Quęsumus domine deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere: humanis nõ sinas subiacere periculis. Per dominum. Vel pro Papa. Postcommunio. Hęc nos. vt in Dominica pręterita.

¶ Dominica in Septuagesima,
Statio

Statio ad sanctum Laurentiuz extra muros. Introitus.

psal. 17 

Circundederũt me gemitus mortis: dolores inferni circundederunt me: ꝛ in tribulatione mea inuocaui dominũ, ꝛ exaudiuit de templo sancto suo vocẽ meã. ps. Diligã te dñe fortitudo mea, dñs firmamẽtõ meũ, ꝛ refugium meũ, ꝛ liberator meus. ℣. Gloria p. No dicitur Gloria in excelsis. a Dñica Septuagesime vsq; ad Pascha, exceptis feria v. in cena Dñi, ꝛ Sabbato sancto, ꝛ quando dicitur Missa de aliquo festo. Oro.

Preces populi tui, qs dñe, clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nr̃is affligimur ꝓ tui nominis glia misericorditer liberemur. Per. Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

A cunctis nos, qs dñe, mentis ꝛ corporis defende periculis: ꝛ intercedẽte beata ꝛ gloriosa semperq; virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro, ꝛ Paulo, atq; beato N. ꝛ omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus ꝛ pacez: vt destructis aduersitatibus ꝛ erroribus vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Tertia oratio dicitur ad libitum sacerdotis. Sic dr̃ secunda ꝛ tertia oratio a festo Purificationis vsque ad feriã quartam Cinerũ exclusiue, quando nõ est duplex. ¶ Si Dominica Septuagesime venerit ante festum Purificationis, vel in ipsa die Purificationis, dicantur orationes sicut in Dñica ij. post Epipha. de scã Maria, cõtra psecutores Eccle, vel ꝓ Papa. Simili modo fiat i Sexagesima, ꝛ Quiquagesima. L. eple B. Pauli apli ad Corin. 1. c. 9

Fratres: Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidez currunt: sed vnus accipit brauium? Sic currite, vt cõprehẽdatis. Omnis autẽ qui in agone cõtendit: ab omnibus se abstinet. Et illi quidez, vt corruptibilem coronaz accipiant: nos autem incorruptaz. Ego igitur sic curro, non quasi in incertũ: sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, ꝛ in seruitutem redigo: ne forte cũ aliis predicauerim, ipse reprobus efficiar. Nolo eniz vos ignorare fratres: qm̃ patres nr̃i oẽs sub nube fuerũt, ꝛ oẽs mare trãsierunt, ꝛ oẽs in Moyse baptizati sũt in nube ꝛ i mari. Et oẽs eã dẽ escã spiritualẽ mãducauerũt, ꝛ oẽs eundẽ potuz spiritualẽ biberunt. Bibebant autẽ de spirituali, cõsequente eos, petra: Petra autẽ erat Christus. Sed nõ in pluribus eorũ beneplacitũ est deo. Grad. Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione: sperent in te, q nouerunt te: qm̃ nõ derelinquis querentes te dñe. ps. 9 ℣. Qm̃ nõ i finẽ obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in eternum: exurge dñe, non ꝑualeat homo. Tractus.

psal. 129 De pfūdis clamaui ad te dñe, dñe exaudi vocē meā. ℣. Fiant aures tue intendētes in orōnez serui tui. ℣. Si iniqtates obseruaueris dñe, dñe qs sustinebit? ℣. Quia apud te propitiatio est, & ppter legē tuā sustinui te dñe. ¶ A Septuagesima vsqz ad feriā iiij. Cinerū Trac. dr̃ tantū in Dñicis & festis: in ferijs autē qñ repetitur Missa de Dominica non dicitur, sed tātū Graduale. Seqnē. S. euāg. fm Mattheū.

c. 20. 

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolaz hanc. Simile est regnuz celoruz homini patrifamilias, qui exijt primo mane cōducere operarios in vineam suam. Conuētione autez facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suā. Et egressus circa horam tertiā, vidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis. Jte & vos in vineam meam: & quod iustum fuerit dabo vobis. Jlli aūt abierūt. Jterū aūt exijt circa sextā & nonā horā: & fecit similiter. Circa vndecimā vero exijt, & inuenit alios stātes, & dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicūt ei. Qr nemo nos cōduxit. Dicit illis. Jte & vos i vineā meā. Cū sero aūt factū esset, dicit dñs vinee pcuratori suo. Uoca opārios, & redde illis mercedē, incipiēs a nouissimis vsqz ad primos. Cū venissēt ergo q circa vndecimā horā venerāt, accēperūt singulos denarios. Uenietes aūt & primi, arbitrati sunt q plus essēt accepturi, accēpunt aūt & ipsi singulos denarios. Et accipiētes, murmurabant aduersus patremfamilias, dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerūt: & pares illos nobis fecisti, q portauim⁹ pōdus diei, & estus? At ille respondēs, vni eorū dixit. Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario cōuenisti mecū? Tolle qd tuū est, & vade. Uolo autē & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut nō licet mihi, qd volo, facere? An ocul⁹ tu⁹ neqꝫ ē, qr ego bon⁹ sū? Sic erūt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. Multi eni sūt vocati: pauci vero electi. Cre do. Offe. Bonū ē cōfiteri dño, & psallere nomini tuo altissime. psal. 91

Muneribus nr̃is, q̄s Secre. dñe, pcibusqꝫ susceptis, & celestib⁹ nos mūda mysterijs, & clemēter exaudi. Per. Alia Secr.

Exaudi nos de⁹ salutaris nr̃: vt p huius sacramēti virtutē, a cūctis nos mētis & corporis hostib⁹ tuearis, gratiā tribuēs i psenti, & gloriā in futuro. Cōio.

Illumina faciē tuam super seruum tuū: & saluū me fac in tua misericordia: dñe non confundar, quoniaz inuocaui te. Postcōio. psal. 101 & 30.

Fideles tui deus per tua dona firmentur: vt eadem & percipiendo requirant, & querēdo sine fi..e percipiant. Per dominum. Alia postcommunio.

Mundet ꝛ muniat nos, q̄s dn̄e, diuini sacramenti munus oblatū: ꝛ intercedēte beata virgine dei genitrice Maria, cū beatis aplis tuis Petro ꝛ Paulo, atq; beato N. ꝛ oībus sāctis: a cunctis nos reddat ꝛ peruersitatibus expiatos, ꝛ aduersitatibus expeditos. Benedicamus dn̄o. R. Deo gratias. ¶ Dominica in Sexagesima, Statio ad sanctum Paulū. Introitus.



Exurge, quare obdormis dn̄e: exurge, ꝛ ne repellas in finē: quare faciez tuā auertis, obliuisceris tribulationē nostrā: adhęsit in terra vēter noster: exurge dn̄e, adiuua nos, ꝛ libera nos. ps. Deus, auribus nr̄is audiuimus: pr̄es nr̄i annunciauerūt nobis. v. Glia. Oro.

psal. 43

Deus, qui cōspicis q: ex nulla nr̄a actione confidimus, cōcede, ꝓpitius: vt cōtra aduersa oia, doctoris gentiū protectione muniamur. Per d. Ad poscēda suffragia sanctoꝝ. Oratio.

A cunctis nos, q̄s dn̄e, mentis ꝛ corporis defende piculis: ꝛ intercedēte btā gloriosa sēperq; v̄gine dei genitrice Maria, cū beatis aplis tuis Petro ꝛ Paulo, atq; btō N. ꝛ oībus sanctis: salutem nobis tribue benignus ꝛ pacē: vt destructis aduersitatibus ꝛ erroribus vniuersis, Ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Libēter suffertis insipientes: cū sitis ipsi sapientes. Sustinētis enim, siquis vos in seruitutē redigit, siqs deuorat, siqs accipit, siquis extollitur: siquis in faciē vos cędit. Secundū ignobilitātem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet: (in insipiētia dico) audeo ꝛ ego. Hebręi sunt: ꝛ ego. Israelitę sunt: ꝛ ego. Semen Abrahę sunt: ꝛ ego. Ministri Christi sūt, ꝛ ego: vt minus sapiēs dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abūdātius, in plagis supra modū: in mortibus frequēter. A Iudęis, qnquies, quadragēnas vna minus accēpi. Ter virgis cęsus sū, semel lapidatꝰ sū, ter naufragiū feci nocte, ꝛ die in profundū maris fui. In itineribus sępe, piculis fluminū, periculis latronū, periculis ex genere, periculis ex gētibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, piculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labore ꝛ ęrumna, in vigilus multis: in fame ꝛ siti: in ieiuniis multis: in frigore ꝛ nuditate. Pręter illa, q̄ extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana, solicitudo oiū ecclesiarū. Quis infirmat, ꝛ ego nō infirmor? Quis scādalizatur, ꝛ ego nō vror? Si gloriari oportet: q̄ infirmitatis meę sūt, gloriabor. Deꝰ ꝛ pr̄ dn̄i nr̄i Iesu Chr̄i, qui est bn̄dictus in sęcula, scit q nō mentior. Damasci, ꝓpositus gentis Arētę regis, custodiēbat ciuitatē Damascenorū, vt cōpre

2. ca. 11. ꝛ 12.

hédéret: ⁊ p fenestrá in sporta de
missus sũ p murũ: ⁊ sic effugi manꝰ
eiꝰ. Si gloriari oportet nõ expe-
dit qdẽ. Ueniá autẽ ad visiones
⁊ reuelationes dñi. Scio homi-
nẽ in Chro ante annos quatuor
decim, siue in corpore, siue extra
corpus nescio, Deꝰ scit: raptũ hu
iusmodi vsq3 ad tertiũ cęlũ. Et
scio huiusmodi hoiez, siue in cor
pore, siue extra corpꝰ, nescio, De-
us scit: quoniá raptꝰ est in para-
disũ: ⁊ audiuit arcána verba, q̃
nõ licet homini loq. Pro huius-
modi gliabor: pme aũt nihil glo
riabor, nisi in infirmitatibꝰ meis.
Ná ⁊, si voluero gliari, nõ ero insi
piẽs. Ueritatẽ eniz dicá. Parco
autẽ: neqs me existimet supra id
qđ videt i me, aut audit aliqd ex
me. Et ne magnitudo reuelatio
nũ extollat me, datus est mihi sti
mulus carnis meę angelus sata-
nę, qui me colaphizet. Propter
quod, ter dñz rogaui, vt discéde
ret à me: ⁊ dixit mihi. Sufficit ti-
bi grátia mea. Nam virtus in in-
firmitate perficitur. Libẽter igi
tur gloriabor in infirmitatibus
meis: vt inhabitet in me virtus
psal. 82 Christi. Grad. Sciant gentes,
qm̃ nomen tibi deus: tu solus al
tissimus super oẽm terrá. ℣. De
us meus pone illos vt rotá, ⁊ si-
cut stipulá ante faciẽ venti. Tra
psal. 59 ctus. Commouisti dñe terrá, ⁊ cõ
turbasti eam. ℣. Sana contritio
nes eius, quia mota est. ℣. Ut
fugiant à facie arcus: vt liberen
tur electi tui. Sequentia san
cti euangelij secundum Lucam.



In illo tpe. Cũ ca. 8.
turba plurima
cõuenirẽt, ⁊ d̃ ciuita
tibꝰ pperarẽt ad Je
suz, dixit p similitudi
nez. Exijt q séminat
seminare semẽ suuz.
Et dũ séminat, aliud cécidit secꝰ
viá, ⁊ cõculcatũ est: ⁊ vólucres cę
li comederũt illud. Et aliud céci
dit supra petrá: ⁊ natuz áruit, qr
non habebat humórẽ. Et aliud
cécidit inter spinas: ⁊ simul exor
tę spinę suffocauérũt illud. Et a-
liud cécidit in terrá boná: ⁊ ortũ,
fecit fructũ céntuplũ. Hęc dicẽs
clamabat. Qui habet aures au
diendi, audiat. Interrogabant
aũt eũ discipuli eius, quę esset hęc
parabola. Quibꝰ ipse dixit. Uo
bis datũ est nosse mystériũ regni
Dei: cęteris aũt in parábolis, vt
videntes nõ videát, ⁊ audiẽtes
nõ intelligát. Est autẽ hęc pará-
bola. Semẽ, est verbũ Dei. Qđ
aũt secus viá: hi sunt qui audiũt,
deinde venit diabolus, ⁊ tollit
verbũ d̃ corde eorũ, ne credẽtes
salui fiant. Ná qđ supra petrá, hi
sunt, qui cũ audierint, cũ gáudio
suscipiũt verbuz: ⁊ hi radices nõ
habent: qr ad tẽpus credũt, ⁊ in
tpe tentationis recédũt. Quod
aũt in spinis cécidit: hi sunt, qui
audiérũt, ⁊ à solicitudinibus, ⁊ di
uitijs, ⁊ voluptátibus vitę, eũtes,
suffocátur, ⁊ nõ réferũt fructuz.
Qđ aũt in terrá boná: hi sũt, qui
in corde bono ⁊ óptimo, audien
tes, verbũ rétinent, ⁊ fructũ affe
rũt in patientia. Offer. Pérfice psal. 16
gres-

gressus meos i semitis tuis, vt nō
moueātur vestigia mea: inclina
aurē tuā, ⁊ exaudi vba mea, miri
fica misericordias tuas, q saluos fa
cis sperātes in te dñe. Secreta.
OBlatū tibi dñe sacrificium
viuificet nos semper, ⁊ mu
niat. Per domi. Alia Secreta.
EXaudi nos deus salutaris
nr̄: vt per huius sacramen
ti virtutē, a cūctis nos mētis ⁊ cor
poris hostibus tuearis, gratiā tri
buens in pręsenti ⁊ gloriā in futu
psal. ro. Coio. Introibo ad alta
42 re Dei, ad Deū, qui lętificat iu
uentutem meā. Postcommunio.
SUpplices te rogamus ops
deus: vt, quos tuis reficis sa
cramentis, tibi etiā placitis mori
bus dignanter deseruire conce
das. Per d. Alia postcommunio.
MUndet ⁊ muniat nos, quę
sumus domine diuini sa
cramenti munus oblatum: ⁊ in
tercedente beata virgine dei ge
nitrice Maria, cum beatis apo
stolis tuis. ⁊c. vt in Domini
ca precedenti. Benedicamus
domino. ℟. Deo gratias.
¶ Dnica Quinquagesimę, Sta
tio ad sanctū Petrū. Introitus.

psal. 30



Sto mihi in deuz
protectorē ⁊ in lo
cū refugij, vt saluū
me facias: qm̄ fir
mamētū meū, ⁊ re
fugiū meū es tu: ⁊
ppter nomē tuuz dux mihi eris,
⁊ enutries me. ps. In te dñe spe
raui, nō cōfūdar in ęternū: i iusti
tia tua libera me. ℣. Glia. oro.

PReces nostras, qs dñe, cle
menter exaudi: atqz a pec
catorum nostrorum vinculis ab
solutos, ab omni nos aduersita
te custodi. Per do. Ad poscen
da suffragia sanctorū. Oratio.
A Cunctis nos, qs dñe, mētis
⁊ corporis defende pericu
lis: ⁊ intercedēte beata ⁊ glorio
sa semperqz virgine dei genitri
ce Maria, cum beatis aplis tuis
Petro ⁊ Paulo, atque btō N. ⁊
oibus sctis: salutē nobis tribue
benignus ⁊ pacē: vt destructis
aduersitatibus ⁊ erroribus vni
uersis, ecclesia tua secura tibi ser
uiat libertate. Per e. Lctō eplę
beati Pauli apli ad Corinthios.
FRatres: Si linguis homi 1. ca.
num loquar, ⁊ Angelo 13
rum: charitatem autem non ha
beam: factus sum velut ęs so
nans, aut cymbalum tinniēs. Et
si habuero prophetiam, ⁊ noue
rim mysteria omnia, ⁊ omnem
scientiam: ⁊, si habuero omnem
fidem, ita vt montes transferaz,
charitatem autem non habue
ro: nihil suz: Et, si distribuero in
cibos pauperum omnes faculta
tes meas, ⁊, si tradidero corpus
meum ita vt ardeam, charitatem
autem non habuero: nihil mihi
prodest. Charitas patiens est:
benigna est. Charitas non ęmu
latur, nō agit perperam: non in
flatur, non est ambitiosa: nō quę
rit quę sua sunt: nō irritatur: nō
cogitat malum: nō gaudet super
iniquitatem, congaudet autem
veritati. Omnia suffert, omnia

credit, oīa sperat, oīa sustinet.
charitas nunq̄ excidit: siue pro-
phetię euacuabūtur, siue lingue
cessabunt, siue Sciētia destruet.
Ex parte eniꝫ cognoscimus, ⁊ ex
parte, pphetamus. Cū aūt vene
rit qđ perfectū est, euacuabit qđ
ex parte est. Cū essē paruulus, lo
quebar vt paruulus, sapiebā vt
paruulus, cogitabā vt paruulus.
Quādo aūt factus sū vir: euacua
ui q̄ erāt paruuli. Uidemus nūc
per speculū in enigmate: tūc aūt
facie ad faciē. Nūc cognosco ex
parte: tūc aūt cognoscā sicut ⁊ cō
gnitus sū. Nunc autē manēt, fi-
des, spes, charitas, tria hec: maior
autē horū est charitas. Gradu.
psal. 76 Tu es deus, qui facis mirabilia
solus: notā fecisti in gentibus vir
tutē tuā. ℣. Liberasti i brachio
tuo populuꝫ tuū, filios Israel, ⁊
psal. 99 Joseph. Tract. Iubilate deo
oīs terra: seruite dn̄o i letitia. ℣.
Intrate i cōspectu eius in exulta
tiōe: scitote, q dn̄s ipse est deus.
℣. Ipse fecit nos, ⁊ nō ipsi nos:
Nos aūt pplus ei⁹, ⁊ oues pascue
eius. Seque. S. euan. sm̄ Luā.

c.18.



In illo tpe: As-
sumpsit Jesus
duodeciꝫ discipulos
suos secreto, ⁊ ait il-
lis. Ecce ascēdimus
Hierosolymā: ⁊ cō-
sūmabūtur oīa que
scripta sunt p prophetas de filio
hoīs. Tradet enim gētibus, ⁊ il-
ludetur, ⁊ flagellabitur, ⁊ cōspue
tur. Et postq̄ flagellauerint, oc
cident euꝫ: ⁊ die tertia resurget.
Et ipsi nihil horū intellexerūt.
Erat aūt verbū istud abscōditū
ab eis: ⁊ nō intelligebāt q̄ dicebā
tur. Factū est aūt, cuꝫ appropin
quaret Jericho, cecus qdā sedē
bat secus viā, mendicās. Et cuꝫ
audiret turbā pretereuntē, inter
rogabat qd hoc esset. Dixerunt
aūt ei, q Jesus Nazarenus trāsi
ret. Et clamauit dicens. Jesu fi-
li Dauid miserere mei. Et q pre
ibāt, icrepabāt eū, vt taceret. Ip
se vero multo magis clamabat.
Fili Dauid miserere mei. Stans
aūt Jesus, iussit illū adduci ad se.
Et cū appropinquasset, interro-
gauit illū dicēs. Quid tibi vis fa
ciā? At ille dixit. Dn̄e, vt videaꝫ.
Et dixit illi Jesus. Respice. Fi-
des tua te saluū fecit. Et cōfestiꝫ
vidit, ⁊ sequebatur illuꝫ, magnifi
cās deū. Et oīs plebs vt vidit, de
dit laudē Deo. Offe. Bn̄dict⁹ psal. 118.
es dn̄e, doce me iustificationes
tuas: in labiis meis pronūciaui
omnia iudicia oris tui. Secre.
Haec hostia, q̄s dn̄e, emūdet
nr̄a delicta: ⁊ sacrificiū cele
brādū subditoꝝ tibi corpora mē
tesqꝫ sactificet. Per. Alia secr.
Exaudi nos deus salutaris
nr̄: vt p huius sacramēti vir
tutē, a cūctis nos mētis ⁊ corpo
ris hostib⁹ tuearis, grāꝫ tribuēs
in presenti, ⁊ gloriam in futuro.
Per. Cōio. Manducauerūt, ⁊ sa psal. 77
turati sūt nimis, ⁊ desideriū eo
rū attulit eis dn̄s: non sunt frau
dati a desiderio suo. Postcōio.
Quesum⁹ oīs de⁹: vt q cele
stia alimēta pcepim⁹: p hec
con-

contra omnia aduersa muniamur. Per dñm. Alia postcōmunio.

Uendet ꝛ muniat nos, q̄s dñe, diuini sacramenti munus oblatū: ꝛ intercedēte beata virgine dei genitrice Maria, cū beatis aplis tuis Petro ꝛ Paulo, atq; beato N. ꝛ oībus sāctis, ā cūctis nos reddat ꝛ puersitatibus expiatos, ꝛ aduersitatibꝰ expeditos. Per. Benedicamus dño. ℟. Deo grās. ¶ Feria iiij. Cinerū ante missā benedicunť cineres facti de ramis oliue benedictis preteriti anni, hoc modo. Primo cantatur Antiphona.

psal. 68



Xaudi nos dñe: q̄m benigna est misericordia tua: ꝛ s̄m multitudinē miserationū tuarū respice nos dñe. Ps. Saluū me fac deus: q̄m intrauerūt aque vsq; ad animā meā. ℣. Gloria. Exaudi nos dñe. Deinde dicit Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotēs sempiterne deus, parce penitētibꝰ, propitiare supplicātibus: ꝛ mittere digneris sāctū angelū tuū de celis, qui bene ✠ dicat, ꝛ sācti ✠ ficet hos cineres: vt sint remediū salubre oībus nomē sāctū tuū humiliter implorātibꝰ: ac semetipsos p̄ consciētia delictoꝝ suoꝝ accusāntibꝰ: atq; ante cōspectū diuine clemētie tue facinora sua deplorātibus: vel serenissimā pietatē tuā suppliciter obnixeq; flagitātibꝰ: ꝛ presta per inuocationē sāctissimi nominis tui: vt, quicūq; eos super se aspērserint, p̄ redēptione peccatoꝝ suoꝝ corporis sanitatē, ꝛ anime tutelā pcipiāt. Per Christū dnm. Oremus.

Deus, qui nō mortē, sed penitentiā desideras peccatorū: fragilitatē conditionis humane benignissime respice: ꝛ hos cineres, quos causa pferēde humilitatis, atq; pmerēde venie, capitibꝰ nr̄is imponi decernimꝰ, bene ✠ dicere p̄ tua pietate dignare: vt, qui nos cinerem esse, ꝛ ob prauitatis nr̄e meritū i puluerē reuersuros cognōscimus: peccatoꝝ oīū veniā, ꝛ premia, misericorditer consequi mereamur. Per Christum dominū. Oremus.

Deus, qui humiliatione flēcteris, ꝛ satisfactione placaris: aurē tue pietatis inclina precibus nostris: ꝛ capitibꝰ seruoꝝ tuoꝝ, horū cinerū aspersione attactis: effunde ppitius gratiam tue bene ✠ dictiōis: vt eos, ꝛ spiritu cōpūctionis rēpleas, ꝛ q̄ iuste postulauerint, efficāciter tribuas: ꝛ concessa perpētua stabilitate intactos manere decernas. Per Christum do. Oremus.

Omnipotēs sempiterne deus, qui Niniuitis, in cinere ꝛ cilicio peniten'tibus, indulgentie tue remēdia prestitisti, cōcēde ppitius: vt sic eos imitēmur habitu, quātenꝰ venie psequamur obtētu. Per. Cōpleta benedictione, primo imponitur cinis sacerdoti celebraťo missā ab alio sacerd. si adest: alioqn sacerd. ipse

genibus flexis coram altari sibi-ipsi cineres imponit: et cantatur statim a choro. Antiphona.

Immutemur habitu, in cinere et cilicio: ieiunemus, et ploremus ante dominum: quia multum misericors est dimittere peccata nostra deus noster. Alia antiphona.

Iuxta vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri domini, et dicent: parce domine, parce populo tuo: et ne dissipes ora canentium te domine. Sequitur. ℟. cum ℣. et Gloria p. ℟. Emendemus in melius, que ignoranter peccauimus: ne subito preoccupati die mortis, queramus spatium penitentie, et inuenire non possimus. Attende domine, et miserere: quia peccauimus tibi. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorem nominis tui domine libera nos. Attende domine. ℣. Gloria. Sacerdos vero dum cantantur antiphone, et responsorium: primo, ministris stantibus genibus flexis coram altari, imponit cinerem, dicens. Memento homo quia puluis es, et in puluerem reuerteris. Postea veniunt alii, et genibus flexis ante altare recipiunt cineres a sacerdote, ut dictum est de ministris. Completa cinerum datione dicitur. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Concede nobis domine presidia militie Christiane sanctis inchoare ieiuniis: ut contra spirituales nequitias pugnaturi continentie muniamur auxiliis. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde dicitur Missa. Statio ad sanctam Sabinam. Introitus.



Misereris omnium domine, et nihil odisti eorum que fecisti: dissimulans peccata hominum propter penitentiam: et parcens illis, quia tu es dominus deus noster. Psalm. Miserere mei deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣. Gloria pat. Oremus. Sapi. 11

Presta domine fidelibus tuis: ut ieiuniorum veneranda sollemnia, et congrua pietate suscipiant, et secura deuotione percurrant. Per dominum.

Ab hac die usque ad dominicam de passione, post orationem diei dicuntur due sequentes orationes. Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quesumus domine, mentis et corporis defende periculis: et intercedente beata et gloriosa semperque virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atque beato N. et omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus, et pacem: ut destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui viuorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis: te supplices exoramus: ut pro quibus effundere preces decreuimus, quos-

quosqȝ, vel presens seculum adhuc in carne retinet, vel futuruȝ iaȝ erutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tue clementia, omniũ delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum nost.

Lectio Joelis prophete.

ca.2. HAec dicit dñs. Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio, ꝛ fletu, ꝛ planctu: ꝛ scindite corda vestra ꝛ nõ vestiméta vestra. Et cõuertimini ad dominum deum vestrum: quia benignus ꝛ misericors est: patiens ꝛ multe misericordie: ꝛ prestabilis super malitia. Quis scit, si conuertatur, ꝛ ignoscat deus: ꝛ relinquat post se bñdictionem, sacrificium ꝛ libamé domino deo nostro? Canite tuba in Siõ: sanctificate ieiuniũ: vocate cetum: cõgregate populum: sanctificate ecclesiam: coadunate senes: congregate paruulos, ꝛ sugentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo: ꝛ sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum ꝛ altare plorabunt sacerdotes ministri domini, ꝛ dicent. Parce domine, parce populo tuo: ꝛ ne des hereditateȝ tuam in opprobriũ, vt dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi est deus eorũ? Zelatus est dominus terram suã: ꝛ pepercit populo suo. Et respõdit dñs, ꝛ dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumentum, ꝛ vinum, ꝛ oleũ: ꝛ replebimini in eis: ꝛ non dabo vos vltra opprobriũ in gentibus: dicit dominus omnipotẽs. Gradu.

Miserere mei de⁹, miserere mei: quoniã in te cõfidit anima mea. psal. 56
℣. Misit de celo, ꝛ liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. Tractus. Domine non psal. 102
secundum peccata nostra, que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris ini- psal.
quitatum nostrarum antiquaꝝ: 78
cito anticipent nos misericordie tue, qꝛ pauperes facti sumus nimis. Cum dicitur sequens versus genuflectitur ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ꝛ propter gloriam nominis tui dñe libera nos: ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuũ.

Supradictus tractus ab hac die dicitur ij. iiij. ꝛ vj. feria vsque ad feriam quartam maioris hebdomade, nisi proprius assignetur.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.



IN illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis. Cum ieiunatis, nolite fieri, sicut hypocrite, tristes. Exterminant enim facies suas: vt appareãt hominibus ieiunãtes. Amẽ dico vobis: receperũt mercedem suã. Tu autẽ cuȝ ieiunas, vnge caput tuũ, ꝛ faciem tuaȝ laua: ne videaris hominibus ieiunans: sed patri tuo, qui est in abscondito. Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis the- ca.6.

ſauros in terra: vbi erugo ⁊ tinea demolitur: ⁊ vbi fures effodiunt ⁊ furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros in celo: vbi neque erugo neque tinea demolitur: ⁊ vbi fures non effodiunt, nec furantur. Ubi eſt enim theſaurus tuus, ibi eſt ⁊ cor tuũ.

pſal. 62 Offerto. Exaltabo te domine, quoniã ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſup me: dñe clamaui ad te, ⁊ ſanaſti me. Secre.

Hac nos, q̃s dñe, his muneribus offerendis conueniẽter aptari, quibus ipſius venerabilis ſacramẽti celebramus exordium. Per domin. Alię ſecretę vſque ad dominicam paſſionis.

Exaudi nos deus ſalutaris nr̃: vt p huius ſacramẽti virtutẽ, à cũctis nos mẽtis ⁊ corporis hoſtib⁹ tuearis, gr̃az tribuẽs in pręſenti, ⁊ gloriam in futuro.

Deus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorũ in ſuperna felicitate locãdus: tribue q̃s: vt, intercedẽtibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorum, quos in oratione commendatos ſuſcepimus, ⁊ nomina omnium fideliũ beatę prędeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dominum no.

Prefatio. Qui corporali ieiunio. 120. Et dicitur quotidie vſque ad Dominicam paſſionis: etiam in Miſſa de feſto, quando propriam non habuerit. Cõio.

p̃s. 1 Qui meditabitur in lege domini die ac nocte, dabit fructũ ſuũ in tẽpore ſuo. Poſtcõio.

Percepta nobis dñe prębeant ſacramenta ſubſidium: vt tibi grata ſint noſtra ieiunia, ⁊ nobis proficiant ad medelam. Per dñm. Alię poſtcommuniones vſque ad Dominicaz paſſionis.

Mundet, ⁊ muniat nos, q̃s dñe, diuini ſacramenti munus oblatũ: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cuz beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: à cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

Purificẽt nos, q̃s oĩps ⁊ miſericors deus, ſacramenta q̃ ſumpſimus: ⁊ intercedentibus oĩbus ſanctis tuis pręſta: vt hoc tuũ ſacramentũ nõ ſit nobis reatus ad pęnaz, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerũ, ſit fortitudo fragilium, ſit contra oĩa mundi pericula firmamẽtũ, ſit viuorũ atq3 mortuorum fidelium, remiſſio omniuz delictorum. Per dominum noſtrum.

Deinde ſacerdos abſolute dicit: Oremus. Poſtea diaconus (ſi in officio diaconatus ſeruiat) dicit. Humiliate capita vr̃a deo. Alioquin ipſemet ſacerdos. Sequitur ſuper populum. Oratio.

Inclinãtes ſe domine maieſtati tuę, propitiatus intende: vt, qui diuino munere ſũt refecti, cęleſtibus ſemper nutriant̃ auxiliis. Per. Et hic modus dicẽdi orõnẽ ſup populũ ſeruat̃ tãtũmodo i miſſa de feria vſq3 ad iiij. feriã maioris hebdom. Benedicamus dño. R. Deo gras.

¶ Feria v. Statio ad sanctum Georgium. Introitus.

psal. 54

Um clamarem ad dñm, exaudiuit vocem meam ab his qui propinquant mihi: ⁊ humiliauit eos, qui est ante secula, ⁊ manet in eternuz: iacta cogitatū tuum in dño, ⁊ ipse te enutriet. Psal. Exaudi deus orationem meam, ⁊ ne despexeris deprecationem meā: intende mihi, ⁊ exaudi me. ℣. Gloria. Oro.


DEus, qui culpa offenderis, penitentia placaris, preces populi tui supplicantis propiti⁹ respice: ⁊ flagella tue iracundie, que pro peccatis nostris meremur, auerte. Per d. Ad poscenda suffragia sanctoruz. Oratio.

A Cunctis nos, q̄s dñe, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedēte beata ⁊ gloriosa semperqz virgine dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqz beato N. ⁊ oibus sanctis, salutē nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt destructis aduersitatibus ⁊ erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Oratio.

OMnipotēs sempiterne deus, qui viuorū dominaris simul ⁊ mortuorū, omniūqz misereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros esse prenoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quos que vel presens seculuz adhuc in carne retinet, vel futurū iaz exutos corpore suscepit: intercedēti bus oibus sanctis tuis: pietatis tue clementia oiuz delictorū suorū veniā consequātur. Per dominum. Lectio Isaie prophete.

IN dieb⁹ illis: Aegrotauit Ezechias vsqz ad mortē: ⁊ introiuit ad eū Isaias fili⁹ Amos ppheta, ⁊ dixit ei. Hec dicit dñs. Dispone domui tue: qr morieris tu, ⁊ nō viues. Et cōuertit Ezechias faciē suā ad parietez, ⁊ orauit ad dñz, ⁊ dixit. Obsecro dñe, memēto, q̄so, qūo ambulauerim corā te in veritate ⁊ in corde perfecto: ⁊ qđ bonū est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factū est verbum domini ad Isaiam, dicens. Uade, ⁊ dic Ezechie. Hec dicit dñs deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuā: ⁊ vidi lacrymas tuas. Ecce, ego adijciā sup dies tuos quindecim annos: et de manu regis Assyriorū eruaz te, ⁊ ciuitatem istā: et protegā eā. Ait dñs omnipotens. Gradu. c.38.

Iacta cogitatū tuū in dño, ⁊ ipse te enutriet. ℣. Dū clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā ab his, qui appropinquāt mihi. Sequētia sancti euāg. sm Matthēum. psal. 54



IN illo tēpore. Cū introisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, et dicens. Domine, puer meus iacet ca.8.

in domo paralyticus, et male tor-
quetur. Et ait illi Jesus. Ego ve-
nia: et curabo eum. Et respondens
Centurio, ait. Domine non sum
dignus, ut intres sub tectum me-
um: sed tantum dic verbo, et sa-
nabitur puer meus. Nam et ego
homo sum sub potestate constitu-
tus, habens sub me milites: et di-
co huic: Vade, et vadit. Et alio:
veni, et venit. Et seruo meo: fac
hoc, et facit. Audiens autem Je-
sus, miratus est: et sequentibus se
dixit. Amen dico vobis: non inue-
ni tantam fidem in Israel. Dico autem
vobis, quod multi ab oriente et occi-
dente venient, et recumbent cum Abra-
ham, Isaac, et Jacob in regno ce-
lorum: filij autem regni eiicientur in
tenebras exteriores: ibi erit fle-
tus et stridor dentium. Et dixit
Jesus Centurioni. Vade: et sicut
credidisti, fiat tibi. Et sanatus est
psal. 24 puer in illa hora. Offert. Ad te
domine leuaui animam meam: deus
meus in te confido, non erube-
scam: neque irrideant me inimici
mei: etenim vniuersi, qui te expe-
ctant, non confundentur. Secreta.

Sacrificiis presentibus domine,
quesumus, intende placatus: vt et
deuotioni nostre proficiant, et sa-
luti. Per dom. Alie secrete.

Exaudi nos deus salutaris
noster: vt per huius sacra-
menti virtutem, a cunctis nos
mentis et corporis hostibus tuea-
ris: gratiam tribuens in presen-
ti, et gloriam in futuro.

Deus, cui soli cognitus est
numerus electorum in su-
perna felicitate locandus: tri-
bue quesumus: vt, intercedentibus omnibus
sanctis tuis, vniuersorum, quos in
oratione commendatos suscepi-
mus, et nomina omnium fidelium
beate predestinationis liber a-
scripta retineat. Per do. Coio.
Acceptabis sacrificium iustitie, o- psal. 50
blationes, et holocausta, super al-
tare tuum domine. Postcoio.

Celestis doni benedictio-
ne percepta, supplices te
deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem
nobis, et sacramenti causa sit, et sa-
lutis. Per d. Alie postcoiones.

Mundet, et muniat nos, quesumus
domine, diuini sacramenti mu-
nus oblatum: et intercedente bea-
ta virgine dei genitrice Maria,
cum beatis apostolis tuis Petro
et Paulo, atque beato N. et om-
nibus sanctis: a cunctis nos red-
dat et peruersitatibus expiatos,
et aduersitatibus expeditos.

Purificent nos, quesumus omnipotens et mi-
sericors deus, sacramenta
que sumpsimus: et intercedentibus
omnibus sanctis tuis presta: vt hoc
tuum sacramentum non sit nobis rea-
tus ad penam, sed intercessio salu-
taris ad veniam: sit ablutio scele-
rum, sit fortitudo fragilium, sit con-
tra omnia mundi pericula firmamen-
tum, sit viuorum atque mortuorum fi-
delium, remissio omnium deli-
ctorum. Per dominum nostrum.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra deo.

Parce domine, parce po-
pulo tuo: vt dignis flagel-
lationibus castigatus, in tua mi-
seratio-

seratione réspiret. Per domin.


¶ Feria vj. Statio ad sanctos Joannem, et Paulum. Introit.

psal. 29 
Adiuuit dominus, et misertus est mihi: dñs factus est adiutor meus. Ps. Exaltabo te dñe, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Glia. Oro.

Inchoata ieiunia, q̃s dñe, benigno fauore prosequere: vt obseruantiam, quam corporaliter exhibemus, méntibus etiam syncéris exercére valeamus. Per dominũ. Alię oratio nes, vt in feria quarta Cineruz.

Lectio Isaię prophetę.

c.58. Haec dicit dñs deus. Clama, ne cesses: quasi tuba, exalta vocem tuam, et annuncia pópulo meo scélera eórum, et dómui Jacob peccáta eorum. Me étenim de die in diem quęrunt, et scire vias meas volunt: quasi gens quę iustitiam fécerit, et quę iudiciuz dei sui nõ dereliquerit. Rogant me iudicia iustitię: et appropinquare deo volunt. Quare ieiúnauimus, et non aspexisti: humiliáuimus ánimas nostras, et nescisti? Ecce, in die ieiunii vestri inuenitur volúntas vestra: et omnes debitóres vestros repétitis. Ecce, ad lites et contentiones ieiunatis: et percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diez affligere hominẽ animã suam? Nunquid, cõtorquére quasi círculum caput suum, et saccuz et cinerem stérnere? Nũquid istud vocabis ieiunium et diez acceptabilez dño? Nonne, hoc est magis ieiuniuz, quod elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fascículos deprimẽtes. Dimitte eos, qui confracti sunt, liberos: et omne onus disrúmpe. Frange esurienti panem tuuz: et egenos vagósq; induc in domũ tuã. Cum videris nudum, óperi eum: et carnem tuam ne despéxeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum: et sánitas tua citius orietur: et anteibit faciem tuã iustitia tua: et glória dñi cólliget te. Tũc inuocabis, et dñs exaudiet: clamabis, et dicet: ecce adsum. Quia misericors sum dominus deus tuus. Grad. Unaz petij à domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo domini. ℣. Ut videam voluptatem domini; et protegar à templo sancto eius. Trac. Domine non secundũ peccata nostra, quę fécimus psal. 102
nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ: cito psal. 78
anticipent nos misericordię tuę, quia páuperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriã nominis tui dñe libera nos: et propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuũ. Sequentia sancti euangelij secundũ Matthęũ.

ca. 5.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Audistis, quia dictum est antiquis. Diliges proximum tuum: & ódio habebis inimicũ tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros: benefácite his qui oderunt vos: & oráte pro persequentibus & calumniatibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in cęlis est: q solē suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si eniz diligitis eos q vos diligũt, quã mercedē habebitis? Nóne & publicáni hoc faciunt? Et, si salutaueritis fratres vestros tm̃, qd amplius fácitis? Nóne & éthnici hoc faciũt? Estóte ergo vos perfecti, sicut & pater vester cęlestis perfectus est. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coraz hominibus, vt videámini ab eis: alióquin mercedem non habébitis apud patrē vestrum qui in cęlis est. Cũ ergo facis eleemosynam, noli tuba cánere ante te, sicut hypocritę faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amē dico vobis receperunt mercedē suã. Te autez faciente eleemosynã, nésciat sinistra tua, quid fáciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito. Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

psal. 118. Offertoriũ. Domine, viuifica me secundum eloquium tuuz: vt sciam testimonia tua. Secreta.


Sacrificium dñe obseruantię quadragesimalis quod offerimus, pręsta, q̃s, vt tibi & mētes nostras reddat acceptas, & cōtinentię prōptioris nobis tribuat facultatē. Per. Alię secre. vt in feria iiij. Cinerum. Cōio.

Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: apprehéndite disciplinam, ne pereatis de via iusta. psal. 2 Postcōmunio.

Spiritũ nobis dñe tuę charitatis infunde: vt, quos vno pane cęlesti satiasti, tua fácias pietáte concordes. Per d. Alię Postcōiones, vt in feria iiij. Cinerũ. Sup populuz. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Tuere domine pópuluz tuum: & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocébit aduérsitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per d.

¶ Sabbato. Statio ad sanctuz Triphonem. Introitus.


Audiuit dñs, & misertus est mihi: dominus factus est adiutor meus. ps. psal. 26 Exaltabo te dñe, qm̃ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Gloria. Oremus.

Adesto dñe supplicationibus nostris, & concede, vt hoc sollemne ieiuniuz, quod animis, corporibusq3 curãdis salubriter institutũ est, deuoto seruitio celebremus. Per. Alię orōnes, vt in feria quarta Cineruz.

Lectio Isaię prophetę.

c.58. Haec dicit dñs deus. Si ab
stuleris de medio tui cate-
nã, ꝛ desieris digitũ extẽdere, ꝛ
loqͥ qđ nõ ꝓdest: cũ effuderis esu
rienti animã tuã, ꝛ aĩam afflictã re
pleueris: tũc orief in tenebris lux
tua, ꝛ tenebrę tuę erũt sicut meri
dies. Et requiem dabit tibi dñs
deus tu⁹ semper: ꝛ implebit splẽ
doribus animã tuã: ꝛ ossa tua li-
berabit. Et eris quasi hortus ir
riguus: ꝛ sicut fons aquarum, cu
ius nõ deficiẽt aquę. Et ędifica-
buntur in te deserta seculorũ: fũ
damenta gñationis ꝛ generatio
nis suscitabis. Et vocaberis ędi
ficator sepium, conuertens semi
tas in quietẽ: Si auerteris a sab-
bato pedẽ tuũ, facere voluntatẽ
tuã in die sancto meo: ꝛ vocaue
ris sabbatũ delicatũ, ꝛ sanctum
dñi gloriosuz: ꝛ glorificaueris eũ
dũ nõ facis vias tuas, ꝛ nõ inueni
tur voluntas tua, vt loquaris ser
monem: tunc delectaberis super
dño: ꝛ sustollaz te super altitudi-
nem terrę: ꝛ cibabo te hęredita-
te Jacob patris tui. Os eniz do
psal. mini locutum est. Grad. Unã
26 petij a domino, hanc requirã, vt
inhabitem in domo dñi. ℣. Ut
videã voluptatẽ dñi: ꝛ protegar
a templo sancto eius. Sequen.
sancti euange. secundũ Marcũ.

ca.6. 

In illo tpe. Cũ
sero eẽt factũ,
erat nauis in medio
mari, ꝛ Jesus solus
in terra. Et vidit di
scipulos suos labo-
rãtes in remigãdo.
Erat enim ventus cõtrarius eis.
Et circa quartã vigiliã noctis ve
nit ad eos ambulãs supra mare,
ꝛ volebat preterire eos. At illi
vt viderunt eũ ambulantẽ supra
mare, putauerunt phantasma es
se: ꝛ exclamauerunt. Oẽs enim
eũ viderunt: ꝛ conturbati sunt.
Et statim locutus est eũ eis: ꝛ di
xit illis. Confidite. Ego suz: no
lite timere. Et ascendit ad illos
in nauim: ꝛ cessauit ventus. Et
plus magis intra se stupebant.
Nõ enim intellexerunt de pani-
bus. Erat enim cor illoruz obcę
catũ. Et cũ transfretassent, vene
rũt in terrã Genesareth: ꝛ appli
cuerũt. Cumqz egressi essent de
naui, continuo cognouerunt eũ.
Et percurrentes vniuersam re-
gionem illaz, ceperunt in grabã-
tis eos qui se male habebant cir-
cumferre, ubi audiebant eũ esse.
Et quocunque introibat, in vi-
cos, vel in villas, aut in ciuitates:
in plateis ponebant infirmos, ꝛ
deprecabantur eum, vt vel fim-
briam vestimenti eius tangerẽt.
Et quotquot tangebant euz, sal
ui fiebant. Offerto. Dñe viuifi psal.
ca me secundũ eloquiuz tuuz, vt 18
faciam testimonia tua. Secreta.
Suscipe dñe sacrificium, cu-
ius te voluisti dignãter im
molatione placari: pſta qs: vt hu
ius operatione mysterij munda
ti, beneplacitum tibi nrę mentis
offeramus affectuz. Per. Alię
secretę, vt in feria iiij. Cinerum.
Cõio. Seruite dño in timore, psal.
ꝛ exultate ei cum tremore: appre 2

hendite disciplinam, ne pereatis de via iusta. Postcommunio.

O Celestis vite munere vegetati, q̄s dn̄e: vt qd̄ est nobis in p̄senti vita mysteriū, fiat eternitatis auxiliū. Per. Alie post comu. vt in feria iiij. Cinerum. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Fideles tui deus per tua dona firmentur: vt eadē & percipiendo requirant, & querendo sine fine percipiant. Per dn̄m.

¶ Dominica j. in quadragesima. Statio ad sanctum Joannē in Laterano. Introitus.

psal. 90

Inuocabit me, & ego exaudiam eū: eripiam euz, & glorificabo eū: longitudine dierum adimplebo euz. Ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur. ℣. Gloria. Oremus.

Deus q ecclesiaz tuā annua quadragesimali obseruatione purificas: p̄sta familie tue: vt, quod a te obtinere abstinendo nititur: hoc bonis operibus exequatur. Per d. Ad poscēda suffragia sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, q̄s dn̄e, mētis & corporis defende periculis: & intercedēte beata & gloriosa semperqz virgine dei genitrice Maria, cum beatis aplis tuis Petro & Paulo, atque btō N. & oibus sctis: salutē nobis tribue benignus & pacē: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eū. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorū, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prenoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosque vel presens seculuz adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tue clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum nostrum Jesuz.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Hortamur vos, ne in vacuū gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce, nunc tempus acceptabile: ecce, nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionez: vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut dei ministros, in multa patiētia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in lōganimitate, in suauitate, in spiritu sancto: in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei, per arma iustitie a dextris & a sinistris: per gloriam & ignobilitatez: per infamiam & bonaz famā: vt sedu ca. 6.

ctores

ctores et veráces: sicut qui ignó
ti et cógniti: quasi morientes, et ec
ce viuimus: vt castigáti et nó mor
tificati: quasi tristes, semper au
tem gaudentes: sicut egentes,
multos autem locupletántes:
tanquam nihil habentes, et om
nia possidentes. Graduale.
psal. 60 Angelis suis deus mandauit
de te, vt custodiant te in omni
bus viis tuis. ℣. In manibus
portabunt te, ne vnquam offén
das ad lapidem pedem tuum.
psal. 90 Tractus. Qui hábitat in ad
iutório altissimi, in protectione
dei celi commorábitur. Dicet
domino susceptor meus es tu, et
refugium meum: deus meus spe
rabo in eum. Quoniam ipse li
berabit me de láqueo venátiú, et
a verbo áspero. Scapulis suis
obumbrábit tibi, et sub pennis
eius sperábis. Scuto circúnda
bit te uéritas eius: non timebis
a timóre noctúrno. A sagita uo
lante per diem, a negócio peram
bulante in tenebris, a ruina et de
monio meridiano. Cadent a
látere tuo mille, et decem millia à
dextris tuis: tibi autem non ap
propinquabit. Qm̃ angelis suis
mandauit de te, ut custódiant te
in omnibus uiis tuis. In mani
bus portabunt te, ne unquaz of
fendas ad lapidem pedem tuuz.
Super áspidem et basiliscuz am
bulabis, et conculcabis leonem et
draconem. Qm̃ in me sperauit,
liberábo eum: protegá eum, qm̃
cognóuit nomen meuz. Inuo
cabit me, et ego exáudiá eum: cuz
ipso sum in tribulatione. Eripiá eum, et glorificabo eum: lógitúdine dierũ adimplebo eũ: et ostédá illi salutare meũ. Sequẽ. sancti euangelij fm Mattheum.



In illo tpe. Ductus est Jesus in desértuz a spiritu, vt tentaréctur a diabolo. Et cũ ieiunasset quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, póstea esuriit. Et accedens tentator, dixit ei. Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiát: Qui respóndens dixit. Scriptũ est: Nó in solo pane uiuit homo: sed in omni uerbo, quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: et statuit euz supra pinnaculum templi, et dixit. Si filius dei es, mitte te deórsum. Scriptum est enim. Qr angelis suis mandauit de te, et in manibus tollent te, ne forte offéndas ad lapidez pedem tuũ. Ait illi Jesus rursum. Scriptũ est. Non tentabis dñm deũ tuũ. Iterũ assumpsit eũ diabolus in montez excelsuz ualde: et ostendit ei omnia regna mũdi, et gloriá eorum: et dixit illi. Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Jesus. Uade satana, scriptum est enim. Dñm deum tuum adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: et ecce angeli accessérunt, et ministrabant ei. Credo in. Offerto. Scapulis psal. 90
suis obumbrabit tibi dñs, et sub

pennis eius sperabis, scuto circundabit te veritas eius. Secr.

Sacrificiuz quadragesimalis initij sollemniter immolamus, te domine deprecantes: vt cum epularuz restrictione carnalium, a noxijs quoque voluptatibus temperemur. Per dominum nostrum. Alie Secrete.

Exaudi nos deus salutaris nr: vt per huius sacramenti virtutē, a cūctis nos mētis et corporis hostibus tuearis, gratiā tribuēs in p̄sēti, et gloriā in futuro.

Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quesumus: vt, intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione commendatos suscepimus, et nomina omnium fidelium beate predestinationis liber ascripta retineat. Per dominum. Communio. Scapulis suis obumbrabit tibi dominus, et sub pennis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius. Postcōmunio.

Qui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos, in mysterij salutaris facias transire consortium. Per dominum nostrū Jesum. Alie postcōmuniones.

Mundet et muniat nos, quesumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: et intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atq3 btō N. et oībus sanctis: a cūctis nos reddat et puersitatibus expiatos, et aduersitatibus expeditos.

Purificent nos, quesumus, omnipotens et misericors deus, sacramenta que sumpsimus: et intercedentibus omnibus sanctis tuis presta: vt hoc tuum sacramentum nō sit nobis reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragiliuz, sit contra omnia mundi pericula firmamentuz, sit viuoruz atq3 mortuorum fideliū remissio omnium delictorum. Per dominū.

¶ Feria iij. Statio ad sanctum Petruz ad vincula. Introitus.



Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum: ita oculi nostri ad dominum deum nostruz, donec misereatur nostri: miserere nostri domine, miserere nostri. psal. 122. Psalmus. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis. ℣. Gloria patri et filio etc. Oratio.

Conuerte nos deus salutaris noster: et vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat, mētes nostras celestibus instrue disciplinis. Per dnm. Alie orationes, vt in Dnica precedenti.

Lectio Ezechielis prophete.

Haec dicit dominus deus. c.34. Ecce, ego ipse requiram oues meas: et visitabo illas. Sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: sic visita-

visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersę fuerát in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis: & congregabo eas de terris: & inducam eas in terram suam: & pascam eas in montibus Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terrę. In pascuis vberrimis pascaz eas: & in mótibus excelsis Israel erút páscua earum. Ibi requiéscét in herbis virentibus: & in páscuis pinguibus pascétur super mótes Israel. Ego pascaz oues meas: & ego eas accubáre faciá, dicit dñs deus. Quod perierat, requirá: & quod abiectú erat, reducá: & quod confractuz fúerat, alligábo: & quod infirmú fúerat, cósolidábo: & quod pingue & forte, custodiaz. Et pascam illas in iudicio, dicit dominus omnipotens. Graduale. Protector
psal. 83 noster aspice deus, & respice super seruos tuos. ℣. Domine deus virtutuz exáudi preces seruorum tuorum. Tract. Domine,
psal. 102 non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundum iniquitátes nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne me-
psal. 78 mineris iniquitátum nostrarum antiquaruz: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, & propter gloriam nóminis tui dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuú.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.



In illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Cú venerit filius hominis in maiestate sua, & oés angeli eius cum eo: tunc sedébit sup sedé maiestatis suę. Et cógregabuntur ante eú oés gétes: & separabit eos ab inuicé: sicut pastor ségregat oues ab hedis. Et státuet oues quidé á dextris suis: hedos aút á sinistris. Túc dicet rex his q a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei: possidete paratú vobis regnú a cóstitutione múdi. Esuriui enim, & dedistis mihi mánducare. Sitiui: & dedistis mihi bibere. Hospes erá: & collegistis me. Nudus: & operuistis me. Infirmus: & visitástis me. In carcere eraz: & venistis ad mé. Túc responde bút ei iusti dicétes. Dñe, quádo te vidimus esurienté, & páuimus te: sitientem, & dédimus tibi potú? Quando aút te vidimus hóspité, & collégimus te? aut nudú, & cooperuimus te? Aut qñ te vidimus infirmú, aut in carcere: & vénimus ad te? Et respódés rex, dicet illis. Amé dico vobis: quádiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Túc dicet & his, q á sinistris eius erút. Discédite á me maledicti, in igné ęternú, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esuriui eniz: & nó dedistis mihi mánducare. Sitiui: & nó dedistis mihi potú. Hospes

erā: ⁊ nō collegistis me. Nudus: ⁊ nō operuistis me. Infirmus, ⁊ in carcere: ⁊ nō visitastis me. Tūc respondebunt ei ⁊ ipsi, dicentes. Dn̄e, quando te vidim⁹ esurientē, aut sitientē, aut hospitem, aut nudū, aut infirmum, vel in carcere: ⁊ nō ministrauim⁹ tibi? Tunc respondebit illis, dicens. Amen dico vobis: quandiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in suppliciū eternum: iusti autem, in vitam
psal. eternam. Offer. Leuabo ocu-
118. los meos ⁊ considerabo mirabilia tua dn̄e, vt doceas me iustitias tuas: da mihi intellectum, ⁊ discam mandata tua. Secreta.

Munera tibi dn̄e oblata sanctifica, nosq̄ꝫ a peccatorū nostrorū maculis emunda. Per dn̄m. Alie secrete, vt in Dn̄ica
mat. precedenti. Cōio. Amen dico
25 vobis: quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum ab initio seculi. Postcommunio.

Salutaris tui dn̄e munere satiati, supplices exoram⁹: vt cuius letamur gustu, renouemur effectu. Per dn̄ꝫ. Alie postcōiones, vt in dominica precedēti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Absolue, quesumus dn̄e, nostrorum vincula peccatorum: ⁊ quicquid pro eis meremur, propitiatus auerte. Per.

¶ Feria tertia. Statio ad sanctam Anastasiam. Introitus.



Domine refugiū factus es nobis a generatione in generationē: a seculo ⁊ i seculū tu es. ps. psal. 89
Priusquā mōtes fierēt, aut formaretur terra ⁊ orbis, a seculo ⁊ vsq̄ꝫ in seculuꝫ tu es deus. ℣. Gloria pa. Oratio.

Respice dn̄e familiam tuaꝫ, ⁊ presta: vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, que se carnis maceratione castigat. Per dominum nostrū. Alie orationes, vt in Dominica precedēti. Lectio Isaie prophete.

In diebus illis: Locutus c.55.
est Isaias propheta, dicēs. Querite dn̄ꝫ, dū inueniri potest: inuocate eū, dū prope est. Derelinquat impius viā suaꝫ, ⁊ vir iniquus cogitationes suas: ⁊ reuertatur ad dn̄ꝫ, ⁊ miserebitur eius: ⁊ ad deum nostrum, quoniā multus est ad ignoscendū. Nō enim cogitationes mee, cogitationes vestre, neq̄ꝫ vie vestre, vie mee, dicit dn̄s. Qr sicut exaltātur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris, ⁊ cogitationes mee a cogitationib⁹ vestris. Et quomodo descēndit imber ⁊ nix de celo, ⁊ illuc vltra nō reuertit: sed inebriat terram, ⁊ infundit eā, ⁊ germinare eam facit, ⁊ dat semē serenti, ⁊ panem comedēti. Sic erit verbū meum qd egrediētur de ore meo: non reuertētur ad me vacuum, sed faciet quecunq̄ꝫ volui, ⁊ prosperabitur in his ad que misi illud, ait dn̄s oīpotens.

Gradu.

psal. 140 Gradu. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinū. Sequē. S. euāg. s̄m Mattheū.



ca. 21 In illo tempore. Cum intrasset Jesus Hierosolymaz commota est vniuersa ciuitas, dicēs. Quis est hic? Populi autem dicebant. Hic est Jesus propheta, a Nazareth Galileę. Et intrauit Jesus in templū Dei: ⁊ eijciebat oēs vēdentes ⁊ ementes in tēplo: ⁊ mēsas numulariorum, ⁊ cathedras vendentiū colūbas, euertit. Et dixit eis. Scriptū ē. Dom⁹ mea domus orationis vocabif: vos autē fecistis illā speluncam latronū. Et accesserunt ad eū cęci, ⁊ claudi in templo: ⁊ sanauit eos. Uidentes autez principes sacerdotum, ⁊ scribę, mirabilia quę fecit, ⁊ pueros clamantes in tēplo, ⁊ dicentes, hosanna filio Dauid: indignati sunt, ⁊ dixerūt ei. Audis quid isti dicunt? Jesus autē dixit eis. Utiqz. Nunquam legistis, q2 ex ore infantium ⁊ lactentium perfecisti laudem? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam: ibiqz māsit.

psal. 39 Offerto. In te speraui dn̄e: dixi, tu es deus meus, in manibus tuis tempora mea. Secreta.

Oblatis, q̄s dn̄e, placare muneribus: ⁊ a cūctis nos defende periculis. Per dom. Alię orationes, vt in Dominica precedenti. Cōio. Cum inuocarem te, exaudisti me, deus iustitię meę: in tribulatione dilatasti me: miserere mihi dn̄e, ⁊ exaudi orationem meam. Postcōmunio. psal. 14

Presta, q̄s, ops deus: vt illius salutaris capiamus effectū, cuius per hęc mysteria pignus accepim⁹. Per. Alię postcōiones, vt in dn̄ica precedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Ascendant ad te dn̄e p̄ces nostrę: ⁊ ab ecclesia tua cunctā repelle nequitiam. Per do.

¶ Feria quarta Quatuor temporum. Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.



Reminiscere miserationum tuarum dn̄e, ⁊ misericordię tuę, q̄ a sęculo sunt: ne vnquam dominentur nobis inimici nostri: libera nos deus Israel, ex omnibus angustijs nostris. psal. 24 Ps. Ad te dn̄e leuaui animā meam: deus meus in te confido, nō erubescam. ℣. Gloria. post. Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Preces nostras, quęsumus domine, clementer exaudi: ⁊ contra cuncta nobis aduersantia, dexteram tuę maiestatis extende. Per dominum nostrum Jesum. Lectio libri Exodi.

In diebus illis: Dixit dominus ad Moysen: Ascen c. 24.

de ad me in montē, ⁊ esto ibi: da
boq; tibi duas tabulas lapideas:
⁊ legem, ac mandata que scripsi:
vt doceas filios Israel. Surre-
xerunt Moyses, ⁊ Josue mini-
ster eius: ascendens q; Moyses
in montē dei, senioribus ait. Ex
pectate hic donec reuertamur
ad vos. Habetis Aaron ⁊ Hur
vobiscum. Siquid natū fuerit
questionis, referetis ad eos. Cū
que ascēdisset Moyses, operuit
nubes montem: ⁊ habitauit glo
ria domini super Sinai, tegens il
lum nube sex diebus. Septimo
autem die vocauit eum domin⁹
de medio caliginis. Erat autem
species glorie dñi, quasi ignis ar
dens super verticem montis, in
cōspectu filiorū Israel. Ingres-
sus que Moyses medium nebu-
le, ascendit in montē. Et fuit ibi
quadraginta diebus, ⁊ quadra-
psal. ginta noctibus. Grad. Tribu-
24 lationes cordis mei dilatate sūt:
de necessitatibus meis erue me
domine. ℣. Uide humilitatē me
am, ⁊ laborē meū: ⁊ dimitte om-
nia peccata mea. Hic dicit Do-
minus vobiscum. Oremus.

Devotionē populi tui, que
sumus dñe, benign⁹ inten-
de, vt, qui per abstinētiā macerā-
tur in corpore, per fructum boni
operis reficiatur in mēte. Per.
Alie orationes, vt in Dñica pre-
cedenti. Lectio libri Regum.

3. ca. In dieb⁹ illis: Uenit Elias
19 in Bersabee Juda: ⁊ dimi-
sit ibi puerum suū: ⁊ perrexit in
desertū viam vnius diei. Cūm
que venisset, ⁊ sederet subter v-
nam Juniperum: petiuit anime
sue vt moreretur: ⁊ ait. Sufficit
mihi domine: tolle animā meā.
Neq; enim melior sum, quā pa-
tres mei. Proiecitq; se, ⁊ obdor
miuit: in vmbra iuniperi. Et ec-
ce, angelus dñi tetigit eum, dixit
q; illi. Surge, comede. Et respe
xit, ⁊ ecce ad caput suū subcineri-
cius panis, ⁊ vas aque. Comē-
dit ergo, ⁊ bibit: ⁊ rursū obdor-
miuit reuersus q; est angelus dñi
secundo, ⁊ tetigit eū: dixitq; illi.
Surge, comede: grādis enim ti-
bi restat via. Qui cū surrexisset;
comedit, ⁊ bibit, ⁊ ambulauit in
fortitudine cibi illius quadragin
ta dieb⁹ ⁊ quadraginta noctib⁹,
vsq; ad mōtē dei Horeb. Tra-
ctus. De necessitatibus meis psal.
eripe me dñe: vide humilitatem 24
meam ⁊ laborem meū, ⁊ dimitte
omnia peccata mea. ℣. Ad te
dñe leuaui animam meam, deus
meus in te confido, non erube-
scā: neq; irrideāt me inimici mei.
℣. Etenim vniuersi qui te expe-
ctant, nō confundentur: confun
dantur omnes facientes vana.
Sequē. S. euāg. sm Mattheū.



In illo tpe. Ac c. 12.
cesserūt ad Je-
sum scribe ⁊ phari-
sei, dicentes. Magi
ster, volumus a te si-
gnū videre. Qui re-
spondens ait illis.
Generatio mala, ⁊ adultera si-
gnum querit: ⁊ signum non dabi
tur ei, nisi signum Jone prophe
te.

te. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus dieb9 & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terre tribus dieb9 & trib9 noctibus. Viri Niniuite surgent in iudicio cū gñatione ista, & condēnabunt eā: qr penitentiā egērūt in predicatione Jone. Et ecce plus, quā Jonas, hic. Regina Austri surget in iudicio cū generatione ista, & condēnabit eā: qr venit a finibus terre audire sapiētiā Salomonis. Et ecce plus, q̄ Salomon, hic. Cum autē immūdus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, querens requiem, & non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domū meam, vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, scopis mundatā, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secū nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce, mater eius & fratres stabant foris, q̄rētes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce, mater tua & fratres tui foris stant, querentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait. Que est mater mea, & q sunt fratres mei? Et extendens manū in discipulos suos, dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quicūq3 enim fecerit voluntatē patris mei q in celis est: ipse meus frater & soror & mr̄ est. Offe. Meditabor in mandatis tuis, que dilexi valde: & leuabo manus meas ad mā- (psal. 118.)

data tua, que dilexi. Secreta.

Hostias tibi dñe placationis offerimus: &, vt delicta nr̄a miseratus absoluas, & vt nutantia corda tu dirigas. Per d. Alie secr. vt in Dñica precedēti.

Cōio. Intellige clamorē meū: intende voci orationis mee, rex meus & deus meus: quoniā ad te orabo domine. (psal. 5) Postcōmunio.

Tui dñe perceptione sacramenti, & a nostris mundemur occultis, & ab hostium liberemur insidiis. Per d. Alie post cōiones, vt in Dñica precedenti.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Mentes nostras, quesumus dñe, lumine tue claritatis illustra: vt videre possimus que agēda sunt: & que recta sunt agere valeamus. Per dominum n.

¶ Feria quinta. Statio ad sanctum Laurentium in Panepernа. Introitus.




Confessio, & pulchritudo in cōspectu eius: sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. (psal. 95) Psal. Cātate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria patri, & filio. Oremus.

Deuotionem populi tui, quesumus domine, benignus intende: vt, qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per dominum nostrum Jesum Christum fili. Alie ora-

tiones, vt in Dñica precedenti.
Lectio Ezechielis prophete.

ca.18 In diebꝰ illis. Factus est sermo domini ad me, dicens. Quid est, quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel, dicetes: patres comederūt vuam acerbā, ꝛ dentes filiorū obstupescunt: Viuo ego, dicit dominus deus: si erit vobis vltra parabola hec in prouerbium in Israel. Ecce, omnes anime, mee sunt: vt anima patris, ita ꝛ anima filij, mea est. Anima que peccauerit, ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus ꝛ fecerit iudicium ꝛ iustitiam: in montibus non comederit, ꝛ oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel: ꝛ vxorē proximi sui non violauerit: ꝛ ad mulierem menstruataꝫ non accesserit: ꝛ hominē non contristauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: panem suum esuriēti dederit: ꝛ nudum operuerit vestimento: ad vsuram non commodauerit, ꝛ amplius non accēperit: ab iniquitate auerterit manum suam: ꝛ iudicium verum fecerit inter virum ꝛ virū: ꝛ in preceptis meis ambulauerit, ꝛ iudicia mea custodierit, vt faciat veritateꝫ: hic iustus est. Vita viuet, ait dominus deus. Graduale.

psal. 16 Custodi me domine vt pupillā oculi: sub vmbra alarum tuaruꝫ protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant equitatem. Sequentia sancti euange. ſm Mattheum.




In illo tpe. Egressus Iesus secessit in partes Tyri ꝛ Sidonis. Et ecce, mulier Chananea a finibꝰ illis egressa clamauit dicēs ei. Miserere mei dñe fili Dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui non respōdit ei verbū. Et accedentes discipuli eius, rogabant eū dicentes. Dimitte eam: qꝛ clamat post nos. Ipse autem respōdens, ait. Non sum missus, nisi ad oues, que perierunt, domus Israel. At illa venit: ꝛ adorauit eū, dicens. Dñe, adiuua me. Qui respondens, ait. Non est bonuꝫ sumere panem filiorꝫ, ꝛ mittere canibus. At illa dixit. Etiā dñe. Nā ꝛ catelli edunt de micis, que cadunt de mensa dñorum suorꝫ. Tunc respōdēs Iesus, ait illi. O mulier, magna est fides tua. Fiat tibi, sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Offe. Immittet angelus dñi in circuitu timētiū eū, ꝛ eripiet eos: gustate, ꝛ videte, qm̄ suauis est dns. Secre. ca.15 psal. 33

Sacrificia dñe, q̄s, propitiꝰ ista nos saluēt, q̄ medicinalibus sūt instituta ieiuniis. Per.
Alie secr. vt in dñica precedēti.
Cōio. Panis quē ego dedero, caro mea est, p seculi vita. Postco. Jo. 6

Tuorum nos domine largitate donorum ꝛ temporalibus attolle presidiis, ꝛ renoua sempiternis. Per dominum no.

Super

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.
O A, q̃s dñe, populis christianis: et que profitētur agnoscere: et celeste munus diligere, quod frequentant. Per dñm n.
¶ Feria vj. Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introit.



De necessitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea. Psalm. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria pa. Oremus.
Esto dñe propitius plebi tue: et quā tibi facis esse deuotā, benigno refoue miseratus auxilio. Per dñm. Alie orationes, vt in Dominica precedenti.
Lectio Ezechielis prophete.
c. 18. Haec dicit dominus deus. Anima que peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris: et pater non portabit iniquitatem filij. Justitia iusti super eū erit: et impietas impij erit super eū. Si autē impius egerit penitētiā ab omnibus peccatis suis que operatus est, et custodierit vniuersa precepta mea, et fecerit iudiciū et iustitiā: vita viuet, et non morietur. Omniū iniquitatū eius, quas operatus est, non recordabor. In iustitia sua, quā operatus est, viuet. Nunqd voluntatis mee est mors impij, dicit dominus deus, et non vt cōuertatur a vijs suis, et viuat? Si autē auerterit se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitatem fm oēs abominationes quas operari solet impius: nunquid viuet? Omnes iustitie eius quas fecerat, nō recordabuntur. In preuaricatione sua qua preuaricatus est, et in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis. Nō est equa via dñi. Audite ergo domus Israel. Nūquid via mea nō est equa, et non magis vie vestre praue sunt? Cū enim auerterit se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitatē: morietur in eis. In iniustitia quā operatus est, morietur. Et cū auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est, et fecerit iudicium et iustitiam: ipse animam suam viuificabit. Considerans enim, et auertens se ab oībus iniquitatibus suis quas operatus est: vita viuet et nō morietur, ait dominus ops. Grad.
Saluum fac seruum tuū deus meus sperātē in te. ℣. Auribus percipe dñe orationem meam. psal. 85
Tractus. Domine non secundū peccata nostra, que fecimus nos: neq fm iniqtates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarum: cito anticipēt nos misericordie tue, q pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et pter gloriā nominis tui dñe libera nos: et propitius esto peccatis nrīs, propter nomen tuū. Sequētia sancti euangelij fm Joannem. psal. 102 psal. 78

ca.5. 
IN illo tpe: Erat dies festus Judeorū: et ascendit Jes⁹ Hierosolymā. Est autē Hierosolymis Probatica piscina, que cognominatur hebraice Bethsaida, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentiū, cecorū, claudorū, aridorū, expectantium aque motū. Angelus autem dñi secundū tempus descendebat in piscinā: et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionē aque, sanus fiebat a quacunq; detinebatur infirmitate. Erat aūt quidā homo ibi, triginta et octo annos habēs in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Jesus iacentē: et cognouisset, qr iā multū tēpus haberet, dixit ei. Uis sanus fieri? Respondit ei languidus. Dñe, hominē nō habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me i piscinā. Dū venio enī ego, alius ante me descēdit. Dicit ei Jesus. Surge: tolle grabatū tuū, et ambula. Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatū suū, et ambulabat. Erat aūt sabbatū in illa die. Dicebant ergo Judei, illi, qui sanus factus fuerat. Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuū. Respondit eis. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum, et ambula. Interrogauerūt ergo eū. Quis est ille homo, q dixit tibi: tolle grabatum tuum, et ambula. Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Jesus aūt declinauit a turba cōstituta in loco. Postea inuenit eum Jesus in tēplo, et dixit illi. Ecce san⁹ factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliqd cōtingat. Abijt ille homo: et nunciauit iudeis, qr Jesus esset, qui fecit eum sanū.

Offer. Benedic anima mea domino, et noli obliuisci oēs retributiones eius: et renouabitur sicut aquila iuuētus tua. psal. 102

Secre. SUscipe, qs dñe, munera nostris oblata seruitijs: et tua propitius dona sanctifica. Per.

Alie secr. vt in Dñica precedēti.

Cōio. Erubescant, et conturbētur omnes inimici mei: auertantur retrorsum, et erubescant valde velociter. psal. 6

Postcommunio. PEr huius domine operationem mysterij, et vitia nostra purgentur, et iusta desideria cōpleantur. Per d.

Alie postcōiones, vt in dñica precedenti.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

EXaudi nos misericors deus: et mentibus nostris gratie tue lumen ostende. Per do.

¶ Sabbato. Statio ad sanctum Petrum. Introitus.


INtret oratio mea in conspectu tuo: inclina aurem tuā ad precem meam domine. psal. 87 Psalm⁹. Dñe deus salutis mee: in die clamaui, et nocte corā te. ℣. Gloria patri. post Kyrie eleison.

eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.
Populum tuum, quesumus domine, propitius respice: atque ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per dnm.
Lectio libri Deuteronomii.
c.26. In diebus illis: Locutus est Moyses ad dominum, dicens. Respice domine de sanctuario tuo, & de excelso celorum habitaculo: & benedic populo tuo Israel, & terre quam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terre lacte & melle manati. Audi Israel. Hodie dominus deus tuus precepit tibi, vt facias mandata eius atque iudicia: & custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie, vt sit tibi deus: & ambules in viis eius: & custodias ceremonias illius, & mandata atque iudicia: & obedias eius imperio. En, dns elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi: & custodias omnia precepta illius: & faciet te excelsiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam suam: vt sis populus sanctus dni dei tui, sicut locutus est tibi.
psal. 78 Grad. Propitius esto dne peccatis nostris: nequando dicant gentes, vbi est deus eorum? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui dne libera nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.
Protector noster aspice deus: vt, qui malorum nostrorum pondere premimur, percepta misericordia tua, libera tibi mente famulemur. Per domi.
Lectio libri Deuteronomii.
In diebus illis: Dixit Moyses filiis Israel. Si custodieritis mandata, que ego precipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis dnm deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius adherentes ei: disperdet dns oes gentes istas ante faciem vestram, & possidebitis eas que maiores & fortiores vobis sunt. Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, & Libano, & flumine magno Euphrate, vsque ad mare occidentale, erunt termini vestri. Nullus stabit contra vos. Terrorem vestrum & formidinem dabit dominus deus vester super omnem terram quam calcaturi estis: sicut locutus est vobis dns deus vester. Gradua. ca.11
Protector noster aspice deus, & respice super seruos tuos. ℣. psal. 83
Domine deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.
Adesto qs dne supplicationibus nostris: vt esse, te largiente, mereamur & inter prospera humiles, & inter aduersa securi. Per. Lco libri Machabeorum.
In diebus illis: Orationem faciebant sacerdotes, dum offerrent sacrificium pro populo Israel, Jonatha inchoante, ceteris autem respondentibus, & dicentibus. Benefaciat vobis deus: & meminerit testamenti sui, quod 2. c1.

locutus est ad Abraam, Isaac, ⁊
Jacob, pueroꝝ suorũ fideliũ. Et
det vobis cor omnibus: vt colá
tis eum, ⁊ faciátis eius voluntá-
teꝫ corde magno ⁊ animo volen
ti. Adapériat cor vestruꝫ in lege
sua ⁊ in preceptis suis: ⁊ faciat
pacem. Exáudiat orationes ve-
stras: ⁊ reconcilietur vobis, nec
vos déserat in tempore malo,
psal. 98 dñs deus vester. Grad. Con-
uertere dñe aliquántulum, ⁊ de-
precare super seruos tuos. V.
Dñe, refugiuꝫ factus est nobis a
generatione in gñationeꝫ. Ore
mus. Flectámus gé. R. Leua.

P Reces pópuli tui, quęsu-
mus domine, clementer
exaudi: vt qui iuste pro peccatis
nostris affligimur, pro tui nómi-
nis gloria misericorditer libere-
mur. Per. Lcõ libri sapientię.

eccl. 36 M Iserére nostri deus ómni-
um, ⁊ réspice nos: ⁊ osten-
de nobis lucem miserationũ tuá
rum: ⁊ immitte timórem tuum
super gentes quę non exquisié-
runt te: vt cognoscát, quia nó est
deus nisi tu: vt enárrent magná-
lia tua. Alleua manum tuá super
gentes alienas: vt videát poten
tiaꝫ tuá. Sicut enim in cóspectu
coruꝫ sanctificatus es in nobis:
sic in conspectu nostro magnifi-
cáberis in illis: vt cognoscát te,
sicut ⁊ nos cognouimus, qm̃ nó
est deus pręter te domine. In-
noua signa, ⁊ immúta mirabilia.
Glorifica manum, ⁊ brachium
dextrum. Excita furóreꝫ, ⁊ effun
de iram. Tolle aduersariuꝫ, ⁊ af-
flige inimicuꝫ. Festina tempus,
⁊ meménto finis: vt enarrent mi
rabilia tua, domine deus noster.
Grad. Dirigátur oratio mea, si
cut incensum in cóspectu tuo do
mine. V. Eleuatio manuũ meá-
rũ sacrificiũ vespertinum. Ore
mus. Flectamus ge. R. Leua.

A Ctiónes nostras, q̃s dñe,
aspirando préueni, ⁊ adiu-
uando proséquere: vt cuncta no
stra oratio ⁊ opátio semp a te inci
piat, ⁊ per te cępta finiat. Per.

Lectio Danielis prophetę.

I N diebus illis: Angelus ca. 3.
domini descendit cum A-
zaria, ⁊ sociis eius in fornácem:
⁊ excussit flammam ignis de for-
nace: ⁊ fecit médium fornacis,
quasi ventum roris flanteꝫ. Flá
ma autem diffusa est super forná
ceꝫ cúbitis quadraginta nóueꝫ:
⁊ incendit quos réppit iuxta for
nacem de Chaldęis ministros
regis, qui eam incendébant. Il-
los autem omnino non tétigit
ignis, neque cõtristauit, nec quic
quam moléstię intulit. Tunc hi
tres, quasi ex vno ore, laudabát,
⁊ glorificabant, ⁊ benedicébant
deũ in fornace, dicentes. Hymn.

B Enedictus es domine de-
us patrum nostroruꝫ. Et
laudabilis, ⁊ gloriosus in secula.
Et benedictum nomen glorię
tuę, quod est sanctum. Et lau-
dabile, ⁊ gloriosuꝫ in secula. Be
nedictus es in templo sancto glo
rię tuę. Et laudabilis ⁊ glorio-
sus in secula. Benedictus es su
per thronũ sanctuꝫ regni tui. Et
lauda-

laudabilis ꝛ gloriosus in secula. Benedictus es super sceptrum diuinitatis tuę. Et laudabilis, ꝛ gloriosus in secula. Benedictus es q sedes super cherubim, intuēs abyssos. Et laudabilis, ꝛ gloriosus in secula. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorū, ꝛ super vndas maris. Et laudabilis, ꝛ gloriosus in secula. Benedicant te omnes angeli, ꝛ sancti tui. Et laudent te, ꝛ glorificent in secula. Benedicant te celi, terra, mare, ꝛ omnia quę in eis sunt. Et laudent te, ꝛ glorificent in secula. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Et laudabili, ꝛ glorioso in secula. Sicut erat in principio, ꝛ nūc ꝛ semper, ꝛ in secula seculorum. Amen. Et laudabilis ꝛ gliosus in secula. Benedictus es dñe deus patrū nostrorū. ℟. Et laudabilis, ꝛ gloriosus in secula. Hic dr ℣. Dñs vobiscū. Non dicitur Flectamus genua. Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flāmas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominū. Alię orationes, vt in Dominica precedenti. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

1. c. 5 Fratres: Rogamus vos, corripite inquiētos, cōsolamini pusillánimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Uidete ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonū est sectámini in inuicem, ꝛ in omnes. Semper gaudete. Sine intermissione orate. In omnibus grátias ágite. Hęc est enim voluntas dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite spérnere. Omnia autem probáte: quod bonū est tenete. Ab omni specie mala abstinéte vos. Ipse autē deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester, ꝛ anima, ꝛ corpus sine querēla, in aduētu dñi nostri Iesu Christi seruetur. Tractus.

Laudate dominū omnes gentes: ꝛ collaudate eū omnes populi. ℣. Qm̄ cōfirmata est sup nos misericordia eius: ꝛ veritas dñi manet in ęternū. Euangelium. psal. 116.

In illo tpe: Assumpsit Iesus Petrum ꝛ Iacobū. quere in sequenti dñica. Offer. Domine deus salutis meę, in die clamaui ꝛ nocte coraꝫ te: intret oratio mea in conspectu tuo domine. Secre. psal. 87

Presentibus sacrificiis, q̄s domine, ieiunia nostra sanctifica: vt, quod obseruátia nr̄a profitētur exterius, interius operetur. Per. Alię secre. vt in dominica precedēti. Cōmunio. Domine deus in te speraui, libera me ab omnibus persequētibus me, ꝛ éripe me. Postcommunio. psal. 7

Sanctificationibus tuis omnipotens deus, ꝛ vitia nostra curentur, ꝛ remedia nobis ęterna proueniant. Per d. Alię postcoiones, vt in dñica pcedē. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

FIdeles tuos deus benedictio desiderata confirmet: q̃ eos, ⁊ à tua volũtate nũquã faciat discrepare, ⁊ tuis semp indulgeat beneficiis gratulari. Per.

¶ Dominica secunda in Quadragesima. Statio ad sanctam Mariam in Dominica. Introit.

psal. 24



Eminiscere miserationum tuarum dñe: ⁊ misericordię tuę, quę à seculo sunt, ne vnquaꝫ dñentur nobis inimici nostri: libera nos deꝰ Israel ex oibus angustiis nostris. Ps. Ad te dñe leuaui animã meam, deus meus in te cõfido, non erubescam. ℣. Gloria. Oremus.

DEus, q cõspicis oĩ nos virtute destitui: interius, exteriusque custodi: vt ab oibus aduersitatibus muniamur in corpore, ⁊ à prauis cogitationibus mũdemur in mẽte. Per. Ad poscẽda suffragia sanctoruꝫ. Oratio.

A Cunctis nos, q̃s dñe, mẽtis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedẽte beata ⁊ gloriosa semperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis aplis tuis Petro ⁊ Paulo, atque btõ N. ⁊ oibus sãctis: salutẽ nobis tribue benignus ⁊ paceꝫ: vt destructis aduersitatibus ⁊ erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eundem do.

OMnipotẽs sempiterne deus, qui viuorum dominaris simul ⁊ mortuoruꝫ, omniumque misereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros esse prenoscis: te supplices exoramus: vt, pro quibus effundere preces decreuimꝰ quosque vel presens seculuꝫ adhuc in carne retinet, vel futuruꝫ iaꝫ exutos corpore suscepit: intercedentibus oibus sanctis tuis: pietatis tuę clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum nost.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

FRatres: Rogamus vos: ⁊ obsecramus in domino 1.C.4
Jesu: vt, quemadmoduꝫ accepistis à nobis, qũo vos oporteat ambulare, ⁊ placere deo: sic ⁊ ambuletis, vt abũdetis magis. Scitis enim q̃ precepta dederim vobis, p dñm Jesum. Hęc est enim volũtas dei, sanctificatio vestra: vt abstineatis vos à fornicatione: vt sciat vnusquisque vestrum vas suũ possidere in sanctificatione ⁊ honore: nõ in passione desiderij, sicut ⁊ gentes quę ignorãt deũ. Et ne quis supergrediatur, neq; circũueniat in negocio fratrem suum: quoniam vindex est dñs de his omnibus, sicut predicimus vobis, ⁊ testificati sumus. Non enim vocauit nos deus in immunditiam: sed in sanctificationem: In Christo Jesu domino nostro. Grad. Tribulatio- psal. 24
nes cordis mei dilatatę sunt: de necessitatibus meis eripe me domine. ℣. Uide humilitateꝫ meã, ⁊ laborem meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea. Trac. Confi- psal. 105
temini domino, qm̃ bonus: quoniam

niam in seculū misericordia eius. ℣. Quis loquet potentias dn̄i: auditas faciet oēs laudes eius? ℣. Beati qui custodiunt iudiciū, ⁊ faciūt iustitiā in oi tpe. ℣. Memēto nr̄i dn̄e in beneplacito populi tui: visita nos i salutari tuo. Seque. scti euāg. sm̄ Mattheū.

ca.7. 

In illo tempore. Assumpsit Jesus Petrum ⁊ Jacobum ⁊ Joannē fratrē eius, ⁊ duxit illos in montē excelsū seorsum: ⁊ trāsfiguratus est ante eos. Et resplēduit facies eius sicut sol: vestimēta aūt ei⁹ facta sūt alba sicut nix. Et ecce, apparuerūt illis Moyses ⁊ Elias cū eo loquētes. Respōdēs aūt Petrus, dixit ad Jesum. Dn̄e, bonū est nos hic esse. Si vis, faciam⁹ hic tria tabernacula: tibi vnū, Moysi vnū, ⁊ Elie vnū. Adhuc eo loquēte, ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicēs. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderūt in faciē suā, ⁊ timuerūt valde. Et accessit Jesus, ⁊ tetigit eos, dixit q; eis. Surgite, ⁊ nolite timere. Leuātes autē oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Jesum. Et descendentibus illis de monte, precepit eis Jesus dicēs. Nemini dixeritis visionē: donec filius hominis a mortuis resurgat.

M. R. N.

Credo. Offer. Meditabor in mandatis tuis, que dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua, que dilexi. psal. 181. Secreta.

Sacrificiis presētibus dn̄e, q̄s, intēde placatus: vt ⁊ deuotioni nostre proficiant, ⁊ saluti. Per dominū. Alie Secrete.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis ⁊ corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in presenti, ⁊ gloriam in futuro.

Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locādus: tribue quesumus: vt, intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorū, quos in oratione cōmēdatos suscepimus, ⁊ nomina omnium fidelium beate predestinationis liber ascripta retineat. Per do.

Cōio. Intellige clamorem meum: intende voci orationis mee, rex meus, ⁊ Deus meus: quoniā ad te orabo domine. ps. 5. Postcōio.

Supplices te rogamus ops de⁹: vt quos tuis reficis sacramētis, tibi et placitis morib⁹ dignanter deseruire concedas. Per do. Alie postcōmuniones.

Mundet, ⁊ muniat nos, que sumus dn̄e, diuini sacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis aplis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ omnibus sanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruersitatibus expiatos, ⁊ aduersitatibus expeditos.

PUrificent nos, qs, ops et misericors deus, sacramenta que sumpsimus: et intercedentibus omnibus sanctis tuis, presta: vt hoc tuum sacramentum nõ sit nobis reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorũ atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorũ. Per do.

¶ Feria secunda. Statio ad sanctum Clementem. Introitus.

psal. 25



REdime me dñe, et miserere mei, pes enim meus stetit in via recta: in ecclesijs benedicã dñm. Ps. Judica me domine, qm̃ ego i innocẽtia mea ingressus sũ: et in dño sperans, non infirmabor. ℣. Gloria. Oremus.

PResta, qs, ops deus: vt familia tua, que se affligendo carnem ab alimentis abstinet: sectando iustitiam a culpa ieiunet. Per dominum no. Alie orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio Danielis prophete.

ca. 9 IN diebus illis. Orauit Daniel dominum, dicens. Domine deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti, et fecisti tibi nomẽ secundum diem hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus. Domine in omnem iustitiam tuam, auertatur obsecro ira tua, et furor tuus a ciuitate tua Hierusalem, et a monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, et iniquitates patrum nostrorũ, Hierusalem et populus tuus in opprobriũ sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi domine deus noster orationem serui tui, et preces eius: et ostende faciẽ tuam super sanctuarium tuum quod desertum est. Propter temetipsum inclina deus meus aurẽ tuã, et audi: aperi oculos tuos, et vide desolationem nostram, et ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam: sed in miserationibus tuis multis. Exaudi domine, placare domine: attende et fac, ne moreris propter temetipsum deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem, et super populũ tuum, domine deus noster. Graduale.

psal. 69 Adiutor meus, et liberator meus esto: domine ne tardaueris. ℣. Confundantur, et reuereantur inimici mei, qui querunt animam meam. Tractus.

psal. 78 Domine non secundum peccata nostra, que fecimus nos, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe

psal. 102 ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum: cito anticipẽt nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriã nominis tui dñe libera nos: et propitius esto peccatis nostris, propter nomẽ tuum.

Sequen. S. euang. sm̃ Joanem.

In

ca. 8.

In illo tpe. Dixit Jesus turbis Judeorum. Ego vado, et queretis me: et in peccato vr̃o moriemini. Quo ego vado, vos nō potestis venire. Dicebant ergo Judei. Nunquid interficiet semetipsū, qr dicit: quo ego vado, vos nō potestis venire? Et dicebat eis. Uos de deorsu estis: ego de supernis sū. Uos de mūdo hoc estis: ego nō sum de hoc mūdo. Dixi ergo vobis: qr moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis, qr ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebāt ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Jesus. Principiū: qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, et iudicare. Sed q misit me, verax est: et ego, q̄ audiui ab eo, hec loquor in mundo. Et nō cognouerunt, qr patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis Jesus. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis qr ego sū, et a meipso facio nihil: sed sicut docuit me Pater, hec loquor. Et q me misit, mecū est: et nō reliquit me solum, qr ego que placita sunt ei, facio semper. Offert.
psal. 15
Benedicā dn̄m, qui tribuit mihi intellectū: prouidebā dn̄m in cōspectu meo semp: qm̄ a dextris est mihi, ne cōmouear. Secreta.
Hec hostia dn̄e placationis et laudis, tua nos protectione dignos efficiat. Per do. Alie secre. vt in dn̄ica precedenti.

Cōio. O dn̄e dn̄s noster, quā admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. psal. 8 Postcommunio.
Hec nos communio domine purget a crimine: et celestis remedij faciat esse cōsortes. Per dominum. Alie postcommuniones, vt in Dominica precedenti. Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra deo.
Adesto supplicationibus nostris ops̄ deus: et quibus fiduciam sperande pietatis indulges, cōsuete misericordie tribue benignus effectum. Per domi.

¶ Feria iij. Statio ad sanctam Balbinam. Introitus.


Tibi dixit cor meū, q̄siui vultū tuū: vultū tuū dn̄e reqrā: ne auertas faciem tuam a me. Psal. psal. 26
Dn̄s illuminatio mea, et salus mea: quem timebo? ℣. Gloria patri et fil. Oremus.
Perfice, q̄s dn̄e, benignus, in nobis obseruantie sancte subsidium: vt que te auctore facienda cognouimus, te operante impleamus. Per d. Alie orationes, vt in Dominica precedenti. Lectio libri Regum.
In diebus illis. Factus est sermo domini ad Eliam c. 17.
Thesbitem, dicens. Surge et vade in Sarephthā Sidoniorū, et manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vidue, vt pascat te. Surrexit, et abijt in Sarephthā. Cūque venisset ad portā ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colli-

gens ligna, ⁊ vocauit eã, dixitq̄ ei. Da mihi paululũ aque in vase, vt bibã. Cumq̄ illa pgeret vt afferret, clamauit post tergũ eius, dicẽs. Affer mihi obsecro ⁊ buccellã panis in manu tua. Que respõdit. Viuit dñs deus tuus, q̄ nõ habeo panẽ, nisi quãtũ pugillus capere põt farine in hydria, ⁊ paululũ olei in lecytho. En colligo duo ligna: vt ingrediar, ⁊ faciam illud mihi, ⁊ filio meo: vt comedam⁹ ⁊ moriamur. Ad quã Elias ait. Noli timere: sed vade, ⁊ fac sicut dixisti. Verũtamẽ mihi primũ fac de ipsa farinula subcinericiũ panẽ paruulũ, ⁊ affer ad me: tibi autẽ ⁊ filio tuo facies postea. Hec autẽ dicit dñs deus Israel. Hydria farine nõ deficiet: nec lecythus olei minuetur, vsq̄ in diẽ in qua daturus est dñs pluuiã super faciẽ terre. Que abiit, ⁊ fecit iuxta verbũ Elie. Et comedit ipse, ⁊ illa, ⁊ domus eius. Et ex illa die, hydria farine nõ d fecit: ⁊ lecythus olei nõ est imminutus, iuxta verbũ dñi, qd locutus fuerat in manu Elie. Grad.

psal. 54 Iacta cogitatũ tuũ in dño, ⁊ ipse te enutriet. V. Dũ clamarẽ ad dominũ, exaudiuit vocem meã ab his qui appropinquãt mihi.

Sequẽ. S. euãg. sm Mattheũ.



c. 23 In illo tpe: Locut⁹ est Jesus ad turbas, ⁊ ad discipulos suos, dicens. Super Cathedram Moysi sederũt Scribe ⁊ pharisei. Oia ergo, quecũq̄ dixerint vobis, seruate, ⁊ facite: secundũ vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim, ⁊ non faciunt. Alligant enim onera grauia ⁊ importabilia, ⁊ imponũt in humeros hominũ: digito autẽ suo nolũt ea mouere. Omnia vero opera sua faciũt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enĩ phylacteria sua, ⁊ magnificant fimbrias. Amãt autẽ primos recubitus in cenis, ⁊ primas cathedras in synagogis, ⁊ salutatiões in foro, ⁊ vocari ab hominibus, rabbi. Vos aũt nolite vocari rabbi. Un⁹ est enĩ magister vester: oẽs aũt vos fratres estis. Et patrẽ nolite vocare vobis super terrã: vnus est enĩ pater vester qui est in celis. Nec vocemini magistri: q̄ magister vester, vnus est Chrũs. Qui maior ẽ vrũ, erit minister vester. Qui aũt se exaltauerit, humiliabitur: ⁊ q̄ se humiliauerit, exaltabitur.

Offerto. Miserere mei dñe sm magnã misericordiã tuã: dele domine iniquitatem meã. psal. 50

Secre.

Sanctificationem tuam nobis domine his mysterijs operare placatus: que nos ⁊ a terrenis purget vitijs: ⁊ ad celestia dona perducat. Per domi.

Alie secrete, vt in Dominica precedenti.

Comunio. Narrabo omnia mirabilia tua: letabor ⁊ exultabo in te: psallam nomini tuo altissime. psal. 9

Post communio.

Ut sacris domine reddamur digni muneribus, fac nos tuis, quesumus, semper obe

dire

dire mandatis. Per. Alie postcoiones, vt in Dñica precedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

PRopitiare dñe supplicationibus nostris, et aiarum nostrarũ medére languoribus: vt, remissione percepta, in tua semp benedictione letémur. Per do.

¶ Feria quarta. Statio ad sanctam Ceciliam. Introitus.

psal. 37

NE derelinquas me dñe deus meus, ne discedas à me: intende in adiutorium meum, dñe virtus salútis mee. Psal. Dñe ne in furóre tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. ℣. Gloria. Oremus.

POpuluz tuuz domine propitius réspice: et, quos ab escis carnalibus precipis abstinére, à noxijs quoque vitijs cessare concede. Per dominum n. Alie orationes, vt in Dominica precedenti. Lectio libri Hester.

ca. 13 IN diebus illis: Orauit Mardocheus ad dñm, dicens. Domine deus rex omnipotens, in ditióne tua cuncta sunt pósita: et non est qui possit tue resistere voluntati. Si decreueris saluáre nos, continuò liberábimur. Tu enim domine fecisti celum et terram, et quicquid celi ambitu continetur. Tu es dominus omnium: et non est qui resistat maiestati tue. Et nunc domine rex regum, deus Abrahaz, miserére populo tuo: qr volunt nos inimici nostri pérdere, et hereditatem tuam delére. Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi: sed exaudi deprecationem nostraz, et propitius esto sorti et funiculo hereditatis tue. Et conuerte luctum nostruz in gaudium: vt viuétes laudemus nomé tuum: et ne claudas ora canétium te, dñe deus noster. Grad.

psal. 27 Saluum fac pópulum tuuz domine, et be[...] hereditati tue. ℣. Ad te [...]e clamaui, deus meus ne silea[...] me, et ero similis descenden[...] in lacuz. Tractus.

psal. 102. Domine, no[...] secundum peccata nostra que fécimus nos, neqz secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne meminéris iniquitatum nostraruz

psal. 78 antiquaruz: cito anticipent nos misericordie tue, qr paupéres facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutáris noster, et propter gloriam nominis tui domine libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomé tuum. Sequé. S. euág. sm Mattheũ.

ca. 28

IN illo tpe: Ascendens Jesus Hierosolymam, assúpsit duodeciz discipulos suos secreto, et ai[...] illis. Ecce ascéndi[...]mus Hierosólymá, et filius hominis tradetur principibus sacerdotũ, et scribis: et condénabunt eũ morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum, et flagellandum, et crucifigendum: et die tertia resurget. Tunc acces

sit ad eum mater filiorum Zebedei cum filijs suis, adorans ⁊ petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, ⁊ vnus ad sinistram, in regno tuo. Respondens autem Jesus, dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. Jesus autem vocauit eos ad se: ⁊ ait. Scitis, quia principes gentium dominantur eorum: ⁊ qui maiores sunt, potestatem exercent in eos? Non ita erit inter vos. Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: ⁊ qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari: sed ministrare, ⁊ dare animam suam redemptio-
psal. nem pro multis. Offert. Ad te
24 domine leuaui animam meam, deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur. Secr.

Hostias, quesumus domine, quas tibi offerimus propitius respice: ⁊ per hec sancta commercia, vincula peccatorum nostrorum absolue. Per. Alie secrete, vt in dominica
psal. precedenti. Cōio. Iustus dominus,
10 ⁊ iustitiam dilexit: equitatem vidit vultus eius. Postcōmunio.

Sumptis domine sacramentis, ad redemptionis eterne, quesumus, proficiamus augmentum. Per. Alie postcōiones, vt in Dominica prece. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Deus innocentie restitutor ⁊ amator, dirige ad te tuorum corda seruorum: vt spiritus tui feruore concepto, ⁊ in fide inueniantur stabiles, ⁊ in opere efficaces. Per do. in vni. eiusdem.

¶ Feria v. Statio ad sanctam Mariam trans Tyberim Intro.



Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festina: confundantur, ⁊ reuereantur omnes inimici mei qui querunt animam meam. psal. 69
Psalmus. Auertantur retrorsum, ⁊ erubescant qui volunt mihi mala. ℣. Gloria. Oremus.

Presta nobis, quesumus domine, auxilium gratie tue: vt ieiunijs ⁊ orationibus conuenienter intenti liberemur ab hostibus mentis ⁊ corporis. Per. Alie orationes, vt in Dominica precedenti. Lectio Hieremie prophete.

Hec dicit dominus deus. c. 17.
Maledictus homo qui confidit in homine, ⁊ ponit carnem brachium suum: ⁊ a domino recedit cor eius. Erit enim quasi myrice in deserto, ⁊ non videbit cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis, ⁊ inhabitabili. Benedictus

ctus

ctus vir qui confidit in domino, ꝛ erit dominus fiducia eius. Et erit quasi lignū quod transplantatur super aquas, quod ad humorē mittit radices suas: ꝛ nō timebit cū venerit estus. Et erit foliū eius viride: ꝛ in tempore siccitatis nō erit solicitū: nec aliquando desinet facere fructum. Prauum est cor hominis ꝛ inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego dn̄s scrutans corda, ꝛ probans renes: qui do vnicuiq; iuxta viā suam, ꝛ iuxta fructum adinuentionum suarum. Dicit dominus
psal. 78 omnipotens. Gradu. Propitius esto peccatis nostris dn̄e, ne quādo dicant gentes, vbi est deus eorum? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, ꝛ propter honorē nominis tui dn̄e libera nos. Sequē. S. euāgelii s̄m Lucam.
ca. 16 In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Homo quidā erat diues, ꝛ induebatur purpura ꝛ bysso: ꝛ epulabatur quotidie splendide. Et erat quidā mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus: cupiēs saturari de micis que cadebant de mensa diuitis, ꝛ nemo illi dabat. Sed ꝛ canes veniebant, ꝛ lingebant vlcera eius. Factū est autem, vt moreretur mendicus, ꝛ portaretur ab angelis in sinū Abrahe. Mortuus est autem ꝛ diues: ꝛ sepultus est in inferno. Eleuans autē oculos suos, cum esset in tormētis, vidit Abraham a lōge, ꝛ Lazarū in sinu eius. Et ipse clamās dixit. Pater Abraham miserere mei: ꝛ mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquā, vt refrigeret linguam meam: qꝛ crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham. Fili, recordare qꝛ recepisti bona in vita tua, ꝛ Lazarus similiter mala: nūc autem hic cōsolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus, inter nos ꝛ vos chaos magnum firmatum est: vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint: neque inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne ꝛ ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham. Habent Moysen, ꝛ prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non pater Abrahā: sed siquis ex mortuis ierit ad eos, penitentiam agent. Ait autem illi. Si Moysen ꝛ prophetas non audiunt: neque, siquis ex mortuis resurrexerit, credent. Offertorium. Precatus est Moyses Ex.
in conspectu domini dei sui, ꝛ dixit: quare domine irasceris in po 32.
pulo tuo? parce ire anime tue: memento Abrahā, Isaac, ꝛ Jacob: quibus iurasti dare terram fluentem lac, ꝛ mel: ꝛ placatus est dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo. Secreta.

Presenti sacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata sanctificent: vt quod obseruantia nostra profitetur exterius, interius operetur effectu. Per d.

Alie secr. vt in Dñica precedenti. Cōmunio. Qui manducat
Jo.6 meam carnem, et bibit meum sanguinez: in me manet, et ego in eo, dicit dominus. Postcōmunio.

Gratia tua nos, quesumus domine, non derelinquat: que et sacre nos deditos faciat seruituti, et tuā nobis opem semper acquirat. Per. Alie postcōmuniones, vt in Dominica precedēti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Adesto domine famulis tuis, et perpetuam benignitatem largire poscentibus: vt his, qui te auctore, et gubernatore gloriantur, et congregata restaures, et restaurata cōserues. Per.

¶ Feria sexta. Statio ad sanctum Vitalem. Introitus.

psal. 16.




Ego autem cuz iustitia apparebo in conspectu tuo: latiabor, dū manifestabit gloria tua. psal. Exaudi dñe iustitiā meā: intende deprecationez meā. ℣. Gloria. Oremus.

Da, q̄s, oīps deus, vt sacro nos purificāte ieiunio, synceris mentibus ad sancta ventura facias puenire. Per do. Alie orationes, vt in Dominica precedenti. Lectio libri Genesis.

ca.37 In diebus illis: Dixit Joseph fratribus suis. Audite somniuz meū, quod vidi. Putabā nos ligare manipulos in agro: et quasi consurgere manipulum meuz, et stare, vestrosq3 manipulos circūstātes adorare manipulū meum. Respōderunt fratres eius. Nunqd rex noster eris: aut subijciemur ditioni tue? Hec ergo causa somnioz atq3 sermonū, inuidie et odij fomitē ministrauit. Aliud quoq3 somniū vidit, qd narrās fratribus, ait. Vidi p somniū quasi solē, et lunā, et stellas vndecim adorare me. Qd cū patri suo, et fratribus retulisset, increpauit eū pater, et dixit. Quid sibi vult hoc somniū, qd vidisti? Nunqd ego, et mr̄ tua, et fratres tui adorabimus te super terrā? Inuidebāt igit ei fratres sui: pater vero rē tacitus cōsiderabat. Cūq3 fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichē, dixit ad eum Israel. Fratres tui pascūt oues ī Sichimis: veni, mittā te ad eos. Quo respōdēte, presto suz: ait. Vade, et vide, si cūcta pspera sint erga fratres tuos, et pecora: et renūcia mihi qd agatur. Missus de valle Hebrō, venit in Sichē. Inuenitq3 eū vir errantez in agro: et interrogauit quid quereret. At ille respōdit. Fratres meos quero: indica mihi vbi pascāt greges. Dixit ei vir. Recesserunt de loco isto. Audiui autem eos dicentes. Eamus in Dothain. Perrexit ergo Joseph post fratres suos, et inuenit eos in Dothain. Qui cum vidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illuz occidere. Et mutuo loquebant. Ecce somniator venit: venite occidamus eū, et mittamus eum in cister-

cisternã veterẽ: dicemusq; fera pessima deuorauit eũ. Et tũc apparebit, qd illi prosint sõnia sua. Audiẽs autẽ hec Rubẽ, nitebatur liberare eũ de manibus eo፣, ⁊ dicebat. Nõ interficiamus animã eius, nec effundamus sanguinẽ: sed proijcite eũ in cisternam hãc, que est in solitudine: manusque vestras seruate innoxias. Hoc aũt dicebat, volens eripere eũ de manibus eorũ, ⁊ reddere
psal. 119 patri suo. Grad. Ad dñm cum tribularer clamaui, ⁊ exaudiuit me. ℣. Dñe libera animã meã à labiis iniquis, ⁊ à lingua dolosa.
psal. 102 Trac. Dñe, non sm peccata nostra, que fecimus nos: neque sm iniqtates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniqtatũ nostrarũ antiquarũ, cito anticipẽt nos misericordie tue: qr
psal. 78 pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster ⁊ ppter gloriã nominis tui dñe libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuũ.
Sequẽ. S. euãg. sm Mattheũ.
ca. 21



In illo tpe: Dixit Jesus turbis Judeorũ parabolã hanc. Homo qdã erat paterfamilias, q plantauit vineã, ⁊ sepez circundedit ei, ⁊ fodit in ea torcular, ⁊ edificauit turrim, ⁊ locauit eã agricolis: ⁊ peregre profectus est. Cũ aũt tempus fructuũ appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricole, apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, aliũ vero lapidauerũt. Iterũ misit alios seruos plures priorib⁹: ⁊ fecerũt illis similiter. Nouissime autẽ misit ad eos filiũ suũ, dicens: verebuntur forte filiũ meũ. Agricole aũt vidẽtes filium, dixerũt intra se. Hic est heres: venite, occidamus eũ, ⁊ habebimus hereditatẽ eius. Et apprehensum eum, eiecerunt extra vineam, ⁊ occiderunt. Cũ ergo venerit dominus vinee, quid faciet agricolis illis? Aiũt illi. Malos male perdet: ⁊ vineam suam locabit aliis agricolis, q reddant ei fructum tempo፣ibus suis. Dicit illis Jesus. Nunquã legistis in scripturis, lapidem quẽ reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli? A dño factũ est istud: ⁊ est mirabile i oculis nostris. Ideo dico vobis, qr auferetur a vobis regnũ dei, ⁊ dabit genti facienti fructus eius. Et q ceciderit super lapidẽ istum, confringetur. Super quem vero ceciderit, conteret eum. Et cũ audissent principes sacerdotum ⁊ pharisei parabolas eius: cognouerũt quod de ipsis diceret. Et querentes eum tenere, timuerũt turbas: quoniam sicut prophetam eũ habebant. Offer. Dñe, psal.
in auxilium meũ respice: confundantur, ⁊ reuereãtur qui querũt 39
animam meam, vt auferant eã: dñe in auxiliũ meũ respice. Sec.

Haec in nobis sacrificia, deus, et actione permaneant, et operatione firmentur. Per D. Alie secre. vt in dnica precedenti.
psal. 11. Com. Tu dne seruabis nos, et custodies nos a generatione hac in eternum. Postcommunio.
Hac nos, qs dne, accepto pignore salutis eterne, sic tendere congruenter, vt ad eaz peruenire possimus. Per do. Alie postcomiones, vt in dnica precedenti. Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra deo.
Da, qs dne, populo tuo salutem mentis et corporis: vt bonis operibus inherendo, tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per dominum.
¶ Sabbato. Statio ad sanctos Marcellinu et Petru. Introit⁹.
psal. 17



Lex dni irreprehensibilis, conuertens animas: testimonium dni fidele, sapientiam prestans paruulis. Psalm.
Celi enarrant gloriam dei, et opera manuum eius annunciat firmamentu. ℣. Gloria. Orem⁹.
Da, qs dne, nostris effectuz ieiunijs salutarem: vt castigatio carnis assumpta, ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per dominum nostru.
Alie orationes, vt in Dominica pcedenti. Lectio libri Genesis.
ca. 17 In diebus illis: Dixit Rebecca filio suo Jacob. Audiui patrem tuu loquentem cuz Esau fratre tuo, et dicentem ei. Affer mihi de venatione tua, et fac cibos vt comedam, et benedicaz tibi cora dno anteqz moriar. Nunc ergo fili mi, acquiesce consilijs meis: et pergens ad gregez affer mihi duos hedos optimos, vt facia ex eis escas patri tuo, qbus libenter vescitur: quas cum intuleris, et comederit, benedicat tibi priusquaz moriatur. Cui ille respodit. Nosti, q Esau frater meus ho pilosus sit, et ego leuis: si attrectauerit me pr meus, et senserit, timeo ne putet me voluisse sibi illudere, et inducat sup me maledictione p benedictione. Ad que mr: in me sit, ait, ista maledictio fili mi: tantum audi vocem meam, et pergens, affer que dixi. Abijt, et attulit, deditqz matri sue. Parauit illa cibos, sicut nouerat velle patre illi⁹. Et vestib⁹ Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eu: pelliculasqz hedoru circundedit manibus, et colli nuda protexit. Deditqz pulmetu: et panes quos coxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit. Pater mi? At ille respodit. Audio. Quis es, fili mi? Dixitqz Jacob. Ego suz Esau primogenit⁹ tu⁹: feci, sicut pcepisti mihi. Surge, sede, et comede d venatione mea, vt benedicat mihi aia tua. Rursumqz Isaac ad filium suu. Quomodo inquit, ta cito inuenire potuisti, fili mi? Qui respondit. Voluntas dei fuit, vt cito mihi occurreret quod volebam. Dixitque Isaac. Accede huc, vt tagaz te fili mi: et probe vtrum tu sis filius

meus

meus Esau, an nõ? Accessit ille ad patrẽ: et palpato eo, dixit Isaac. Uox quidẽ, vox Jacob ẽ: sed manus, manus sũt Esau. Et nõ cognouit eũ, qz pilose manus similitudinẽ maioris expresserãt. Bñdicẽs ergo illi, ait. Tu es filius meus Esau? Respõdit. Ego sum. At ille: Affer, inqt, mihi, cibos de venatione tua fili mi: vt bñdicat tibi aia mea. Quos cũ oblatos comedisset: obtulit ei etiã vinũ. Quo hausto, dixit ad eum. Accede ad me: et da mihi osculũ fili mi. Accessit, et osculatus est eũ. Statimqz vt sensit vestimentorũ illius fragrãtiã, benedicẽs ait. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit dñs. Det tibi deus de rore celi, et de pinguedine terre, abundãtiam frumẽnti, vini, et olei. Et seruiant tibi populi, et adorẽt te tribus. Esto dñs fratrũ tuorũ: et incuruentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: et q bñdixerit tibi, bñdictionibus repleat. Uix Isaac sermonẽ iplẽuerat: et egresso Jacob foras, venit Esau, coctosqz de venatione cibos, intulit pñi, dicẽs. Surge pater mi, et comede de venatione filij tui: vt bñdicat mihi aia tua. Dixitqz illi Isaac. Quis enim es tu? Qui rñdit. Ego sum filius tuus primogẽnitus Esau. Expauit Isaac stupore vehemẽti: et vltra q̃z credi põt, admirãs, ait. Quis ergo ille est, q dudũ captã venationez attulit mihi, et comẽdi ex omnibus priusquam tu venires: benedixiqz ei, et erit benedictus. Auditis Esau sermõnibus patris, irrugijt clamore magno: et cõsternãtus ait. Benedic etiã et mihi pater mi. Qui ait. Uenit germanus tuus fraudulenter, et accepit benedictionẽ tuã. At ille subiũxit. Juste vocatũ est nomẽ eius Jacob. Supplantauit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit, et nũc secũdo surripuit bñdictionẽ meã. Rursumque ad patrez. Nunqd nõ reseruasti, ait, et mihi benedictionem? Respõdit Isaac. Dñm tuũ illuz cõstitui, et oẽs fratres eius seruituti illius subiugaui. Frumẽto, vino, et oleo stabiliui eũ: et tibi post hec fili mi, vltra qd faciã? Cui Esau. Nũ vnã, inqt, tantũ bñdictionẽ habes pr? Mihi quoqz obsecro vt benedicas. Cũqz eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad euz. In pinguedine terre, et in rore celi desup erit benedictio tua.

Gra. Bonũ est confiteri dño, et psal. psallere nomini tuo altissime. V. 91
Ad annũciandũ mane misericordiã tuaz, et veritatẽ tuã p noctẽ.

Sequẽtia scti euãgelij fm Lucã.



In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam habuit duos filios: et dixit adolescentior ex illis, patri. Pater da mihi portionez substãntie, que me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et nõ post multos dies, congregatis omnibus adolescẽtior filius pe- ca. 15

regre profectus est in regionem longinquã: τ ibi dissipauit substãtiã suã viuẽdo luxuriose. Et postquã consummasset oĩa, facta est fames valida in regione illa: τ ipse cępit egére. Et abiit, τ adhęsit vni ciuiũ regionis illius. Et misit illũ in villã suã, vt pásceret porcos. Et cupiébat implére vẽtrẽ suũ de siliqnis quas porci mãducábant: τ nemo illi dabat. In se aũt reuersus dixit. Quãti mercenárij in domo patris mei abundát pánibus: ego autẽ hic fame péreo? Surgã, τ ibo ad patrem meũ, τ dicã ei. Pater peccáui in cęlũ τ corã te: iã non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnuz de mercenarijs tuis. Et surgens venit ad patrẽ suũ. Cũ autez adhuc lõge esset, vidit illũ pater ipsius: τ misericordia motus est. Et accurrens cécidit super collũ eius, τ osculatus est eũ. Dixitq3 ei filius. Pater, peccaui in cęlum, τ coram te: iam non suz dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam, τ induite illum: τ date anulum in manu eius, τ calceamẽta in pedes eius: τ addúcite vitulum saginatum, τ occidite, τ manducémus τ epulémur: quia hic filius meus mortuus erat, τ reuixit: perierat, τ inuentus est. Et cęperũt epulári. Erat autẽ filius eius sénior in agro. Et cũ veniret, τ appropinquáret domui, audiuit symphoniã τ chorũ. Et vocáuit vnũ d' seruis: τ interrogáuit q̃ hęc essent. Is q3 dixit illi. Frater tu⁹ venit: τ occidit p̃r tuus vituluz saginatũ, q2 saluũ illũ recépit. Indignat⁹ est aũt, τ nolébat introire. P̃r ergo illius egréssus cępit rogare eũ. At ille respõdens, dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: τ mãdatũ tuum nunq̃3 pręteriui: τ nunquã dedisti mihi hędũ, vt cũ amicis meis epulárer. Sed postquã filius tuus hic, q deuorauit substantiã suã cuz meretricibus, venit: occidisti vitulũ saginatuz. At ipse dixit illi. Fili, tu semp me cũ es: τ oĩa mea, tua sunt. Epulári autẽ, τ gaudére oportébat, q2 frater tuus hic, mortuus erat, τ reuixit: perierat, τ inuentus est.

Offer. Illumina oculos meos, ne vnquã obdórmiam in morte: nequando dicat inimicus meus, pręuálui aduersus eum. psal. 12.

Secre. HIs sacrificijs dñe concéde placátus: vt, q proprijs oramus absolui delictis, non grauémur extérnis. Per. Alię secr. vt in dñica p̃cedenti. Cõio. Oportet te fili gaudere: q2 frater tuus mortuus fúerat: τ reuixit: perierat, τ inuentus est. Postcõio. SAcramenti tui dñe diuina libátio penetralia nr̃i cordis infũdat: τ sui nos participes potẽter efficiat. Per. Alię post cõiones, vt in dominica pręcedẽti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

FAmiliã tuã, q̃s dñe, cõtinua pietáte custódi: vt q̃ in sola spe grátię cęlestis innitit̃, cęlesti et protectione muniatur. Per.

¶ Do-

¶ Dominica iij. in Quadragesima. Statio ad sanctuz Laurétium extra muros. Introitus.

psal. 24

Culi mei semper ad dñm: q2 ipse euellet d laqueo pedes meos: réspice i me, ꝛ miserere mei, quoniam vnicus, ꝛ pauper sum ego. Psal. Ad te domine leuaui animá meam: deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria. Oremus.

Quesumus, oþs deus, vota humiliū réspice: atq3 ad defensionem nostraz, dérteram tuę maiestatis extēde. Per. Ad poscenda suffragia sanctorū. Orō.

A Cunctis nos, q̃s dñe, mentis ꝛ corporis defende piculis: ꝛ intercedente btá ꝛ gloriosa semperq3 virgine dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro ꝛ Paulo, atque btō N. ꝛ oibus sanctis, salutem nobis tribue benignus ꝛ pacem: vt, destructis aduersitatibus ꝛ erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Oratio.

Omnipotés sempiterne deus, qui viuoruz dominaris simul ꝛ mortuoruz, omniūq3 misereris, quos tuos fide ꝛ opere futuros esse pręnoscis: te supplices exoramus: vt, ꝓ qbus effundere preces decreuimus, quosq3 vel pręsens sęculuz adhuc in carne rétinet, vel futurum iá exutos corpore suscepit: intercedentib9 oibus sanctis tuis, pietatis tuę clementia, omniū delictoruz suorū véniā consequantur. Per d.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

ca. 5.
FRatres: Estote imitatores dei: sicut filij charissimi: ꝛ ambulate in dilectione, sicut ꝛ Christus dilexit nos: ꝛ tradidit semetipsuz pro nobis oblationē ꝛ hostiam deo in odorez suauitatis. Fornicatio autē ꝛ omnis immunditia, aut auaritia, nec noiētur in vobis, sicut decet sctōs: aut turpitudo, aut stultiloquiuz, aut scurrilitas, q̃ ad rē non pertinet: sed magis gratiarū actio. Hoc autē scitote intelligentes: ꝙ ois fornicator, aut imūdus, aut auarus, qđ est idoloruz seruitus, nō habet hereditatē in regno Christi ꝛ dei. Nemo vos sedúcat inanibus verbis. Propter hęc eniz venit ira dei in filios diffidentię. Nolite ergo éffici participes eorū. Eratis enim aliquandó tenebrę: nūc aūt lux in dño. Ut filij lucis ambulate. Fruct9 enim lucis est in oi bonitate, ꝛ iustitia, ꝛ veritate. Grad. Exurge dñe, non pręualeat homó: iudicentur gentes in ɔspectu tuo. ℣. In cōuertendo inimicū meū retrorsuz, infirmabuntur, ꝛ peribunt à facie tua. psal. 9.
Trac. Ad te leuaui oculos meos, q habitas in cęlis. ℣. Ecce sicut oculi seruoruz in manib9 dominorū suorū. ℣. Et sicut oculi ancillę in manibus dñę suę, ita oculi nostri ad dñz deū nr̃uz, donec misereatur nr̃i. ℣. Miserere nobis dñe, miserere nobis. psal. 122

Sequen. S. euang. ſm Lucam.

c. ii.



In illo tpe: Erat Jesus eiiciẽs demoniũ: ⁊ illud erat mutũ. Et cũ eiecisset demonium, locutus est mut⁹: ⁊ admirate sunt turbe. Quidã aũt ex eis dixerũt. In beelzebub principe demoniorũ eiicit demonia. Et alij tentantes, signũ de celo q̃rebant ab eo. Ipse aũt vt vidit cogitationes eoꝝ, dixit. Oẽ regnũ in seipsuz diuisuz, desolabit: ⁊ domus supra domũ cadet. Si aũt ⁊ satanas i seipsum diuisus est: quõ stabit regnuz ipsius, q2 dicitis in beelzebub eiicere me demonia? Si aũt ego in beelzebub eiicio demonia: filij vr̃i i quo eiiciunt? Ideo ipsi, iudices vestri erunt. Porrò si in digito dei eiicio demonia: profectò peruénit in vos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium suuz: in pace sunt omnia que possidet. Si aũt fortior illo superueniens vicerit euz: vniuersa arma eius auferet, in qbus cõfidebat: ⁊ spolia eius distribuet. Qui nõ est mecũ, aduersum me est: ⁊, qui non cólligit mecum, dispergit. Cuz immundus spiritus exierit ab homine, perámbulat per loca inaquosa, querens requiem. Et non inueniens dicit. Reuertar in domum meaz, vnde exiui. Et cũ vénerit, inuenit eã scopis mũdatam ⁊ ornatã. Et tunc vadit, ⁊ assúmit secum septem alios spiritus nequiores se: ⁊ ingressi hábitãt ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora priorib⁹. Factũ est aũt: cuz hec diceret, extóllẽs vocẽ quedã mulier de turba dixit illi. Beat⁹ vẽter q te portauit: ⁊ vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo, beati q audiunt verbum dei, ⁊ custodiunt illud. Et dicitur Credo. Offertor. Iustitie domini recte, letificantes corda: ⁊ iudicia eius dulciora super mel ⁊ fauum: nam ⁊ seruus tuus custodit ea. psal. 18 Secreta.

Haec hostia, quesumus domine, emundet nostra delicta, ⁊ ad sacrificium celebrandũ, subditorũ tibi corpora, mẽtesq3 sanctificet. Per d. Alie secrete.

Exaudi nos de⁹ salutaris nr̃: vt, per hui⁹ sacramẽti virtutẽ, à cunctis nos mentis ⁊ corporis hostibus tuearis, gratiam tribuẽs in p̃senti, ⁊ gloriã in futuro.

Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locãdus: tribue quesumus: vt, intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorũ, quos in oratione cõmẽdatos suscépimus, ⁊ nomina omnium fidelium beate predestinationis liber ascripta retineat. Per do. Coío. Passer iuénit sibi domũ ⁊ turtur nidum, vbi repónat pullos suos: altaria tua dñe virtutũ, rex meus ⁊ deus meus: beati qui hábitant in domo tua, in seculũ seculi laudabunt te. psal. 83 Postcoío.

A Cũctis nos, quesumus domine, reátibus ⁊ periculis propitiatus absolue, quos tanti mysterij tribuis esse participes. Per

Per domi. Alię postcōiones.

M Undet, ⁊ muniat nos, quę sumus dñe, diuini sacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis aplis tuis Petro ⁊ Paulo, atqz beato N. ⁊ omnibus sanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruersitatibus expiatos, ⁊ aduersitatibus expeditos.

P Urificent nos, q̄s omps ⁊ misericors deus, sacramēta q̄ sumpsimus ⁊ intercedentibus oībus sanctis tuis presta: vt hoc tuum sacramentū nō sit nobis reatus ad penā, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerū, sit fortitudo fragiliū, sit cōtra oīa mūdi pericula firmamētū, sit viuorꝫ atque mortuorꝫ fideliū remissio omnium delictorū. Per.

¶ Feria secunda. Statio ad sanctum Marcum. Introitus.

psal. 55 N Deo laudabo verbū: in dño laudabo sermonē: in deo sperabo: nō timebo, quid faciat mihi homo. psal. Miserere mei deus, qm̄ cōculcauit me homo, tota die bellās tribulauit me. ℣. Gloria. Orem.

C Ordibus nostris, q̄s dñe, gratiā tuā benignus infunde: vt sicut ab escis carnalibus abstinemus, ita sensus quoqz nr̄os a noxiis retrahamus excessibus. Per do. Alię orōnes vt in dnica precedēti. Lcō libri Regum.

4. c. 5 I N diebus illis. Naaman princeps militię regis Syrię, erat vir magnus apud dominum suum, ⁊ honoratus. Per illum enim dedit dominus salutē Syrię. Erat autem vir fortis, ⁊ diues: sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerāt latrunculi: ⁊ captiuā duxerant de terra Israel puellā paruulā, quę erat in obsequio vxoris Naaman: quę ait ad dominā suā. Utinam fuisset dñs meus ad prophetam qui est in Samaria: profecto curasset eum a lepra quam habet. Ingressus est itaque Naaman ad dñm suū, ⁊ nunciauit ei, dicens. Sic ⁊ sic locuta est puella de terra Israel. Dixitqz ei rex Syrię. Uade, ⁊ mittā literas ad regē Israel. Qui cū profectus esset, ⁊ tulisset secū decē talēta argenti, ⁊ sex millia aureos, ⁊ decē mutatoria vestimētorꝫ: detulit literas ad regē Israel, in hec verba. Cū acceperis epistolā hāc, scito qm̄ miserim ad te Naamā suū meū: vt cures eū a lepra sua. Cūqz legisset rex Israel literas, scidit vestimenta sua, ⁊ ait. Nūqd deus sum ego, vt occidere possim, ⁊ viuificare, qꝛ iste misit ad me, vt curē hominē a lepra sua? Animaduertite, ⁊ videte: qꝫ occasiones quęrat aduersum me. Quod cum audisset Eliseus vir dei: scidisse videlicet regem Israel vestimēta sua: misit ad eum, dicens. Cur scidisti vestimenta tua? Ueniat ad me, ⁊ sciat prophetam esse in Israel. Uenit ergo Naaman cum equis ⁊ curribus, ⁊ stetit ad ostiū domus Elisei: misitque ad eum Eliseus nun

eiū, dicēs. Uade, et lauáre sépties in Jordáne: et recipiet sanitatem caro tua, atque mūdaberis. Iratus Naamán, recedebat dicēs, Putábā q egrederétur ad me: et stans inuocaret nomen domini dei sui, et tangeret manu sua locū lepre, et curaret me. Nunquid nō melio(r)es sūt Abana, et Parphar fluuij Damasci, omnibus aquis Israel, vt lauer in eis, et munder? Cū ergo vertisset se, et abiret indignās: accesserūt ad eū serui sui, et locuti sunt ei. Pater, et si rē grādē dixisset tibi prophéta, certe fácere debúeras: quāto magis, q nunc dixit tibi: lauare, et mūdaberis? Descéndit: et lauit in Jordane sépties, iuxta sermonem viri dei: et restituta est caro eius, sicut caro púeri paruuli: et mundatus est. Reuersúsque ad virū dei cū vniuerso comitatu suo, venit, et stetit corā eo, et ait. Uere scio, q non sit álius deus in vniuersa terra, nisi tantum dn̄s deus Israel.
psal. 55 Grad. Deus vitam meā annunciaui tibi, posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. ℣. Miserére mei domine, qm̄ conculcauit me homo: tota die bellās tribulauit me. Trac. Dn̄e non s̄m peccata nostra, que fecimus nos, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dn̄e
psal. 102.
psal. 78 ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarum: cito anticipēt nos misericordie tue, q pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriā nominis tui dn̄e libera nos: et ppitius esto peccatis nostris, propter nomē tuū.

Sequē. S. euang. s̄m Lucam.



In illo tpe: Dixērūt pharisei ad Jesū. Quāta audiuim⁹ facta in Capharnaum: fac et hic in pátria tua. Ait autem. Amen dico vobis, quia nemo prophéta accéptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erát in dieb⁹ Helie in Israel, qn̄ clausū est celū annis tribus et mēsib⁹ sex, cū facta esset fames magna i omni terra: et ad nullā illarū missus est Elias, nisi in Sarephtā Sidonie, ad mulierē viduā. Et multi leprosi erát in Israel sub Eliseo prophéta: et nemo eorū mūdat⁹ ē, nisi Naamán Syrus. Et replēti sūt oēs in synagóga, ira, hec audientes. Et surrexérunt, et eiecerūt eū extra ciuitatē: et duxerunt illū vsq ad supercilium montis, super quem ciuitas eorum erat edificata, vt precipitárent eum. Ipse autē transiens per mediū illorū, ibat. c. 4.

Offer. Exaudi deus oratiónē meam, et ne despéxeris deprecatiónem meam: intende in me, et exáudi me. psal. 54

Secreta.

Munus, quod tibi domine nostre seruitútis offérimus tu salutáre nobis pérfice sacramentū. Per d. Alie secre. vt in Dn̄ica pcedēt. Cōmunio. Quis dabit ex Siō salutáre Israel? cū auérterit dn̄s captiuitatē plebis sue, exultábit Jacob, et letabitur Israel. psal. 13.

Israel. Postcommunio.
PResta, quesumus, omnipotens et misericors deus: vt quod ore côtingimus, pura mête capiamus. Per. Alie postcômuniones, vt in dñica precedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.
SUbueniat nobis dñe misericordia tua: vt, ab imminêtibus peccatorû nostrorum periculis, te mereamur protegête eripi, te liberante saluari. Per do.
¶ Feria tertia. Statio ad sanctam Potentianam. Introitus.

psal. 16 
Ego clamaui, qm exaudisti me deus: inclina aurê tuá, et exaudi verba mea: custodi me dñe vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. Psal. Exaudi dñe iustitiam meam: intende deprecationem meam. ℣. Gloria p. Oremus.
EXaudi nos omnipotens et misericors deus: et continêtie salutaris propitius nobis dona concede. Per dominum no. Alie orationes vt in Dominica precedenti. Lectio libri Regû.
4. ca. 4 IN diebus illis: Mulier quedam clamabat ad Eliseum prophetam, dicês. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quia seruus tuus fuit, timens deum. Et ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendû sibi. Cui dixit Eliseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, qd habes in domo tua? At illa respôdit. Non habeo ancilla tua quicquá in domo mea, nisi parû olei quo vngar. Cui ait. Uade, pete mutuo ab oibus vicinis tuis vasa vacua non pauca. Et ingrédere, et claude ostiû tuû, cum intrinsecus fueris tu et filij tui: et mitte inde in omnia vasa hec: et cum plena fuerint, tolles. Iuit itaqz mulier, et clausit ostium super se et super filios suos: illi offerebant vasa, et illa infundebat. Cûqz plena fuissent vasa, dixit ad filiû suum. Affer mihi adhuc vas. Et ille respôdit. Non habeo. Stetitque oleum. Uenit autem illa, et indicauit homini dei. Et ille. Uade, inquit, vende oleum, et redde creditori tuo: tu aût et filij tui viuite de reliquo. Gra. Ab occultis meis mûda me dñe: et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei nô fuerint dominati, tûc immaculatus ero: et emûdabor a delicto maximo. psal. 18
Seque. S. euâg. scdm. Mattheû.



ca. 18 IN illo têpore: Dixit Jesus discipulis suis. Si peccauerit in te frater tuus: vade, et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel triû testiû stet omne verbum. Quod si nô audierit eos: dic ecclesie. Si autê ecclesiam non audierit: sit ti-

bi sicut éthnicus ⁊ publicánus. Amen dico vobis: quęcunque alligauéritis super terram, erunt ligáta ⁊ in cęlo: ⁊ quęcunque solúeritis super terram, erunt solúta ⁊ in cęlo. Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis cõsenserint super terram: de omni re quancunq; petierint, fiet illis à patre meo q in cęlis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nómine meo: ibi sum in medio eorũ. Tunc accédens ad eum Petrus dixit. Domine quoties peccábit in me frater meus, ⁊ dimittaʒ ei? Usque séptries? Dixit illi Iesus. Non dico tibi vsque séptries: sed vsque septuagies séptries. Offertoriũ.

psal. 117. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: non moriar, sed viuam, ⁊ narrabo opera domini. Secreta.

Per hęc véniat, q̃s dñe, sacramenta, nostrę redéptionis effectus: qui nos ⁊ ab humanis rétrahat semper excéssibus: ⁊ ad salutaria dona perdúcat. Per d. Alię secr. vt in dñica pręcedenti. Coio.

psal. 114 Dñe, quis habitábit in tabernaculo tuo? aut q̃s requiéscet in monte sancto tuo? qui ingréditur sine mácula, ⁊ operatur iustitiam. Postcõmunio.

Sacris dñe mysterijs expiati, ⁊ véniã, q̃s, cõsequamur, ⁊ gratiam. Per d. Alię postcõmuniones, vt in dñica pręcedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Tua nos domine protectione defende, ⁊ ab oĩ semper iniquitate custodi. Per dñm no.

¶ Feria iiij. Statio ad sanctum Sixtum. Introitus.




Ego autē in dño sperábo: exultabo ⁊ lętabor in tua misericordia: quia respexisti humilitatem meam. psal. 30 Psalmus. In te domine speraui, non confundar in ęternum: in iustitia tua libera me, ⁊ éripe me. ℣. Gloria patri, ⁊ fi. Oremus.

Pręsta nobis, quęsumus domine, vt, salutáribus ieiunijs eruditi, à noxijs quoque vitijs abstinẽtes, propitiationē tuaʒ facilius impetremus. Per. Alię orationes, vt in dominica pręcedenti. Lectio libri Exodi.

Hęc dicit dominus deus. c.20. Honóra patrem tuum ⁊ matrẽ tuaʒ: vt sis longęuus sup terram, quaʒ dñs deus tuus dabit tibi. Non occides. Non męchaberis. Nõ furtũ facies. Non loquéris cõtra proximuʒ tuũ falsum testimoniũ. Nõ concupisces domuʒ proximi tui, nec desiderabis vxorem eius: nõ seruuʒ, non ancillaʒ, non boueʒ, nõ ásinũ: nec omnia quę illius sunt. Cunctus autẽ pópulus audiebat voces, ⁊ vidébat lápades, ⁊ sonitũ buccinę, mõtẽq; fumigãteʒ: ⁊ pterriti ac pauóre cõcussi, stetérũt procul, dicentes Móysi. Lóquere tu nobis, ⁊ audiémus. Non loquat᷑ nobis dominus: ne forte moriámur. Et ait Móyses ad populũ. Nolite timére. Ut eniʒ probáret

ret vos, venit deus, ⁊ ut terror il
lius esset i vobis, ⁊ nō peccaretis.
Stetitq; populus de lōge. Moy
ses autē accessit ad caliginem, in
qua erat deus. Dixitq; preterea
dn̄s ad Moysen. Hec dices filiis
Israel. Vos vidistis, q de celo
locutus sū vobis. Non facietis
deos argenteos: nec deos aure
os facietis vobis. Altare de ter
ra facietis mihi: ⁊ offeretis super
illud holocausta, ⁊ pacifica ve
stra: oues vestras ⁊ boues, in om
ni loco, in quo memoria fuerit
psal. 6 nominis mei. Gradua. Mise
rere mei domine, qm̄ infirmus
sum: sana me domine. ℣. Cōtur
bata sunt omnia ossa mea: ⁊ ani
ma mea turbata est valde. Tra.
psal. 102. Domine, nō secundum peccata
nostra que fecimus nos, neq; se
cundum iniquitates nostras re
psal. 78 tribuas nobis. ℣. Dn̄e, ne memi
neris iniquitatum nostrarū an
tiquarū: cito anticipent nos mi
sericordie tue, q2 pauperes facti
sumus nimis. ℣. Adiuua nos
deus salutaris noster, ⁊ propter
gloriam nominis tui domine li
bera nos, ⁊ propitius esto pecca
tis nostris propter nomē tuum.
Seqn̄. S. euāg. s'm Mattheū.
ca. 15 In illo tp̄e: Accesserunt ad
Jesum ab Hierosolymis
scribe, ⁊ pharisei, dicētes. Quare
discipuli tui transgrediūtur tra
ditiones seniorū? Nō eniz lauāt
manus suas, cū panē mādūcant.
Ipse aūt respōdēs, ait illis. Qua
re ⁊ vos trāsgredimini mādatuz
dei propter traditionem vestrā?
Nam deus dixit. Honora patrē
⁊ matrē: ⁊, qui maledixerit patri
vel matri, morte moriatur. Vos
autē dicitis. Quicunq; dixerit
patri, vel matri: munus quodcū
q; est ex me, tibi ꝓderit: ⁊ nō ho
norificabit patrē suū, aut matrē
suā: ⁊ irritū fecistis mandatū dei
propter traditionē vestrā. Hy
pocrite, bene prophetauit de vo
bis Isaias dicēs. Populus hic,
labiis me honorat: cor autē eorū
lōge est a me. Sine causa autem
colunt me docentes doctrinas,
⁊ mandata hominum. Et con
uocatis ad se turbis, dixit eis. Au
dite, ⁊ intelligite. Non quod in
trat in os coinquinat hominē:
sed quod procedit de ore, hoc co
inquinat hominem. Tunc acce
dentes discipuli eius, dixerunt
ei: Scis, quia pharisei, audito
hoc verbo, scandalizati sunt? At
ille respondens ait. Omnis plan
tatio, quā nō plantauit pater me
us celestis, eradicabitur. Sinite
illos. Ceci sunt, ⁊ duces cecorū.
Cecus autem si ceco ducatum
prestet, ambo in foueam cadūt.
Respondens autem Petrus di
xit ei. Edissere nobis parabolā
istam. At ille dixit. Adhuc ⁊ vos
sine intellectu estis? Non intelli
gitis, quia oē quod in os intrat,
in ventrē vadit, ⁊ in secessū emit
titur? Que autem procedunt de
ore, de corde exeūt: ⁊ ea coinqui
nant hominem. De corde enim
exeunt cogitationes male, homi
cidia, adulteria, fornicationes,
furta, falsa testimonia, blasphe

ca. 4 

In illo tpe: Surgēs Jesus d synagoga, introiuit in domuz Simonis. Socrus aūt Simonis tenebat magnis febrib⁹. Et rogauerūt illū p ea. Et stans sup illā, imperauit febri: et dimisit illam. Et cōtinuo surgēs, ministrabat illis. Cū sol aūt occidisset: oēs, qui habēbāt infirmos varijs lāguoribus, ducebāt illos ad Jesum. At ille singulis manus imponēs, curābat eos. Exibāt aūt demonia a multis, clamātia et dicentia: qr tu es fili⁹ Dei. Et increpās nō sinebat ea loq, qr sciebant ipsum esse Chrm. Facta aūt die egressus ibat in desertū locū: et turbe requirebāt eū: et venerūt vsqz ad ipsū, et detinebāt illū ne discederet ab eis. Quib⁹ ille ait. Qr et alijs ciuitatibus oportet me euāgelizare regnū dei: qr ideo missus suz. Et erat predicans in synagogis Galilee. Offer. Si ambulauero in
psal. 137 medio tribulationis, viuificabis me dñe: et super iram inimicoruz meorum extēdes manum tuā: et saluū me fecit dextera tua. Sec.

In tuorū dñe preciosa morte iustorū sacrificiū illud offerimus, de quo martyriuz sumpsit oē principium. Per d. Alie secrete, vt in Dñica precedenti.
psal. 118 Cōio. Tu mādasti mādata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcomm.

Sit nobis dñe sacramenti tui certa saluatio: que cum beatorum martyruz tuorū Cosme et Damiani meritis imploratur. Per domi. Alie postcōiones, vt in Dominica precedenti. Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra deo.

Subiectum tibi populum, quesumus dñe, propitiatio celestis amplificet: et tuis semper faciat seruire mādatis. Per do.

¶ Feria vj. Statio ad sanctum Laurētiū in Lucina. Introit⁹.



Fac mecum domine signuz in bonū vt videant qui me oderunt, et confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me, et consolatus es me. Psal. psal. 85
Inclina dñe aurem tuam, et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego. ℣. Gloria. Oremus.

Jeiunia nostra, quesumus domine, benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimētis abstinemus in corpore: ita a vitiis ieiunemus in mente. Per d. Alie orationes, vt in Dominica precedenti. Lcō libri Numeri.

In diebus illis: Conuenerunt filij Jsrael aduersus Moysen et Aarō: et versi in seditionem, dixerunt. Date nobis aquam, vt bibamus. Ingressiqz Moyses et Aaron dimissa multitudine, in tabernaculum federis, corruerunt proni in terram: clamaueruntqz ad dominū, atqz c. 20.

dixerunt. Dñe deus exaudi clamorem populi huius: ⁊ aperi eis thesaurum tuū fontem aquę viuę: vt satiatis, cesset murmuratio eorū. Et apparuit gloria dñi super eos. Locutusque est dñs ad Moysen, dicens. Tolle virgā: ⁊ congrega populū tu ⁊ Aaron frater tu⁹: ⁊ loquimini ad petrā coram eis: ⁊ illa dabit aquas Cū que eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo ⁊ iumēta eius. Tulit igitur Moyses virgam, que erat in conspectu dñi, sicut preceperat ei, cōgregata multitudine ante petram: dixitque eis. Audite rebelles: ⁊ increduli. Num de petra hac vobis aquā poterimus eijcere? Cumq; eleuasset Moyses manū, percutiēs virga bis silicē, egresse sunt aquę largissimę, ita vt populus biberet ⁊ iumenta. Dixitque dñs ad Moysen ⁊ Aaron. Q2 nō credidistis mihi, vt sanctificaretis me corā filijs Israel: non introducētis hos populos in terrā, quam dabo eis. Hec est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra dñm, ⁊ sanctificatus est

psal. 27 in eis. Grad. In deo sperauit cor meū, ⁊ adiutus sū: ⁊ refloruit caro mea: ⁊ ex volūtate mea cōfitebor illi. ℣. Ad te dñe clamaui: deus meus ne sileas, ne discedas

psal. 102 a me. Tract. Dñe non secundū peccata nostra, que fecimus nos: neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne

psal. 78 memineris iniquitatū nostrarū antiquarum, cito anticipent nos misericordię tuę: q2 pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos De⁹ salutaris noster: ⁊ ppter gloriā nominis tui dñe libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuū. Sequen. sancti euangelii sm̄ Joannem.



In illo tpe. Uenit Jesus in ciuitatē Samarię, q̄ dicit Sichar: iuxta predium, qd dedit Jacob Joseph filio suo. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic, sup fontē. Hora erat quasi sexta. Uenit mulier de Samaria haurir aquā. Dicit ei Jesus. Da mihi bibere. Discipuli autē eius abierāt in ciuitatem, vt cibos emerēt. Dixit ergo ei mulier illa Samaritana. Quō tu, Judeus cū sis, bibere a me poscis, que sū mulier Samaritana. non enī coutuntur Judei Samaritanis. Respōdit Jesus, ⁊ dixit ei. Si scires donū dei, ⁊ qs est qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forsitā petisses ab eo, ⁊ dedisset tibi aquā viuā. Dicit ei mulier. Dñe, neq; in quo haurias habes, ⁊ puteus alt⁹ est: vnde ergo habes aquā viuā? Nunqd tu maior es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteū istū: ⁊ ipse ex eo bibit, ⁊ filij eius, ⁊ pecora eius? Respōdit Jesus, ⁊ dixit ei. Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterū. Qui autē biberit ex aqua, quā ego dabo ei, nō sitiet in eternum: sed aqua, quam ego dabo

ei,

ei, fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Dicit ad eum mulier. Domine, da mihi hanc aquam: vt non sitiam: neque veniam huc haurire. Dicit ei Jesus. Uade, voca virum tuum, et veni huc. Respondit mulier, et dixit. Non habeo virum. Dicit ei Jesus. Bene dixisti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti: et hunc quem habes, non est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine, vt video, propheta es tu. Patres nostri in mōte hoc adorauerūt: et vos dicitis, quia Hierosolymis est locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Jesus. Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neqz in Hierosolymis adorabitis patrem. Uos adoratis, quod nescitis: nos adoramus, quod scimus: quia salus ex Judeis est. Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrez in spiritu et veritate. Nam et pater tales querit, qui adorent euz. Spiritus est deus: et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit, ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei Jesus. Ego suz qui loquor tecum: Et continuo venerunt discipuli eius: et mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamē dixit, quid queris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier: et abiit in ciuitatem, et dicit illis hominibus. Uenite, et videte hominem, qui dixit mihi omnia quecūque feci. Nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate: et veniebant ad eum. Interea rogabant eū discipuli, dicentes. Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebāt ergo discipuli eius adinuicē. Nūquid aliqs attulit ei māducare? Dicit eis Jesus. Meus cibus est, vt faciā volūtatē eius qui misit me: vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sūt, et messis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos vestros, et videte regiones, quia albe sunt iaz ad messez. Et qui metit, mercedē accipit, et congregat fructum in vitā eternaz: vt et qui seminat simul gaudeat, et qui metit. In hoc enim est verbuz verū: quia alius est qui seminat, et alius est qui metit. Ego misi uos metere quod uos non laborastis: alij laborauerūt, et uos in labores eorū introistis. Ex ciuitate aūt illa multi crediderūt in eū Samaritanorz, propter uerbū mulieris testimoniū perhibētis, quia dixit mihi oia que cūqz feci. Cū uenissēt ergo ad illū Samaritani, rogauerūt eū ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius. Et mulieri dicebant. Quia nō iaz propter tuam loquelā credimus. Ipsi eniz audiuimus, et scimus quia hic est uere saluator mū-

psal. 5 di. Offer. Intende voci oratio
nis mee, rex meus & deus meus:
quoniã ad te orabo, dñe. Secre.
Respice quesumus domine
propitius ad munera que
sacramus: vt tibi grata sint, & no
bis salutaria sẽper existant. Per.
Alie sec. vt in dñica prece. Cõio.
Jo. 4 Qui biberit aquã, quã ego dabo
ei, dicit dñs, fiet in eo fons aque
salientis in vitã eternã. Postcõ.
Huius nos domine percé-
ptio sacramenti mundet à
crimine: & ad celestia regna per-
dúcat. Per do. Alie postcommu-
niones, vt in dominica precedẽ-
ti. Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra deo.
Presta, q̃s ops deus: vt qui
in tua protectione confidi-
mus, cuncta nobis aduersantia,
te adiuuante, vincámus. Per d.
¶ Sabbato. Statio ad sanctã
Susannam. Introitus.

ps. 5



Erba mea aurib9
pércipe dñe: intel
lige clamórẽ meũ:
intende voci ora-
tionis mee, rex
meus & deus me-
us. Psal. Quoniã ad te orabo
dñe: mane exaudies vocẽ meã.
℣. Gloria patri, & filii. Oratio.
Presta, q̃s ops deus: vt qui
se, affligéndo carnem, ab a-
limentis abstinent: sectándo iu-
stitiam, à culpa ieiunent. Per d.
Alie orõnes, vt in dñica p̃ceden
ti. Lectio Danielis prophete.
c. 13. In diebus illis: Erat vir in
Babylone, & nomen eius
Joachĩ. Et accepit vxorẽ nõie
Susannã filiã Helchie, pulchrã
nimis, & timéntem deũ. Parén
tes enim illius cũ essent iusti, eru-
dierunt filiã suã s̃m legẽ Moysi.
Erat aũt Joachim diues valde:
& erat ei pomeriũ vicinũ domui
sue. Et ad ipsũ cõfluebãt Judei,
eo q̃ esset honorabilior oĩum.
Et constituti sunt duo senes iu-
dices in anno illo, de quibus lo-
cutus est dñs. Quia egressa est
iniquitas de Babylone à senió-
ribus iudicibus, q̃ videbãtur ré-
gere populum. Isti frequẽtabãt
domũ Joachim: & veniebant ad
eos omnes q̃ habébant iudicia.
Cum autẽ populus reuertisset
p meridiẽ, ingrediebátur Susã
na, & deãbulábat in pomerio viri
sui. Et videbant eã senes quoti-
die ingrediẽtẽ, & deambulãtẽ:
& exarsérunt in concupiscentiã e-
ius. Et euerterũt sensũ suũ, & de
clinauerũt oculos suos, vt nõ vi
derent celum, neque recordarén
tur iudiciorum iustorũ. Factum
est autem, cũ obseruarent diẽ a-
ptum quando eam possent inue
nire solam, ingréssa est aliquãdo
sicut heri, & nudiustertius, cum
duabus solis puéllis: vóluitq̃ la
uári in pomerio. Aestus quippe
erat. Et non erat ibi quisquam,
preter duos senes abscónditos,
& contemplantes eã. Dixit ergo
puéllis. Afferte mihi óleum &
smigmata: & ostia pomerij claudi
te, vt láuer. Cũ autem egresse es
sent puélle: surrexerunt duo se-
nes, & accurrérunt ad eam, & di-
xerunt.

xerunt. Ecce ostia pomerij clau-
sa sunt, ⁊ nemo nos videt, ⁊ in cō
cupiscentia tui sumus: quamob-
rem assentire nobis, ⁊ commiscē-
re nobiscū. Quod si nolueris, di-
cēm⁹ testimoniuȝ cōtra te, quod
fuerit tecum iuuenis: ⁊ ob hanc
causam emiseris puellas à te. In
gemuit Susanna, ⁊ ait. Angustię
mihi sunt vndiqȝ. Si enim hoc
égero, mors mihi est: si autē non
égero, non effugiam manus ve-
stras. Sed melius est mihi absqȝ
opere incidere in manus vestras,
q̄ȝ peccare in cōspéctu dn̄i. Et ex
clamauit voce magna Susanna:
exclamauerūt autē ⁊ senes aduer
sus eā. Et cucúrrit vnus, ⁊ apuit
óstia pomerij. Cū autē audissēt
clamorem in pomerio famuli do
mus, irruérūt p posticuȝ, vt vidē
rent qdnā esset. Postquā autem
senes locuti sunt, erubuerūt serui
vehemēter: qr nunquam dictus
fuerat sermo huiuscemodi d̄ Su
sanna. Et facta est dies crastina.
Cūqȝ venisset populus ad viruȝ
eius Joachim, venerūt ⁊ duo se
niores pleni iniqua cogitatione
aduersus Susannā, vt interfice-
rēt eā. Et dixerūt corā populo.
Mittite ad Susānā filiā Helchię
vxorē Joachim. Et statim misē-
rūt. Et venit cū parētib⁹, ⁊ filijs,
⁊ vniuersis cognatis suis. Flebāt
igitur sui, ⁊ oēs qui nouerant eā.
Cōsurgentes autē duo seniores
in medio populi, posuérunt ma-
nus suas super caput eius. Quę
flens suspexit ad celū. Erat eniȝ
cor eius fiduciā habens in dn̄o.
Et dixerūt seniores. Cū deam-
bularem⁹ in pomerio soli, ingres
sa est hęc cū duab⁹ solis puellis:
⁊ clausit ostia pomerij: ⁊ dimisit
à se puellas. Venitqȝ adolescēs
ad eā, q erat absconditus, ⁊ cōcu
buit cū ea. Porrò nos cū essem⁹
in ángulo pomerij, videntes ini-
qtatē: cucúrrimus ad eos, ⁊ vidi
mus eos páriter cōmisceri. Et il
lū quidē nequiuimus cōprehende
re, qr fortior nobis erat: ⁊ aperto
ostio exiliuit. Hāc autē cū appre
hēdissemus, interrogauimus qs
nā esset adolescens: ⁊ nóluit indi
care nobis. Huius rei testes su-
m⁹. Credidit eis multitudo qua
si seniorib⁹ ⁊ iudicibus pópuli: ⁊
cōdēnauerunt eā ad mortē. Ex-
clamáuit autē voce magna Susā
na, ⁊ dixit. Deus ęterne, q abscō
ditorū es cognitor, q nosti oīa an
tequā fiāt: tu scis qm̄ falsum testi
moniū tulerunt cōtra me: ⁊ ecce
mórior, cum nihil horū fecerim
quę isti malitiose composuerunt
aduersum me. Exaudiuit autem
dn̄s vocem eius. Cumque duce
retur ad mortem, suscitáuit dn̄s
spiritum pueri iunioris, cui no-
men Daniel: ⁊ exclamauit voce
magna, ⁊ dixit. Mūdus ego sum
à sanguine huius. Et conuersus
omnis populus ad eum, dixit.
Quis est sermo iste quē tu locut⁹
es? Qui cum staret in medio eo-
rum, ait. Sic, fatui filij Israel, nō
iudicantes, neque quod verū est
cognoscentes, condemnastis fi-
liam Israel? Reuertimini ad iu-
diciū: quia falsum testimoniū lo-

cuti sunt aduersus eã. Reuersus
est ergo populus cũ festinatione.
Et dixit ad eos Daniel. Separa
te eos ab inuicẽ procul: ⁊ dijudi-
cábo eos. Cũ ergo diuisi essent
alter ab altero, vocauit vnum ex
eis, ⁊ dixit ad eũ. Inueterate diẽ
rũ maloꝝ, nũc venerunt peccata
tua q̃ prius opabáris, iudicãs iu-
dicia iniusta, innocentes oppri-
mens, ⁊ dimittens nóxios, dicẽ-
te dño: innocentẽ ⁊ iustũ non in-
terficies. Nũc ergo si vidisti eã,
dic sub qua arbore videris eos
colloquentes sibi. Qui ait. Sub
schino. Dixit aũt Daniel. Recte
mẽtitus es i caput tuũ. Ecce eni
angelus dñi, accépta sentẽtia ab
eo, scindet te médiũ. Et amoto
eo, iussit venire aliũ, ⁊ dixit ei. Se
mẽ Chanaã, ⁊ nõ Juda: spécies
decépit te, ⁊ cõcupiscẽtia subuer
tit cor tuũ. Sic faciebátis filiab⁹
Israel, ⁊ illę timẽtes loquebátur
vobis. Sed non filia Juda susti-
nuit iniqtatẽ vestrã. Nunc ergo
dic mihi, sub qua árbore cõprehẽ
deris eos loquentes sibi? Qui
ait. Sub prino. Dixit aũt ei Da-
niel. Recte mentitus es ⁊ tu in
caput tuũ. Manet eniꝫ angelus
dñi gladiũ habẽs, vt secet te me-
diũ: ⁊ interficiat vos. Exclama-
uit itaqꝫ oĩs cętus voce magna:
⁊ bñdixérũt deũ, q saluat speran
tes in se. Et cõsurrexerũt aduer
sus duos senióres. (Conuicerat
eniꝫ eos Daniel ex ore suo falsuꝫ
dixisse testimoniuꝫ.) Fecérũtqꝫ
eis, sicut male egerant aduersus
proximum, ⁊ interfecerunt eos.
Et saluátus est sanguis innoxi⁹
in die illa. Grad. Si ambulem
in medio vmbrę mortis, non ti- psal. 22
mébo mala: quoniam tu mecum
es domine. ℣. Uirga tua, ⁊ bácu-
lus tuus, ipsa me consolata sunt.
Seque. S. euang. sm Joannẽ.



In illo tẽpore:
Perrexit Jes⁹ ca.8.
in mõtẽ oliuéti, ⁊ di-
lúculo iterum venit
in templum. Et om
nis populus venit
ad eum: ⁊ sedens
docebat eos. Adducunt autem
scribę ⁊ pharisei mulierꝫ depre-
hẽsaꝫ in adulterio: ⁊ statuérũt eã
in medio, ⁊ dixérũt ei. Magister
hęc mulier modo deprehensa est
in adulterio. In lege autẽ Moy
ses mandauit nobis huiusmodi
lapidáre. Tu ergo quid dicis?
Hoc autem dicebant tentantes
eum: vt possent accusare eum.
Jesus auteꝫ inclinãs se deorsum,
digito scribébat in terra. Cum
autem perseuerarẽt interrogán
tes eum: erexit se, ⁊ dixit eis. Qui
sine peccato est vestrum, primus
in illam lápideꝫ mittat. Et iterũ
inclinans se, scribébat in terra.
Audientes auteꝫ hęc, vnus post
vnũ exibant, incipientes a senio
ribus. Et remánsit Jesus solus
⁊ múlier in médio stans. Erigẽs
autem se Jesus, dixit ei. Mulier,
vbi sunt qui te accusabant? Ne-
mo te condemnauit? Quę dixit,
Nemo domine. Dixit autem
Jesus. Nec ego te condemná-
bo. Uade, ⁊ iaꝫ ámplius noli pec
care.

psal. 118. care. Offertorium. Gressus meos dirige secundum eloquiū tuum: vt nō dominetur mei omnis iniustitia, domine. Secreta.

Concede, quesumus omnipotens deus: vt huius sacrificij munus oblatuz, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, τ muniat. Per dñm. Alie secrete, vt in dominica precedenti. Cōmu.

Jo. 8 Nemo te condemnauit mulier? nemo dñe: nec ego te condemnabo: iam amplius noli peccare. Postcomu.

Quesumus omnipotens deus: vt inter eius membra numeremur, cuius corpori communicamus, τ sanguini. Qui tecuz viuit. Alie post communiones, vt in Dominica precedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Pretende dñe fidelibus tuis dexteram celestis auxilij: vt te toto corde perquirant: τ que digne postulant consequi mereantur. Per dominum.

Dñica iiij. in Quadragesima. Statio ad sanctam Crucem in Hierusalem. Introitus.

Esa. 66



Letare hierusalez τ conuentum facite omnes qui diligitis eam: gaudete cū letitia qui in tristitia fuistis: vt exultetis, τ satiemini ab vberibus consolationis vestre. Psal.

psal. 121. Letatus sū in his, que dicta sūt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Gloria patri, τ filio, Oremus.

Concede, quesumus omnipotens deus: vt, qui ex merito nostre actionis affligimur, tue gratie consolatione respiremus. Per dominū. Ad poscenda suffragia sanctorū. Oro.

A Cunctis nos, quesumus dñe, mentis τ corporis defende periculis: τ intercedente beata τ gloriosa semperqz virgine Dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro, τ Paulo, atqz beato N. τ omnib[9] sanctis, salutē nobis tribue benignus τ pacē: vt destructis aduersitatib[9] τ errorib[9] vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Oro.

Omnipotēs sempiterne deus, qui viuorum dominaris simul τ mortuorum, omniū que misereris, quos tuos fide τ ope futuros esse pnoscis: te supplices exoramus: vt, p qbus effūdere preces decreuimus, quosqz vel presens seculum adhuc in carne retinet, vel futurū iaz exutos corpore suscepit: intercedentib[9] omnibus sanctis tuis, pietatis tue clementia, omniū delictoruz suorum veniam consequantur. Per do. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Galatas.

Fratres: Scriptuz est, quoniam Abrahaz duos filios ca. 4
habuit: vnum de ancilla, τ vnum de libera. Sed qui de ancilla, secundū carnem natus est: qui autez de libera, per repromissionē: que sunt per allegoriam dicta. Hec enim sunt duo testamenta. Unum quidem in monte Sina,

psal. 138 Offer. Laudate dñm, qz benignus est: psallite nói eius, quoniá suaue est: oia quecunque voluit fecit, in celo ꝛ in terra. Secr.

Sacrificiis presentibus domine, quesumus, intende placatus: vt ꝛ deuotioni nostre proficiat, ꝛ saluti. Per. Alie sec.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis ꝛ corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in presenti, ꝛ gloriam in futuro.

Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locádus: tribue quesumus: vt, intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorũ, quos in oratione cõmẽdatos suscépimus, ꝛ nomina omnium fidelium beate predestinationis liber ascripta retineat. Per do.

121. psal. Coio. Hierusalẽ, que edificat vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsuz: illuc enim ascenderũt tribus, tribus dñi, ad cõfitendũ nomini tuo dñe. Postcommunio.

Da nobis quesumus misericors deus: vt sancta tua, quibus incessanter explémur, syncéris tractemus obsequiis, ꝛ fideli semper mente sumamus. Per dominum n. Alie postcoiones.

Mundet, ꝛ muniat nos, quesumus dñe, diuini sacramenti munus oblatum: ꝛ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis aplis tuis Petro ꝛ Paulo, atqz beato N. ꝛ omnibus sanctis: a cunctis nos reddat ꝛ peruersitatibus expiatos, ꝛ aduersitatibus expeditos.

Purificent nos, qs, ops ꝛ misericors deus, sacramenta que sumpsimus: ꝛ intercedétibus omnibus sanctis tuis, presta: vt hoc tuum sacramentuz nõ sit nobis reatus ad penaz, sed intercessio salutaris ad véniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragiliuz, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorũ atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorũ. Per dominum nostrum Jesum Christ.

Feria ij. Statio ad sactos quatuor Coronatos. Introitus.



Deus in nomine tuo saluum me fac, ꝛ in virtute tua libera me: deus exaudi orationem meaz. Psalmus. Auribus pércipe verba oris mei. ℣. Gloria patri ꝛ filio. psal. 53 Oratio.

Presta, qs ops deus, vt obseruationes sacras ánnua deuotione recolẽtes, ꝛ corpore tibi placeámus, ꝛ mẽte. Per. Alie orones, vt in dñica precedenti.

Lectio libri Regum.

In diebus illis. Venérunt iij. due mulieres meretrices ca.3. ad regẽ Salomonẽ: steterũtque corá eo. Quarum vna ait. Obsecro mi dñe, ego ꝛ mulier hec habitabámus in domo vna: ꝛ pépe ri apud eá in cubiculo. Tertia vero die postquám ego péperi, péperit ꝛ hec. Et eramus simul, nullusqz alius in domo nobiscũ, exce-

ptis nobis duabus. Mortuus e autē filius mulieris hui⁹ nocte. Dormiens quippe oppressit eū. Et consurgens intempestę noctis silentio, tulit filium meū de latere meo ancillę tuę dormiētis, & collocauit in sinu suo: suū autē filiū, q erat mortuus, posuit in sinu meo. Cūq; surrexissē mane, vt darem lac filio meo: apparuit mortu⁹. Quē diligētius intuēs clara luce, deprehēdi nō esse meū quē genuerā. Respondit q; altera mulier. Nō est ita: sed filius tuus mortu⁹ est, meus autē viuit. E cōtrario illa dicebat. Mētiris: filius quippe me⁹ viuit, & filius tuus mortuus est. Atq; in hūc modū cōtēdebāt corā rege. Tūc rex ait. Hęc dicit: filius meus viuit, & filius tuus mortuus est: & ista respōdet, nō, sed filius tu⁹ mortu⁹, ē, & filius meus viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladiū. Cumq; attulissent gladiū corā rege: diuidite, inquit, infantē viuum in duas partes: & date dimidiā partē vni, & dimidiam partem alteri. Dixit autē mulier, cuius filius erat viuus, ad regē. (Cōmota sunt quippe viscera eius super filio suo.) Obsecro domine, date illi infantē viuum, & nolite interficere eū. E contrario illa dicebat. Nec mihi, nec tibi: sed diuidatur. Respōdit rex, & ait. Date huic infantē viuum, & nō occidatur: hęc est enim mater eius. Audiuit itaq; ōis Israel iudiciū quod iudicasset rex: & timuerūt regē, vidētes sapiētiā dei esse in eo ad faciendū iudiciū. Gradu.

Esto mihi in deū protectorē, & psal. 30
i locū refugij: vt saluū me facias.
℣. Deus in te speraui: dñe nō cō
fundar in ęternum. Tract. Do psal.
mine non secundum peccata no 102
stra, quę fecimus nos: neque ſm
iniqtātes nostras retribuas no
bis. ℣. Dñe, ne memineris iniq psal.
tātū nostrarū antiquarū, cito an 78
ticipēt nos misericordię tuę: q̄r pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: & ppter gloriā nominis tui dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuū.

Sequē. S. euāg. ſm Joannem.



In illo tēpore: ca. 2.
Prope erat pascha Judęorū, & ascēdit Jesus Hierosolymā. Et inuēnit in tēplo vēdētes oues, & boues, & colūbas, & numularios sedētes. Et cū fecisset quasi flagellū de funiculis, oēs eiēcit de tēplo, oues quoq; & boues: & numulariorū effudit ęs, & mēsas subuertit. Et his, q columbas vendebant, dixit. Auferte ista hinc: & nolite facere domum patris mei domum negociationis. Recordati vero sūt discipuli eius: q̄r scriptū est: zelus domus tuę comēdit me. Respōderūt ergo Judęi: & dixerunt ei. Quod signū ostendis nobis: q̄r hęc facis? Respondit Jesus, & dixit eis. Soluite templū hoc: & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Judęi. Quadraginta &

ta & sex annis edificatũ est tẽplũ hoc: & tu in trib⁹ dieb⁹ excitabis illud? Ille autẽ dicebat de tẽplo corporis sui. Cũ ergo resurrexisset a mortuis, recordati sũt discipuli ei⁹ q2 hoc dicebat de corpore suo. Et crediderũt scripture, & sermoni quẽ dixit Jesus. Cũ autẽ esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, vidẽtes eius signa que faciebat. Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis: eo q ipse nosset omnes: & quia opus ei nõ erat, vt qs testimoniũ perhiberet de homine. Ipse enim sciebat, quid esset in homi-
psal. 66 ne. Offer. Iubilate deo omnis terra: seruite dño in letitia: intrate in cõspectu ei⁹ in exultatione: quia dñs ipse est deus. Secreta.

Oblatum tibi domine sacrificium viuificet nos semper, & muniat. Per dominum. Alie secrete, vt in dominica precedẽti. Coio. Ab occultis meis
psal. 18 munda me domine: & ab alienis parce seruo tuo. Postcommunio.

Sumptis domine salutaribus sacramentis, ad redẽptionis eterne, quesumus, proficiamus augmẽtũ. Per do. Alie postcõiones, vt in dñica precedẽti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Deprecationẽ nostram, q̃s, dñe benignus exaudi: & quibus supplicãdi p̃stas effectũ, tribue defensionis auxilium. Per.

¶ Feria iiij. Statio ad sanctum Laurentiũ in Damaso. Introi.



Exaudi deus oratio- psal. 54 nem meam, & ne despexeris deprecationẽ meam: intende in me, & exaudi me. Psal. Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum a voce inimici, & a tribulatione peccatoris. ℣. Gloria patri. Oremus.

Sacre nobis, q̃s dñe, obseruatiõis ieiunia: & pie cõuersationis augmentũ, & tue propitiationis continuũ prestent auxiliũ. Per. Alie orõnes vt dñica precedenti. Lectio libri Exodi.

In dieb⁹ illis: Locutus est c. 32. dñs ad Moysen, dicẽs. Descende de monte: q2 peccauit populus tuus quẽ eduxisti de terra Aegypti. Recesserũt cito de via quã ostẽdisti eis: feceruntq3 sibi vitulũ cõflatilẽ, & adorauerũt, atq3 immolantes ei hostias dixerũt. Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Rursumq3 ait dñs ad Moysen. Cerno q populus iste, dure ceruicis sit: dimitte me, vt irascatur furor meus cõtra eos, & deleam eos: faciamq3 te in gẽtẽ magnã. Moyses autem orabat dominũ deum suum, dicens. Cur dñe irascitur furor tuus contra populũ tuum: quẽ eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne, q̃so, dicãt egyptij: callide eduxit eos, vt interficeret in mõtib⁹, & deleret de terra. Quiescat ira tua: & esto placabilis super nequitia populi tui. Recor-

dare Abraham, Isaac, et Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens. Multiplicabo semen vestrum sicut stellas celi: et vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro: et possidebitis eam semper. Placatusque est dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et misertus est populo suo domi-
psal. nus deus noster. Gradu. Exurge
43 domine, fer opem nobis: et libera nos propter nomen tuum. V. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, et in diebus antiquis.

Sequen. S. euang. secundum Joannem.

ca. 7 

In illo tempore: Jam die festo mediante ascendit Jesus in templum, et docebat. Et mirabantur Judei, dicentes. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Respondit eis Jesus, et dixit. mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Siquis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina, vtrum ex deo sit, an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit illum: hic verax est, et iniustitia in illo non est. Nonne Moyses dedit vobis legem: et nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere? Respondit turba, et dixit. Demonium habes: quis te querit interficere? Respondit Jesus, et dixit eis. Unum opus feci: et omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circuncisionem: non quia ex Moyse est, sed ex patribus. Et in sabbato circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis. Nonne hic est, quem querunt interficere? Ecce palam loquitur, et nihil ei dicunt. Numquid vere cognouerunt principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo docens in templo Jesus, et dicens. Et me scitis, et vnde sim scitis: et a me ipso non veni: sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum: et, si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, quia ab ipso sum, et ipse me misit. Querebant ergo eum apprehendere: et nemo misit in illum manus: quia nondum venerat hora eius. De turba autem, multi crediderunt in eum. Offer. Expectans expectaui dominum, et respexit me: et exau- psal.
diuit deprecationem meam: et immi- 39
sit in os meum canticum nouum, hymnum deo nostro. Secreta.

Hec hostia, quesumus domine, emundet nostra delicta:

cta: & ad sacrificium celebrandũ, subditorũ tibi corpora, mẽtesq3 sanctificet. Per dominum nost. Aliç secretç, vt in Dominica prç
psal. cedẽti. Cõmunio. Lętabimur
19 in salutari tuo: & ĩ nomine dei no stri magnificabimur. Postcõio.

Uius nos domine percẽptio sacramenti mundet a crimine: & ad cęlestia regna perducat. Per dom. Aliç postcõiones, vt in dominica precedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Miserére domine pópulo tuo: & continuis tribulatiónibus laborantem, propitius, respirare concede. Per domi.

¶ Feria iiij. Statio ad sanctum Paulum. Introitus.

Ez. 36

Um sanctificatus fuero in vobis, cõgregabo vos de vniuersis terris: & effundã super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: & dabo vobis spiritum nouum. Psalmus.
psal. 33. Benedicam dominum in omni tẽpore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria. post Kyrie el. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Eus, q iustis pręmia meritorum, & peccatoribus per ieiuniũ veniã prębes: miserére supplicib9 tuis: vt reatus nostri confessio indulgentiam valeat pcipere delictorum. Per domin. Lectio Ezechielis prophetę.

Aec dicit dñs deus: Sãctificabo nomẽ meũ magnũ: c.36.
vt sciãt gẽtes, q: ego dñs. Cũ sãctificatus fuero in vobis coram eis: tollã quippe vos de gẽtibus: & congregabo vos de vniuersis terris: & adducam vos in terrã vestrã. Et effundam super vos aquã mundã: & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum: & spiritum nouũ ponam in médio vestri. Et auferã cor lapideum de carne vestra: & dabo vobis cor carneũ. Et spiritum meum ponã in médio vestri: & faciam vt in pręceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiátis, & operemini. Et habitábitis in terra quã dedi patribus vestris: éritis mihi in populum, & ego ero vobis in deũ, dicit dñs
ops. Grad. Uenite filij, audite psal.
me: timorẽ dñi docebo vos. ℣. 33.
Accédite ad eũ, & illuminamini: & facies vestrę non confundentur. Hic dicitur Dñs vobiscũ. sine Flectamus genua. Orem.

Resta, q̃s ops de9: vt, quos ieiúnia votiua castigãt, ipsa quoq3 deuotio sancta lętificet: vt terrénis affectibus mitigatis, facilius celéstia capiamus. Per domi. Lectio Isaię prophetę.

Aec dicit dominus. Lauãmini, mundi estóte, auferte ca. 1.
malum cogitationũ vestrarũ ab óculis meis. Quiescite agere peruerse, discite benefácere. Quérite iudiciũ, & subuenite oppresso,

iudicate pupillo, defendite viduaz. Et venite, ꝛ arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinum: quasi nix dealbabuntur. Et, si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis, ꝛ audieritis me: bona terrę comedetis.
psal. Dicit dñs ops. Gradu. Beata
32 gens cuius dñs est deus eorum: populus quem elegit dominus in hereditatē sibi. ℣. Verbo domini celi firmati sunt: ꝛ spū oris eius ois virtus eorum. Tract⁹.
psal. Domine, non secundum pecca-
102 ta nostra, quę fecimus nos: neque secundū iniquitates nostras
psal. retribuas nobis. ℣. Dñe, ne me-
78 mineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę: q2 pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ꝛ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuū.

Sequē. S. eu. sm Joannem.

ca. 9



In illo tpe. Preteriens Jesus, vidit hominē cęcuz à natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi: qs peccauit, hic, aut parentes eius, vt cecus nasceretur? Respondit Jesus. Neqz hic peccauit, neqz parentes eius: sed vt manifestetur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quādo nemo potest operari. Quandiu in mundo sū, lux sum mundi. Hęc cum dixisset, expuit in terram, ꝛ fecit lutū ex sputo: ꝛ liniuit lutum super oculos eius, ꝛ dixit ei. Vade, laua in natatoria Siloe, qđ interpretatur missus. Abijt ergo, ꝛ lauit: ꝛ venit vidēs. Itaqz vicini, ꝛ qui viderant eū prius, q2 mēdicus erat, dicebant. Nonne hic est qui sedebat, ꝛ mēdicabat? Alij dicebant, q2 hic est. Alij autē, nequaquā, sed similis ei⁹ est. Ille vero dicebat, q2 ego sum. Dicebāt ergo ei. Quo aperti sūt tibi oculi? Respondit. ille homo qui dicit Jesus, lutū fecit: ꝛ vnxit oculos meos, ꝛ dixit mihi. Vade ad natatoriā Siloe, ꝛ laua. Et abij, ꝛ laui, ꝛ vidi. Dixerūt ergo ei. Ubi ē ille? Ait. Nescio. Adducūt eū ad phariseos q cęcus fuerat. Erat aūt sabbatū quādo lutū fecit Jesus, ꝛ aperuit oculos eius. Iterū ergo interrogabant eū pharisei, quomodo vidisset. Ille autez dixit eis. Lutuz posuit mihi super oculos, ꝛ laui: ꝛ video. Dicebāt ergo ex phariseis quidam. Non est hic homo à deo, qui sabbatuz non custodit. Alii autez dicebāt. Quomodo potest homo peccator hęc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicūt ergo ceco iterū. Tu, qđ dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille aūt dixit. quia propheta est. Non crediderunt ergo Judei de illo, quia cęcus fuisset, ꝛ vidisset: donec vocauerunt parētes eius qui viderat, ꝛ interrogauerunt eos, dicētes,

Hic est filius vester, quẽ vos dicitis qꝛ cęcus natus est: Quõ ergo nunc videt? Respõderũt eis parẽtes eius, ⁊ dixerũt. Scimus qꝛ hic est filius nr̃, ⁊ qꝛ cęcus natus est: quõ autem nunc videat nescimus, aut quis eius apéruit óculos, nos nescimus. Ipsũ interrogáte: ętátem habet, ipse de se loquátur. Hęc dixérunt parentes eius, qꝛ timébant Judęos. Jam enim conspiráuerant Judęi, vt siquis eum cõfiterétur Christũ, extra synagógam fieret. Proptérea paréntes eius dixérunt: quia ętátem habet, ipsum interrogàte. Uocauérunt ergo rursũ hóminem qui fúerat cęcus, ⁊ dixérũt ei. Da glóriam Deo. Nos scim⁹ qꝛ hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator ẽ, nescio: vnũ scio, qꝛ cũ cęcus essem, modó video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quõ apéruit tibi óculos? Respõdit eis. Dixi vobis iã, ⁊ audistis: quid iterum vultis audire? Nunqd ⁊ vos vultis discípuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, ⁊ dixérunt. Tu discipulus eius sis: nos autẽ Móysi discípuli sumus. Nos scimus, qꝛ Moysi locútus est deus: hunc autẽ nescimus vnde sit. Respõdit ille homo, ⁊ dixit eis. In hoc enim mirábile est, qꝛ vos nescitis vnde sit: ⁊ apéruit óculos meos. Scimus autẽ, qꝛ peccatóres deus nõ áudit: sed siqs cultor dei est, ⁊ voluntatẽ eius facit, hũc exáudit. A seculo non est auditum, quia apéruit quis óculos cęci nati. Nisi esset hic à deo, nõ póterat facere quicquam. Respondérũt, ⁊ dixerũt ei. In peccatis natus es totus: ⁊ tu doces nos? Et eiecérunt eũ foras. Audiuit autem Jesus, qꝛ eiecérunt eum foras: ⁊ cum inuenisset eum, dixit ei. Tu credis in filium dei? Respondit ille, ⁊ dixit. Quis est dñe, vt credã in eũ? Dixit ei Jesus. Et vidisti eum, ⁊ qui loquitur tecum ipse est. At ille ait. Credo dñe. Et prócidens adoráuit eũ. Offert. Benedícite gentes dñm deum nostrum, ⁊ obaudite vocẽ laudis eius: qui pósuit animã meã ad vitã, ⁊ non dedit cõmouéri pedes meos: benedictus dominus, qui nõ amóuit deprecationem meam: ⁊ misericordiam suam à me. psal. 65

Secreta.

Supplices te rogamus omnipotẽs deus: vt his sacrificijs peccata nostra mundentur qꝛ tunc verã nobis tribuis ⁊ mẽtis ⁊ corporis sanitatẽ. Per. Alię secre. vt in dñica precedẽti. Cõmu. Lutum fecit ex sputo domin⁹, ⁊ liniuit óculos meos: ⁊ abij, ⁊ laui, ⁊ vidi, ⁊ credidi deo. Jo. 9

Postc.

Sacramenta, q̃ sumpsimus, dñe deus nr̃, ⁊ spiritualib⁹ nos répleant alimẽtis ⁊ corporalibus tueantur auxílijs. Per d. Alię postcõ. vt in Dñica preced. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Pateant áures misericordię tuę, domine, precibus supplicantium: ⁊ vt petentibus desiderata concedas: fac eos, quę tibi sunt plácita, postuláre. Per.

¶ Feria v. Statio ad sanctum Sylvestrũ ⁊ Martinũ. Introi.

psal. 104

Aetetur cor quęrentiũ dñm: quęrite dñm, ⁊ cõfirmamini: quęrite faciẽ eius semper. psal. Cõfitemini dño, ⁊ inuocate nomen eius: annũciate inter gentes ópera eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.

Presta q̃s ops̃ de⁹: vt, quos ieiunia votiua castigãt, ipsa quoq; deuótio sancta lętificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cęlestia capiamus. Per. Alię orõnes vt in Dñica preced.

Lectio libri Regum.

iiij ca. 4
In diebus illis: Uenit mulier Sunamitis ad Eliséũ in montẽ Carmeli. Cumq; vidisset eã vir dei de contra, ait ad Giezi puerum suum. Ecce Sunamitis illa. Uade ergo in occursum eius, ⁊ dic ei. Recte ne agitur circa te, ⁊ circa virum tuum, ⁊ circa filium tuum? Quę respondit, Recte. Cũq; venisset ad virum dei in montem, apprehẽdit pedes eius: ⁊ accessit Giezi vt amouéret eam. Et ait homo dei. Dimitte illã: anima enim eius in amaritudine est: ⁊ dominus celauit à me, ⁊ nõ indicáuit mihi. quę dixit illi. Nunquid petiui filium à domino meo? Nunquid non dixi tibi, ne illudas me? Et ille ait ad Giezi. Accinge lũbos tuos: ⁊ tolle báculũ meũ in manu tua: ⁊ vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: ⁊, si salutauerit te quispiã, nõ respõdeas illi: ⁊ pones báculũ meũ super faciẽ pueri. Porro mater pueri ait. Uiuit dñs, ⁊ viuit anima tua: nõ dimittam te. Surrexit ergo, ⁊ secutus est eã. Giezi aũt precésserat ante eos, ⁊ posuerat baculũ super faciem pueri: ⁊ non erat vox, neq; sensus. Reuersusq; est Giezi in occursum eius: ⁊ nunciáuit ei, dicens. Non surrexit puer. Ingressus est ergo Eliséus domũ. Et ecce puer mortuus iacébat in lectulo eius. Ingressusque cláusit ostium super se, ⁊ super púerum: ⁊ orauit ad dominum. Et ascendit: ⁊ incubuit super púerum: posuitque os suum super os eius, ⁊ óculos suos super oculos eius, ⁊ manus suas super manus eius: ⁊ incuruauit se super eum: ⁊ calefacta est caro púeri. At ille reuersus, deambulauit in domo semel huc atque illuc: ⁊ ascendit, ⁊ incubuit super eum: ⁊ oscitáuit puer sépties, aperuitq; óculos. At ille vocauit Giezi, ⁊ dixit ei. Uoca Sunamitidem hanc. Quę vocáta, ingréssa est ad eum. Cui ait. Tolle filium tuũ. Uenit autem illa, ⁊ corruit ad pedes eius: ⁊ adoráuit super terram. Tulitque filium suum, ⁊ egréssa est. Eliséus vero reuersus est in Gálgala.

Gradu. Respice domine in testaméntum tuum: ⁊ animas páuperum tuorum ne obliuiscaris in finem. psal. 73 ℣. Exurge domine, ⁊ iúdica cáusam meam: memor esto opprobrij seruorum tuorũ.

Sequen. S. euang. sm Lucam.

ca. 7 
In illo tempore: Ibat Iesus in ciuitatem, que vocatur Naim: et ibant cum illo discipuli eius, et turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris sue. Et hec, vidua erat: et turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus misericordia motus super eam, dixit illi. Noli flere. Et accessit, et tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait. Adolescens, tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus: et cepit loqui. Et dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor: et magnificabant deum, dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: et quia deus visitauit plebem
psal. suam. Offer. Domine ad adiu-
69 uandum me festina: confundantur omnes aduersum me, qui cogitant seruis tuis mala. Secreta.

Purifica nos misericors deus: vt, ecclesie tue preces que tibi grate sunt, pia munera deferentes, fiant expiatis mentibus gratiores. Per. Alie sec. vt in dominica precedenti. Com. Do-
psal. mine memorabor iustitie tue so-
70 lius: deus docuisti me a iuuentute mea: et vsque in senectam, et senium: deus ne derelinquas me. Postcom.

Celestia dona capientibus, quesumus domine, non ad iudicium prouenire patiaris, que fidelibus tuis ad remedium prouidisti. Per. Alie postcomuniones, vt in dominica precedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Populi tui deus institutor, et rector: peccata, quibus impugnatur, expelle: vt semper tibi placitus, et tuo munimine sit securus. Per dominum nostr.

¶ Feria vj. Statio ad sanctum Eusebium. Introitus.


Meditatio cordis psal.
mei in conspectu 81
tuo semper: domine adiutor meus, et redemptor meus. Psalmus. Celi enarrant gloriam dei, et opera manuum eius annunciat firmamentum. V. Gloria pat. Oremus.

Deus, qui ineffabilibus mundum renouas sacramentis: presta quesumus: vt ecclesia tua et eternis proficiat institutis, et temporalibus non destituatur auxilijs. Per d. Alie orationes, vt in dominica precedenti. Lectio libri Regum.

In diebus illis: Aegrota- iiij. c.
uit filius mulieris matris fa 17
milias: et erat languor fortissimus ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam. Quid mihi, et tibi vir dei? Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates mee: et interficeres filium meum? Et ait ad eam Elias. Da mihi filium tuum. Tulitque eum de sinu illius: et portauit in cenaculum vbi ipse manebat: et posuit super lectulum suum: et clamauit ad dominum, et dixit. Domine deus meus, etiamne viduam, apud quam ego vtcunque sustentor, afflixisti: vt

interficeres filiũ eius? Et expandit se, atq; mensus est super puerum tribus vicibus: clamauitq; ad dñm, ꝛ dixit. Dñe deus meus: reuertatur (obsecro) anima pueri huius in viscera eius. Exaudiuit autem dñs vocem Elię: ꝛ reuersa est anima pueri intra eum, ꝛ reuixit. Tulitq; Elias puerũ: ꝛ deposuit eum de cęnaculo in inferiorem domũ: ꝛ tradidit matri suę. Et ait illi. En viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad Eliã. Nũc in isto cognoui, qm̃ vir dei es tu: ꝛ verbũ dñi, in ore tuo veruz est.

psal. 117. Grad. Bonum est confidere in dño, quaz confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in domino, quaz sperare in principibus.

psal. 102. Trac. Dñe, non ſm peccata nostra, q̃ fecimus nos: neq; ſm iniquitates nr̃as retribuas nobis. ℣.

psal. 78 Dñe, ne memineris iniqtatũ nostrar antiquar: cito ãticipẽt nos misericordię tuę: qꝛ pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ꝛ propter gloriaz nominis tui domine libera nos: ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequẽ. S. euang. ſm Joannez.

ca. 2 

In illo tpe: Erat quidã languens Lazarus a Bethania, de castello Marię ꝛ Marthę sororum eius. (Maria autez erat, quę vnxit dñm vnguento, ꝛ extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.) Miserunt ergo sorores eius ad euz dicentes. Dñe, ecce quẽ amas, infirmatur. Audiens autẽ Jesus, dixit eis. Infirmitas hęc nõ est ad mortem, sed pro gloria dei: vt glorificẽtur filius dei per eã. Diligẽbat aũt Jesus Marthã, ꝛ sororem eius Mariã, ꝛ Lazaruz. Ut ergo audiuit qꝛ infirmabat, tũc quidẽ mansit in eodez loco duobus diebus. Deinde post hęc dixit discipulis suis. Eamus in Judęam iterũ. Dicunt ei discipuli. Rabbi, nunc quęrebãt te Judęi lapidare: ꝛ iterum vadis illuc? Respondit Jesus. Nonne duodecim horę sunt diei. Siquis ambulauerit in die, non offendit: qꝛ lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit: qꝛ lux non est in eo. Hęc ait. Et post hęc dicit eis. Lazarus amicus nr̃ dormit: sed vado, vt a somno excitẽ eũ. Dixerũt ergo discipuli eius. Dñe, si dormit saluus erit. Dixerat autẽ Jesus de morte eius: illi aũt putauerũt qꝛ de dormitione sõni diceret. Tũc ergo dixit eis Jesus manifeste. Lazarus mortuus est: ꝛ gaudeo propter vos, vt credatis, qm̃ nõ erã ibi. Sed eamus ad eũ. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad cõdiscipulos. Eamus ꝛ nos, ꝛ moriamur cũ eo. Uenit itaque Jesus: ꝛ inuẽnit eũ quatuor dies iã in monumento habẽtẽ. (Erat aũt Bethania iuxta Hierosolymã quasi stadijs qndeciz.)

Multi

Multi aũt ex Judeis vénerãt ad Marthã & Mariã, vt consolarẽtur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit q: Jesus venit, occurrit illi: Maria autẽ domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Jesum. Dñe si fuisses hic, frater meus nõ fuisset mortuus. Sed & nũc scio, q: queçunque popósceris à deo, dabit tibi deus. Dicit illi Jesus. Resúrget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio q: resúrget in resurrectione, in nouissimo die. Dicit ei Jesus. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me: etiã si mortuus fuerit, viuet. Et oĩs q viuit, & credit in me: nõ morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. vtique dñe: ego crédidi q: tu es Christus filius dei viui, q in hũc mundũ venisti. Et cum hec dixisset, abiit, & vocauit Mariam sororem suam siléntio, dicens. Magister adest, & vocat te. Illa autem, vt audiuit, surrérit cito, & venit ad eũ. Nondũ enim vénerat Jesus in castellũ: sed erat adhuc ĩ loco illo, vbi occúrrerat ei Martha. Judei ergo, qui erant cum ea in domo, & cõsolabátur eã, cũ vidissent Mariã, q: cito surrexit & exiit, secuti sunt eã dicentes. Q: vadit ad monumentũ, vt ploret ibi. Maria ergo cum venisset vbi erat Jesus: videns eũ, cécidit ad pedes eius, & dixit ei. Dñe si fuisses hic, nõ esset mórtuus frater meus. Jesus ergo vt vidit eã plorantẽ, & Judeos qui vénerãt cũ ea, plorantes: infremuit spiritu, & turbauit semetipsum; & dixit. Ubi posuistis eũ? Dicũt ei. Dñe, veni & vide. Et lacrymatus ẽ Jesus. Dixérũt ergo Judei. Ecce quõ amabat eum. Quidã aũt ex ipsis dixerunt. Nõ póterat hic, qui apéruit óculos ceci nati, facere, vt & hic nõ moreretur? Jesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca: & lapis superpositus erat ei. Ait Jesus. Tóllite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mórtuus fuerat. Domine, iam fetet: quatriduanus enim est. Dicit ei Jesus. Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, vidébis gloriã dei? Tulerunt ergo lapidẽ. Jesus autẽ eleuátis óculis sursum dixit. Pater, grátias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciébam quia semper me áudis, sed propter pópulum qui circunstat, dixi: vt credant quia tu me misisti. Hec cum dixisset, voce magna clamauit. Lazare, veni foras. Et statim pródiit qui fuerat mórtuus, ligatus manus & pedes institis: & facies illius sudário erat ligata. Dixit eis Jesus. Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Judeis, qui vénerant ad Mariam & Marthã, & viderant q̃ fecit Jesus, crediderunt in eũ.

Offer. Populũ humilem saluũ facies domine: & óculos superborum humiliabis: quoniã quis deus preter te domine? psal. 17

Secre. Múnera nos domine, quesumus, obláta puríficẽt: & te nobis iugiter faciãt esse placátũ. Per d. Alie secrete, vt in Domi

Jo. 11. nica precedenti. Cōió. Videns dn̄s flentes sorores Lazari ad monumentū lacrymatus est coram Judeis, et exclamauit, Lazare veni foras: et prodiit ligatis manibus et pedibus, qui fuerat quatriduanus mortuus. Postcōió.

Haec nos, quesumus domine, participatio sacramenti, et a propriis reatibus indesinenter expediat: et ab omnibus tueatur aduersis. Per. Alie postcōmuniones, vt in dn̄ica precedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Da nobis, quesumus omnipotens deus: vt, qui infirmitatis nostre conscij de tua virtute confidimus, sub tua semper pietate gaudeamus. Per dom.

¶ Sabbato. Statio ad sanctū Nicolaum in carcere. Introit⁹.

psal. 55



Sitientes venite ad aquas, dicit dominus: et qui non habetis precium, venite, et bibite cū leticia. Psalm. Attendite populeme meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Glia. Orō.

Fiat, q̄s dn̄e, per gratiā tuā fructuosus nostre deuotionis affectus: qr tunc nobis proderūt suscepta ieiunia, si tue sint placita pietati. Per dominum.

Lectio Isaie prophete.

c. 49 Haec dicit dn̄s. In tp̄e placito exaudiui te: et in die salutis auxiliatus sū tibi. Et seruaui te: et dedi te in fedus populi: vt suscitares terram: et possideres hereditates dissipatas: vt diceres his qui vincti sunt, exite: et his qui in tenebris sunt, reuelamini. Super vias pascentur: et in omnibus planis pascua eorum. Non esurient, neqz sitient: et non percutiet eos estus et sol: qr miserator eorum reget eos: et ad fontes aquarum portabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam: et semite mee exaltabuntur. Ecce isti de longe venient: et ecce illi ab aquilone et mari: et isti de terra australi. Laudate celi, et exulta terra, iubilate montes laudem: qr consolatus est dominus populum suum, et pauperum suorum miserebitur. Et dixit Siō. Dereliquit me dn̄s: et dn̄s oblitus est mei. Nūquid obliuisci potest mulier infantē suū, vt nō misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen nō obliuiscar tui, dicit dn̄s omnipotēs.

Graduale. Tibi dn̄s derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣. Utquid domine recessisti lōge, despicis in opportunitatibus in tribulatione? dū superbit impius, incenditur pauper. ps. 9

Sequen. S. euang. s'm Joannē.



In illo tēpore: Dicebat Jesus turbis Judeorum. Ego sū lux mundi. Qui sequit᷑ me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Dixerunt ergo ei Pharisei. Tu de teipso testimonium perhi- ca. 8

perhibes: testimoniũ tuũ nõ est verũ. Respõdit Jesus, & dixit eis, Et si ego testimoniũ perhibeo d meipso, verũ est testimoniũ meum: q2 scio vnde veni, & quo vado. Vos aũt nescitis vnde venio, aut quo vado. Vos s'm carnẽ iudicatis: ego nõ iudico quenquã. Et, si ego iudico, iudiciũ meũ verũ est: q2 solus nõ sum, sed ego & qui misit me pater. Et in lege vestra scriptũ est: q2 duorum hominum testimonium verum est. Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso: & testimoniũ perhibet de me, qui misit me, pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus? Respondit Jesus. Neque me scitis: neq3 patrem meũ. Si me sciretis: forsitan & patrẽ meũ sciretis. Hęc verba locutus est Jesus in Gazophylacio, docẽs in templo. Et nemo apprehẽdit eũ: q2 nondũ venerat hora eius.

psal. Offe. Factus est dñs firmamẽ
17 tum meũ, & refugium meũ, & liberator meus: sperabo in eũ. Sec.

Oblationibus nostris, q̃s dñe, placare susceptis: & ad te nostras etiam rebelles cõpelle propitius voluntates. Per do. Alię secr. vt in Dñica pręcedẽti.

psal. Cõio. Dñs regit me, & nihil mi
22 hi deerit: in loco pascuę ibi me collocauit: super aquã refectionis educauit me. Postcõmunio.

Tua nos, q̃s dñe, sancta purificent: & operationis suę remedio, tibi faciat eẽ placatos. Per. Super populũ. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Deus, qui sperãtib9 in te misereri potius eligis, quã irasci: da nobis dignẽ flere mala, q̃ fecimus, vt tuę cõsolationis gratiã inuenire mereamur. Per d.

¶ Dñica de passione. Statio ad sanctum Petrũ. Introitus.



Iudica me deus, & psal.
discerne causam 42
meã de gente nõ sancta: ab homine iniquo, & doloso eripe me: quia tu es deus meus, & fortitudo mea. Psalmus. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in monte3 sanctum tuum, & in tabernacula tua. Iudica. Nõ dicitur Gloria patri, ad introitum vsque ad pascha, nisi in missa de festo si occurrerit: sed finito psalmo, absolute repetitur introit. Oratio.

Quęsumus omnipotens deus, familiam tuam propitius respice: vt te largiente regatur in corpore: & te seruante custodiatur in mente. Per domi. nostrũ. Ab hac die vsque ad feriam v. cęnę domini, post orationem diei dicitur vel Contra persecutores ecclesię. Oratio.

Ecclesię tuę, quęsumus domine, preces placatus admitte: vt, destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum. Uel pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector: famulum tuũ N. quem pastorem ecclesię tuę

preesse voluisti, propitius réspice: da ei quesumus, verbo et exéplo, quibus preest, proficere: vt ad vitam vna cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per domi. Tertia oratio non dicitur. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Hebreos.

ca. 9 Fratres: Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectus tabernaculum non manu factum, idest non huius creationis: neqz per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per propriú sanguinē introiuit semel in Sancta, eterna redemptione inuēta. Si eniz sanguis hircorum, et taurorum, et cinis vitule aspérsus, inquinatos sanctificat ad emundationé carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritū sanctū semetipsum obtulit immaculatuz deo, emūdabit cōscientiá nostrá ab opéribus mortuis ad seruiendū deo viuenti? Et ideo noui testaméti mediator est: vt morte intercedéte in redéptioné earum preuaricationū que erát sub priori testaméto, repromissioné accipiant qui vocati sunt, eterne hereditatis. In Christo Jesu dño

psal. nostro. Grad. Eripe me dñe d

142 inimicis meis: doce me facere vo

psal. luntaté tuá. ℣. Liberator meus

17 dñe de gétibus iracūdis: et ab insurgétibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me. Trac.

psal. Sepe expugnauerūt me à iuué

128 tute mea. ℣. Dicat nūc Israel, sepe expugnauérūt me à iuuétute mea. ℣. Etenim nō potuérunt mihi: supra dorsum meū fabricauérūt peccatores. ℣. Prolongauérūt iniquitates suas: dñs iust' concidet ceruices peccatorum. Seque. S. euág. scdm Joannem.



In illo tempore: Dicebat Jesus turbis Judeoruz, et principibus sacerdotū. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatez dico: quare non créditis mihi? Qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos non auditis: qr ex deo non estis. Respóderunt igitur Judei, et dixérunt ei. Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, et demoniū habes? Respondit Jesus. Ego demoniū nō habeo: sed honorifico patré meū, et vos inhonorastis me. Ego auté nó quero gloriá meá: est qui querat, et iudicet. Amen amen dico vobis: siquis sermoné meum seruauerit, mortem nō videbit in eternū. Dixérūt ergo Judei. Nunc cognouimus quia demonium habes. Abrahá mortuus est, et prophete: et tu dicis: siquis sermonem meū seruauerit, mortem non gustabit in eternū. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et prophete mortuí sunt. Qué teipsum facis? Respondit Jesus. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus ca. 9

meus, qui glorificat me, quē vos dicitis q2 deus vester est: ⁊ nō cognouistis eum: ego autem noui eum. Et, si dixero q2 nō scio eū: ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, ⁊ sermonē eius seruo. Abrahā pater vester exultauit vt videret diē meū: vidit, ⁊ gauisus est: Dixerunt ergo Judei ad eū. Quinquaginta annos nōdū habes, ⁊ Abraham vidisti? Dixit eis Jesus. Amen amen dico vobis: antequam Abraham fieret, ego sū. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eū. Jesus autem abscondit se: ⁊ exiuit de templo. Et dicitur Credo. Et pfatio de Cruce: ⁊ dicitur vsq3 ad feriā v. in cena domini inclusiue.

psal. 118 Offert. Confitebor tibi domine in toto corde meo: retribue seruo tuo, vt viuā, ⁊ custodiā sermones tuos: viuifica me secundum verbum tuum domine. Secre.

Hec munera, quesumus domine, ⁊ vincula nostre prauitatis absoluant: ⁊ tue nobis misericordie dona concilièt. Per domin. Altera secreta, vel contra persecutores ecclesie.

Protege nos domine tuis mysteriis seruientes: vt diuinis rebus inherentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per dominū. Vel pro Papa.

Oblatis, q̄s dn̄e, placare muneribus: ⁊ famulum tuum N. quem pastorē ecclesie tue preesse voluisti, assidua protectione guberna. Per d. Communio.

i.co. 11. Hoc corpus, quod p vobis tradetur, hic calix noui testamēti est in meo sanguine, dicit dn̄s: hoc facite, quotiescūq3 sumitis, in meam cōmemorationem. Postcō.

Adesto nobis domine deus noster: ⁊ quos tuis mysteriis recreasti, perpetuis defende subsidiis. Per do. Altera orō. vel contra persecutores ecclesie.

Quesumus dn̄e deus nr̄: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nō sinas subiacere periculis. Per dominum nost. Vel pro Papa.

Hec nos, q̄s domine, diuini sacramenti perceptio ptegat: ⁊ famulum tuum N. quē pastorem ecclesie tue esse voluisti: vna cum commisso sibi grege saluet semp, ⁊ muniat. Per do.

¶ Feria iij. Statio ad sanctum Chrysogonum. Introitus.



Miserere mihi, dn̄e, quoniam conculcauit me homo: tota die bellās tribulauit me. Psalmus. Cōculcauerunt me inimici mei tota die: qm̄ multi bellantes aduersum me: Miserere mihi do. Oremus. psal. 55

Sanctifica, quesumus domine, nostra ieiunia: ⁊ cunctarum nobis indulgentiā propitius largire culparū. Per dominum nostrum. postea Ecclesie tue. vel Deus omnium. vt supra in dominica passionis.

Lectio Jone prophete.

In diebus illis. Factum est verbum domini ad Jonā ca. 3.


prophetã secundo, dicens. Surge, ꝛ vade in Niniue ciuitatē magnam: ꝛ prędica in ea prędicationez, quam ego loquor ad te. Et surrexit Jonas, ꝛ abijt in Niniue iuxta verbum domini: ꝛ Niniue erat ciuitas magna itinere dierū trium. Et cępit Jonas introire ciuitatem itinere diei vnius: ꝛ clamauit, ꝛ dixit. Adhuc quadraginta dies, ꝛ Niniue subuertetur. Et crediderunt viri Niniuitę in dominum: ꝛ prędicauerunt ieiunium: ꝛ vestiti sunt saccis a maiore vsque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue. Et surrexit de solio suo: ꝛ abiecit vestimentum suū a se: ꝛ indutus est sacco: ꝛ sedit in cinere. Et clamauit, ꝛ dixit in Niniue ex ore regis ꝛ principum eius dicēs. Homines, ꝛ iumēta, ꝛ boues, ꝛ pecora nō gustent quicquā: nec pascantur, ꝛ aquam non bibāt. Et operiantur saccis homines ꝛ iumēta: ꝛ clamēt ad dn̄m in fortitudine. Et cōuertatur vir a via sua mala, ꝛ ab iniquitate q̄ est in manibus eorum. Quis scit, si cōuertatur, ꝛ ignoscat deus: ꝛ reuertatur a furore irę suę, ꝛ nō peribimus? Et vidit deus opera eor͂, q͛ cōuersi sunt de via sua mala: ꝛ misertus est populo suo dominus deus noster. Gradua. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in noīe tuo saluū me fac: ꝛ in virtute tua libera me. Trac. Domine, nō secundum peccata nostra, quę fecimus nos, neq; secundum iniquitates nostras, retribuas nobis. ℣. Dn̄e, ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū: cito anticipent nos misericordię tuę, q͛ pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, ꝛ propter gloriam nominis tui domine libera nos, ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomē tuum.

psal. 53 (beside "nus deus noster. Gradua.")

psal. 102 (beside "Domine, nō secundum peccata")

psal. 78 (beside "Dn̄e, ne memineris")

Sequē. sācti euāg. scđm Joannē.



In illo tempore. Miserunt principes ꝛ pharisęi ministros, vt apprehenderent Jesum. Dixit ergo eis Jesus. Adhuc modicum tempus vobiscum sum: ꝛ vado ad eum qui misit me. Quęretis me, ꝛ non inuenietis: ꝛ vbi sum ego, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Judęi ad semetipsos. Quo hic iturus est, q͛ non inueniemus eū? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, ꝛ docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit: quęretis me, ꝛ non inuenietis: ꝛ vbi ego sū, vos non potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis, stabat Jesus: ꝛ clamabat, dicēs. Si quis sitit, veniat ad me, ꝛ bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de vētre eius fluēt aquę viuę. Hoc autē dixit de spiritu, quē accepturi erant credentes in eū. Offerto. Domine cōuertere, ꝛ eripe animam meā: saluū me fac propter misericordiam tuam. Secreta.

ca. 7 (beside "In illo tempore")

ps. 6 (beside "Domine cōuertere")

Con-

CONcede nobis domine deus noster: vt hec hóstia salutaris, & nostrórum fiat purgatio delictórum: & tue propitiátio maiestatis. Per dominum. vel Prótege. vel Oblatis. Communio.
psal. 23 Dominus virtutum ipse est rex glorie. Postcommunio.

SAcraménti tui, quesumus domine, participátio salutáris, & purificationem nobis tribuat, & medelam. Per dom. vel Quesumus dñe. vel Hec nos, qs. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

DA, quesumus domine, populo tuo salútem mentis, & córporis: vt bonis opéribus inherendo, tua semper mereátur protectióne defendi. Per do.

¶ Feria tertia. Statio ad sanctum Cyriacum. Introitus.

psal. 26



Xpécta dñm, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine dominum. Psalmus. Dñs illuminátio mea, & salus mea: quem timébo? Expecta dominum viriliter. Oremus.

NOstra tibi, quesumus domine, sint accepta ieiunia: que nos, & expiando, gratia tua dignos efficiant: & ad remédia perdúcant eterna. Per. vel Ecclesie tue. vel Deus omnium.

Lectio Danielis prophete.

c. 14. IN diébus illis: Congregáti sunt Babylonij ad regem, & dixerunt ei. Trade nobis Daniélem, qui Bel destrúxit, & dracónem interfécit: alioquin interficiémus te, & domum tuam. Vidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer: & necessitate compulsus tradidit eis Danielem. Qui misérunt eum in lacum leónum: & erat ibi sex diébus. Porro in lacu erant leones septem, & dabátur eis quotidie duo corpora, & due oues: & tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielem. Erat autem Habacuc prophéta in Iudea, & ipse coxerat pulméntum, & intriuerat panes in aluéolo: & ibat in campum, vt ferret messoribus. Dixitque angelus domini ad Habacuc. Fer prandium quod habes, Danieli in Babylonem, qui est in lacu leonum. Et dixit Habacuc. Domine, Babylonem non vidi: & lacum néscio. Et apprehendit eum angelus domini in vértice eius, & portauit eum capillo capitis sui: posuitque eum in Babylone super lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens. Daniel serue dei, tolle prandium, quod misit tibi deus. Et ait Daniel. Recordatus es mei domine deus meus: & non dereliquisti diligéntes te. Surgensque Daniel comedit. Porro angelus domini restituit Habacuc conféstim in locum suum. Venit ergo rex die séptimo, vt lugéret Danielem: & venit ad lacum, & introspexit: Et ecce Daniel sedens in médio leonum. Et exclamauit rex voce magna, dicens. Magnus es domine deus Danielis. Et extráxit eum de lacu. Illos autem

qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum: & deuorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait. Paueant omnes habitantes in vniuersa terra deum Danielis: quia ipse est saluator, faciens signa & mirabilia in celo & in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonum. Graduale. Discerne causam meam
psal. 42 domine: ab homine iniquo, & doloso eripe me. V. Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum. Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

ca. 7



In illo tempore: Ambulabat Jesus in Galileam. Non enim volebat in Judeam ambulare: quia querebant eum Judei interficere. Erat autem in proximo dies festus Judeorum, scenophegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Transi hinc, & vade in Judeam: vt & discipuli tui videant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto quicquam facit, & querit ipse in palam esse. Si hec facis, manifesta teipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis Jesus. Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse vos. Me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego autem non ascendam ad diem festum istum: quia tempus meum nondum impletum est. Hec cum dixisset, ipse mansit in Galilea. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto. Judei ergo querebant eum in die festo, & dicebant. Vbi est ille? Et murmur multum erat de eo in turba. Quidam enim dicebant, quia bonus est. Alij autem dicebant, non: sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Judeorum. Offer. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine: quo- ps. 9
niam non derelinquis querentes te: psallite domino qui habitat in Sion: quoniam non est oblitus orationes pauperum. Secreta.

Hostias tibi domine deferimus immolandas: que temporalem consolationem significent: vt promissa non desperemus eterna. Per. vel Protege nos. vel Oblatis.
Coio. Redime me, deus Israel, psal. 24
ex omnibus angustijs meis. Postco.

Da, quesumus omnipotens deus: vt, que diuina sunt, iugiter exequentes, donis mereamur celestibus propinquare. Per. vel Quesumus domine. vel Hec nos, quesumus. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Da nobis, quesumus domine, perseuerantem in tua voluntate famulatum: vt in diebus nostris, & merito & numero, populus tibi seruiens augeatur. Per domi.

¶ Feria quarta. Statio ad sanctum Marcellum. Introitus.

psal. 17 
Iberator meus de gentibus iracundis: ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me domine. Psal. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamētum meum, ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus. Oratio.

Sanctificato hoc ieiunio, deus, tuorum corda fidelium miserator illustra: ⁊ quibus deuotionis prestas affectū, prebe supplicantibus pium benignus auditum. Per dominum nostrum Iesum Chri. vel Ecclesie tue. vel Deus omnium.

Lectio libri Leuitici.

ca. 19 In diebus illis: Locutus est dominus ad Moysen dicens. Loquere ad vniuersū cetū filiorū Israel, ⁊ dices ad eos. Ego dominus deus vester. Nō facietis furtū. Non mentiemini nec decipiet vnusquisque proximū suum. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomē dei tui. Ego dominus. Non facies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane. Nō maledices surdo nec coram ceco pones offendiculum: sed timebis dominum deum tuum, quia ego sum dominus. Non facies quod iniquum est: nec iniuste iudicabis. Non consideres personam pauperis: nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Nō eris criminator: nec susurro in populis. Nō stabis contra sanguinē proximi tui. Ego dominus. Nō oderis fratrē tuū in corde tuo: sed publice argue eū, ne habeas super illo peccatū. Non queras vltionē: nec memor eris iniurie ciuiū tuorū. Diliges amicū tuū sicut teipsū. Ego dominus: Leges meas custodite. Ego enim sū dominus deus vester. Gra.

Exaltabo te domine, quoniā su psal. 29
scepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Domine deus meus clamaui ad te, ⁊ sanasti me: domine abstraxisti ab inferis animam meam: saluasti me a descendentibus in lacū. Tract.

Domine, nō secundum peccata psal. 102
nostra, que fecimus nos: neqꝫ secundū iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne me
mineris iniquitatū nostrarū an psal. 78
tiquarū: cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriā nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Seq. san. euange. scdm Ioanē.



ca. 10 In illo tempore: Facta sunt Encenia in Hierosolymis: ⁊ hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomo-

nis. Circundederũt ergo eũ Iudei, et dicebãt ei. Quousq; animã nostrã tollis? Si tu es Christus, dic nobis palã. Respondit eis Jesus. Loquor vobis: et nõ creditis. Opera q̃ ego facio i nomine patris mei, hec testimoniũ perhibẽt de me. Sed vos nõ creditis, q: non estis ex ouibus meis. Oues mee vocẽ meã audiunt: et ego cognosco eas, et sequũt me: et ego vitã eternã do eis: et nõ peribunt in eternũ: et nõ rapiet eas qsquã de manu mea. Pater meus, qđ dedit mihi, maius omnibus est: et nemo põt rapere de manu patris mei. Ego et pater vnũ sumus. Sustulerunt ergo lapides Judei vt lapidarent eũ. Respondit eis Jesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Judei. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: et quia tu homo cum sis, facis teipsum deum. Respondit eis Jesus. Nonne scriptũ est in lege vestra: ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, et non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit et misit in mundũ, vos dicitis, quia blasphemas: q: dixi, filius dei sum? Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autẽ facio: et si mihi nõ vultis credere, operibus credite: vt cognoscatis et credatis, q: in me est pater, et ego in patre. Offer.

psal. Eripe me de inimicis meis de-
58 us meus: et ab insurgentibus in me libera me domine. Secreta.

Annue nobis misericors deus: vt hostias placationis et laudis, syncero tibi deferamus obsequio. Per dominũ nostrũ. Protege nos. vel Oblatis. Cõio. Lauabo inter innocen- psal.
tes manus meas, et circundabo 25
altare tuum domine: vt audiam vocem laudis tue, et enarrem vniuersa mirabilia tua. Postcomu.

Celestis doni benedictione percepta: supplices te deus omnipotens deprecamur: vt hoc idẽ nobis et sacramẽti causa sit, et salutis. Per. vel Quesumus domine. vel Hec nos, quesumus. Super populũ. Oremus.

Humiliate capita vestra deo.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: et, quibus fiduciã sperande pietatis indulges, consuete misericordie tribue benignus effectum. Per.

Feria v. Statio ad sanctum Apollinarem. Introitus.



Omnia que fecisti nobis domine, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, et mandatis tuis non obediuimus: sed da gloriam nomini tuo, et fac nobiscum secundum multitudinem misericordie tue. Psal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Omnia que fecisti. Oremus.

Presta quesumus omnipotens deus: vt dignitas conditionis

ditionis humanę per immoderā
tiam sauciata, medicinalis parsi-
monię studio reformetur. Per
dominum nostrum Jesum Chri-
stum filium tuum, qui te. vel E c
clesię tuę. vel D eus omnium.

Lectio Danielis prophetę.

ca.3 IN diebus illis: Orauit Da
niel dominum dicens. Do-
mine deus noster, ne, quęsumus,
tradas nos in perpetuū propter
nomē tuū: & ne dissipes testamen
tū tuum: neq3 auferas misericor-
diam tuam a nobis, propter A-
braham dilectum tuū, & Isaac ser-
uum tuum, & Israel sanctum tuū:
quibus locutus es, pollicens q
multiplicares semen eorum sicut
stellas cęli, & sicut arenā, quę est in
littore maris. Quia dñe imminu
ti sumus plus quā omnes gētes:
sumusq3 humiles in vniuersa ter
ra hodie propter peccata nostra.
Et nō est i tēpore hoc princeps,
& propheta, & dux, neq3 holocau
stū, neq3 sacrificiū, neq3 oblatio,
neque incensum, neque locus pri
mitiarum coram te, vt possimus in
uenire misericordiam tuam: sed
in animo cōtrito, & spiritu humi-
litatis suscipiamur. Sicut in ho-
locausto arietum, & taurorū; & si-
cut in milibus agnorū pinguiū:
sic fiat sacrificium nostrum in cō-
spectu tuo hodie, vt placeat tibi:
qm̄ non est confusio confidenti-
bus in te. Et nūc sequimur te in
toto corde: & timemus te: & quęri
mus faciē tuam. Ne confundas
nos: sed fac nobiscū iuxta māsue
tudinem tuam, & secundum mul-
titudinem misericordię tuę. Et
erue nos in mirabilibus tuis: &
da gloriam nomini tuo domine.
Et confundantur omnes qui o-
stendunt seruis tuis mala: cōfun
dantur in omnipotentia tua: &
robur eorum conteratur. Et sci
ant, quia tu es dominus deus so
lus, & gloriosus super omnem
terram, domine deus noster.

Graduale. T ollite hostias, & in psal.
troite in atria eius: adorate dñm 95
in aula sancta eius. ℣. Reuela-
bit dominus condensa: & in tem- psal.
plo eius omnes dicent gloriam. 28

Seq. sancti euan. secūdū Lucā.



IN illo tem ca 7
pore: Ro-
gabat Jesum q
dā phariseus, vt
manducaret cū
illo. Et ingres-
sus domum pha
risęi, discubuit.
Et ecce mulier
quę erat in ciuitate peccatrix, vt
cognouit quod Jesus accubuit in
domo pharisęi attulit alabastrū
vnguēti: & stās retro secus pedes
eius, lacrymis cępit rigare pedes
eius: & capillis capitis sui terge-
bat: & osculabat pedes eius: & vn
guēto vngebat. Vidēs autē pha
risęus qui vocauerat eū, ait intra se
dicēs. Hic si esset propheta, sciret
vtiq3 quę & qualis esset mulier q
tāgit eū: q2 peccatrix est. Et re-
spōdens Jesus dixit ad illum. Si
mō, habeo tibi aliqd dicere. At
ille ait. Magister, dic. Et respon
dēs Jesus dixit. Duo debitores

erant cuidaz feneratori: vnus debebat denarios quingētos, et alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eū plus diligit? Respondens Simon dixit. Aestimo, quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierez, dixit Simoni. Uides hanc mulierē? Intraui in domum tuā, aquā pedibus meis nō dedisti: hec autē lacrymis rigauit pedes meos, et capillis suis tersit. Osculū mihi nō dedisti: hec autē ex quo intraui, nō cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meuz non vnxisti: hec autem vnguēto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittunt ei peccata multa, quoniam dilexit multuz. Cui autē minus dimittitur, minus diligit. Dixit autē ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul accūbebant, dicere intra se. Quis est hic, qui etiaz peccata dimittit? Dixit autez ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Offertoriuz.

psal. 163 Super flumina Babylonis illic sedimus, et fleuimus: dum recordaremur tui Sion. Secreta.

Domine deus noster, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostre subsidium condidisti, tuo quoque nomini munera iussisti dicāda constitui: tribue quesumus: vt et vite nobis presentis auxilium, et eternitatis efficiant sacramentum. Per dominum. Protege. Communio.

Memento verbi tui seruo tuo domine, in quo mihi spem dedisti: hec me consolata est in humilitate mea. Postcommunio. psal. 118

Quod ore sumpsimus domine pura mēte capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternū. Per dominum nostrum Jesum Christum filiū. Quesumus domine. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Esto, quesumus domine, propitius plebi tue: vt, que tibi non placent, respuentes, tuorum repleantur delectationibus mandatorum. Per dominum nostrum Jesum Christum filiuz.

¶ Feria sexta. Statio ad sanctum Stephanum in Celio monte. Introitus.



Miserere mei dn̄e, qm̄ tribulor: libera me, et eripe me de manibus inimicorū meorū: et a persequēbus me: dn̄e non cōfundar, qm̄ inuocaui te. ps. In te dn̄e speraui: nō confundar in eternū: in iustitia tua libera me. Miserere mei domine. Oremus. psal. 30

Cordibus nostris, quesumus domine, gratiam tuaz benignus infunde: vt peccata nostra castigatione volūtaria cohibētes, tēporaliter potius maceremur, quā supplicijs deputemur eternis. Per. Ecclesie tue.

Lectio

Lectio Hieremię prophetę.

ca. 17 In diebus illis: dixit Hieremias. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum. Sana me domine, et sanabor: saluum me fac, et saluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi est verbum domini? Ueniat. Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens: et diem hominis non desideraui, tu scis. Quod egressum est de labijs meis, rectum in conspectu tuo fuit. Non sis mihi tu formidini: spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur, et nõ confundar ego: paueant illi, et non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis: et duplici cõtritione contere eos, dñe deus noster. Gradua.

psal. 34 Pacifice loquebantur mihi inimici mei: et in ira molesti erant mihi. ℣. Uidisti domine: ne sileas: ne discedas à me. Tra. Domine, nõ

psal. 102 secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriã nominis tui domine libera nos: et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequẽ. sancti euãgelij scdm Joã.



ca. 11 In illo tempore: Collegerunt pontifices et pharisei concilium aduersus Jesum: et dicebant. Quid facimus: quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic: omnes credent in eum. Et venient Romani, et tollent nostrũ locũ, et gentem. Unus autem ex ipsis, Caiphas nomine, cũ esset põtifex anni illius, dixit eis. Uos nescitis quicquã, nec cogitatis: quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo: et nõ tota gens pereat. Hoc autẽ à semetipso non dixit: sed cum esset põtifex anni illius, prophetauit, quia Jesus moriturus erat pro gẽte: et nõ tantum pro gente, sed vt filios dei qui erant dispersi, cõgregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerũt: vt interficerent eum. Jesus ergo iam non in palam ambulabat apud Judęos: sed abijt in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quę dicitur Ephrem: et ibi morabatur cum discipulis suis.

psal. 118 Offerto. Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas: et nõ tradas calumniantibus me superbis: et respondebo exprobrantibus mihi verbum. Secre.

Hęc nobis misericors deus: vt digne tuis seruire sẽper altaribus mereamur: et eorũ perpetua participatione saluari.


psal. 26 Per do. Protege. Cõmu. Ne

tradideris me domine in animas persequentium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: ꝛ mētita est iniqtas sibi. Postcō.

S Umpti sacrificij domine ꝑpetua nos tuitio nō derelinquat: ꝛ noxia sēper a nobis cūcta depellat. Per do. Q uesumus dn̄e. Super populū. O remus. Humiliate capita vestra deo.

C Oncede quesumus omnipotens deus: vt, qui protectionis tue gratiam querimus, liberati a malis omnibus, secura tibi mente seruiamus. Per dn̄z.

¶ Sabbato. Statio ad sanctuz Joānē ante portā latinā. Intro.

psal. 30 
M Isereř mihi dn̄e, quoniaz tribulor: libera me, ꝛ eripe me de manibus inimicorū meorū, a ꝑsequentibus me: dn̄e nō cōfundar, quoniā inuocaui te. Ps. In te dn̄e speraui nō cōfūdar i eternū: i iustitia tua libera me. Misereř. O remus.

P Roficiat, q̄sumus domine, plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: vt sacris actiōib⁹ [illegible]lita, quanto maiestati tue sit gratior, tanto donis potioribus augeat. Per do. E cclesie tue.

Lectio Hieremie prophete.

ca. 11
I N diebus illis. Dixerunt impij Judei adinuicez. Uenite, cogitemus contra iustuz cogitationes. Non eniz peribit lex a sacerdote, nec consiliū a sapiente, nec sermo a ꝓpheta. Uenite, percutiamus eū lingua: ꝛ non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende dn̄e ad me: ꝛ audi vocē aduersariorū meorū. Nūquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam anime mee? Recordare, quod steteriz in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonū: ꝛ auerterē indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famez: deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eoruz absque liberis, ꝛ vidue, ꝛ viri earū interficiantur morte: iuuenes eoruz cōfodiantur gladio in prelio: Audiatur clamor de domibus eorum: adduces eniz super eos latronez repente: quia foderunt foueaz vt caperēt me, ꝛ laqueos abscōderunt pedibus meis. Tu autez domine scis omne consiliuz eorum aduersuz me in mortē. Ne propitieris iniquitati eoruz: ꝛ peccatum eoruz a facie tua nō deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis, dn̄e deus noster. Gradu. P acifice loquebātur mihi inimici mei: ꝛ in ira molesti erāt mihi. ℣. Uidisti dn̄e, ne sileas: ne discedas a me. psal. 34

Seq. san. euāgelij scdm̄ Joānez.



I N illo tempore. Cogitauerunt principes sacerdotū vt ꝛ Lazaruz interficerēt: quia multi propter illum abibant ex Judeis, ꝛ crede- ca. 11

bant

bant in Jesum. In crastinum autez turba multa, quę venerat ad diem festuz, cum audissent quia venit Jesus Hierosolymá: acceperunt ramos palmarum, ꝛ processerunt obuiaz ei, ꝛ clamabant. Hosanna, benedictus qui venit in nomine domini, rex Israel. Et inuénit Jesus asellũ, ꝛ sedit super euz, sicut scriptuz est. Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedés super pullũ asinę. Hęc non cognouerunt discipuli eius primũ: sed quádo glorificatus est Jesus, tunc recordati sunt quia hęc scripta erát de eo, ꝛ hęc fecerũt ei. Testimoniũ ergo perhibébat turba, quę erat cũz eo quando Lazarũ vocauit de monumẽto, ꝛ suscitauit eum à mortuis. Propterea ꝛ obuiá venit ei turba: quia audierũt euz fecisse hoc signuz. Pharisęi ergo dixerunt ad semetipsos. Uidetis: quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post ipsuz abit. Erant autez quidam gentiles ex his qui ascenderant, vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsáida Galilęę: ꝛ rogabant eum dicentes. Domine, volumus Jesum vidére. Uenit Philippus, ꝛ dicit Andręę. Andréas rursum ꝛ Philippus dixérunt Jesu. Jesus autez respondit eis, dicens. Uenit hora, vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terraz, mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eaz. Et qui odit animaz suam in hoc mundo, in vitam ęternam custodit eam. Siquis mihi ministrat, me sequatur. Et vbi ego sum: illic ꝛ minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. Nunc anima mea turbata est: Et quid dicam? Pater clarifica me ex hac hora. Sed proptérea veni in horaz hanc. Pater, clarifica nomẽ tuum. Uenit ergo vox de cęlo, dicens. Et clarificaui: ꝛ iterum clarificabo. Turba ergo quę stabat ꝛ audierat, dicebat tonitruũ factum esse. Alij dicebant: angelus ei locutus est. Respondit Jesus, ꝛ dixit. Non propter me venit hęc vox, sed ꝑpter vos. Nũc iudicium est mundi: nunc princeps huius mũdi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra omnia trahá ad meipsum. (Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.) Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in ęternum: ꝛ quomodo tu dicis, oportet exaltari filiuz hominis. Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Jesus. Adhuc modicuz lumen in vobis est: Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebrę vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. Dum lucez habetis, credite in lucez, vt filij lucis sitis. Hęc locutus est Jesus: ꝛ abijt, ꝛ abscondit se ab eis. Offertorii.

psal. 110 Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas: et non tradas calumniantibus me superbis, et respondebo exprobrantibus mihi verbum. Secreta.

A Cunctis nos, quesumus domine, reatibus, et periculis propitiatus absolue: quos tanti mysterij tribuis esse consortes. Per dominum nostrum. vel Protege nos domine tuis. vel Oblatis. Communio.

psal. 26 Ne tradideris me domine in animas persequentium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi. Postcommunio.

Diuini muneris largitate satiati, quesumus domine deus noster: vt huius semper participatione viuamus. Per dominum. Quesumus domine.

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Tueatur, quesumus domine, dextera tua populum deprecantem, et purificatum dignanter erudiat: vt consolatione presenti ad futura bona proficiat. Per do.

¶ In die palmarum completa tertia, et aspersione aque, more solito facta: sacerdos procedit indutus pluuiali violaceo, et ministri cum indumentis eiusdem coloris, et ramis in medio ante altare, vel ad cornu Epistole positis: a choro cantatur antipho. Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini. O rex Israel: Hosanna in excelsis. Deinde dicit sacerdos. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

In tono feriali. Oratio.



Deus, quem diligere et amare, iustitia est: ineffabilis gratie tue in nobis dona multiplica: et qui fecisti nos in morte filij tui sperare que credimus: fac nos eodem resurgente peruenire quo tendimus. Qui tecum viuit, et regnat in vnitate spiritus san.

Subscripta lectio legitur in tono Epistole. Lectio libri Exodi.

In diebus illis, Venerunt filij Israel in Elim, vbi erant ca. 15
duodecim fontes aquarum, et septuaginta palme: et castrametati sunt iuxta aquas. Profectique
sunt de Elim: et venit omnis multi ca. 16
tudo filiorum Israel in desertum Sin quod est inter Elim et Sinai: quintodecimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Aegypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen et Aaron in solitudine. Dixeruntque ad eos filij Israel. Utinam mortui essemus per manum domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, et comedebamus panem in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem dominus ad Moysen. Ecce ego pluam vobis panem de celo. Egrediatur populus, et colligat que sufficiunt per singulos dies: vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an non. Die autem sexto parent quod inferant:

⁊ fit duplum quám colligere sole bát per singulos dies. Dixerunt que Moyses ⁊ Aarō ad omnes filios Israel. Vesperē scietis quód dominus eduxerit vos de terra Aegypti: ⁊ mane videbitis gloriā eius. Deinde cātat̄ ꝓ gradu.
Joā. 11 ℟. Collegerūt pōtifices ⁊ pharisei cōcilium, ⁊ dixerūt: qd facimus, qa hic homo multa signa facit: si dimittimus euz sic, oēs credent in euz. Et veniēt Romani, ⁊ tollent nostrū locuz ⁊ gentem. ℣. Unus autē ex illis Caiphas nomine, cuz esset pōtifex anni illius, ꝓphetauit, dicēs. Expedit vobis, vt vnus moriat̄ homo ꝓ populo, ⁊ non tota gens péreat. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum, dicentes. Et venient. Vel aliud ℟.
Ma. 26 In monte oliueti orauit ad patrez: pater si fieri potest, transeat a me calix iste. Spiritus quidez promptus est, caro autez infirma, fiat voluntas tua. ℣. Vigilate, ⁊ orate, vt non intretis in tentationē. Spiritus quidē prōptus est, caro autē infirma: fiat volūtas tua. Postea legitur euāgeliuz. Sequentia san. euang. scd'm Mattheuz.

ca. 21



In illo tēpore. Cum appropinquasset Jesus Hierosolymis ⁊ venisset Bethphage ad mōtem oliueti, tunc misit duos discipulos suos, dicēs eis. Ite in castellū qd' cōtra vos est: ⁊ statim inuenietis asinā alligatam, ⁊ pulluz cū ea. Soluite, ⁊ adducite mihi. Et siquis vobis aliqd dixerit: dicite, quia dn̄s his opus habet: ⁊ cōfestiz dimittet eos. Hoc aūt totū factū est: vt adimpleretur quod dictuz est per prophetaz, dicentē. Dicite filię Sion, ecce rex tuus venit tibi mās͞uetus, sedens super asinā, ⁊ pulluz, filiū subiugalis. Euntes aūt discipuli, fecerunt sicut pręceperat illis Jesus. Et adduxerunt asinam ⁊ pullum: ⁊ imposuerūt super eos vestimēta sua, ⁊ eū désup sedére fecerūt. Plurima aūt turba strauérunt vestimenta sua in via. Alij autem cędebant ramos de arboribus, ⁊ sternebāt in via. Turbę autem quę pręcedebāt, ⁊ quę sequebantur, clamabant, dicentes. Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine dn̄i. Post hęc benedicūt rami: ⁊ tūc dicit sacerdos. Dn̄s vobiscum. ℟. Et cum spū tuo. Oremus.

Auge fidem in te sperantiuz Deus, ⁊ supplicum preces clementer exaudi: veniat super nos multiplex misericordia tua: bene ✠ dicantur ⁊ hi palmites palmarū seu oliuarū: ⁊ sicut in figura ecclesię multiplicasti Noe egredientem de arca, ⁊ Moysen exeuntez de Aegypto cum filijs Israel: ita nos portātes palmas ⁊ ramos oliuarū, bonis actibus occurramus obuiam Christo: ⁊ per ipsuz in gaudiū introeamus eternū. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti Deus.

Per

Per omnia secula seculorum.

℟. Amen. ℣. Dñs vobiscũ.

℟. Et cum spiritu tuo. ℣.

Sursum corda. ℟. Habemus

ad dominũ. ℣. Gratias aga-

mus domino Deo nostro. ℟.

Dignũ ⁊ iustũ est. Vere dignũ

⁊ iustũ est, equum ⁊ salutare

nos tibi semper ⁊ vbique

gratias agere dñe sancte, pa-

ter omnipotens, eterne deus.

Qui gloriaris in consilio san-

ctorũ tuorũ. Tibi enim seruiũt

creature tue: quia te soluz au-

ctorez ⁊ deũ cognoscũt: ⁊ om-

nis factura tua te collaudat:

⁊ benedicunt te sancti tui.

Quia illud magnuz vnigeniti

tui

tui nomen corã regibus ⁊ po-
testatibus huius seculi libera
voce cõfitentur. Cui assistunt
Angeli, ⁊ archangeli, throni
⁊ dominationes: cumque
omni militia celestis exercitus
hymnum glorie tue cõcinunt
sine fine dicentes. Cantatur Sãctus à choro, vt sequitur.

Sanctus, Sanctus, Sanctus
dñs Deus sabaoth. Pleni
sunt celi ⁊ terra gloria tua:
Osanna in excelsis. Benedi-
ctus qui venit in nomine
domini: osanna in excelsis.

Sequitur Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Petimus, dñe sancte, pater omnipotens, eterne deus: vt hanc creaturã oliue, quã ex ligni materia prodire iussisti, quãque columba rediens ad arcam proprio pertulit ore: bene✠dicere, ⁊ sancti✠ficare digneris: vt quicunque ex ea receperint, accipiant sibi protectionem anime ⁊ corporis: fiatque, domine, nostre salutis remediũ, tue gratie sacramentum. Per Christũ dñm. ℟. Amen. Oremus.

Deus, qui dispersa congregas, ⁊ congregata conseruas: qui populis obuiaʒ Jesu ramos portantibus benedixisti:

bene✠dic etiã ⁊ hos ramos pal
me ⁊ oliue, quos tui famuli ad ho
norē nominis tui fideliter susci-
piūt: vt i quēcūqȝ locū itroducti
fuerint, tuā bn̄dictionē habitato
res loci illius cōsequātur: ⁊ oi ad
uersitate effugata, dextera tua ꝓ
tegat quos redemit Jesus Chrs
filius tuus dn̄s noster. Qui tecū
vi. ⁊ re. in se. se. amē. Oremus.

Deus, qui miro dispositio-
nis ordine, ex rebus etiā in-
sensibilibus, dispēsationē nostre
salutis ostēdere voluisti: da que-
sumus: vt deuota tuorū turba fi
delium, salubriter intelligat, qcqd
mystice designat in facto, que ho
die celesti lumine afflata, redem-
ptori obuiā procedens, palmarū
atqȝ oliuarū ramos vestigijs eius
substrauit. Palmarū igitur rami
de mortis principe triūphos ex-
pectant. surculi vero oliuarū, spi
ritalem vnctionē aduenisse quo-
dāmodo clamāt. Intellexit enim
iam tūc illa hominū beata multi
tudo prefigurari: quia redēptor
noster humanis condolēs mise-
rijs, pro totius mūdi vita cū mor
tis principe esset pugnaturus, ac
moriendo triumphaturus. Et
ideo talia obsequēs administra-
uit, que in illo ⁊ triumphos victo
rie, ⁊ misericordie pinguedinē de
clararent. Qd̄ nos quoqȝ plena
fide, ⁊ factum ⁊ significatum reti
nentes, te dn̄e sancte, pater omni
potens, eterne deus, per eundem
dn̄m nostrū Jesum Christū sup-
pliciter exoramus, vt in ipso atqȝ
per ipsū, cuius nos membra fieri
voluisti, de mortis imperio victo
riam reportantes, ipsius gloriose
resurrectionis participes esse me
reamur. Qui tecum. Oremus.

Deus, qui per oliue ramum
pacem terris columbā nun-
ciare voluisti: presta quesumus:
vt hos oliue, ceterarumqȝ arbo
rū ramos, celesti bene✠dictio-
ne sanctifices: vt cuncto populo
tuo proficiant ad salutem. Per
Christum dominum. Oremus.

Bene✠dic, q̄s domine, hos
palmarum seu oliuarum ra
mos: ⁊ presta, vt, quod populus
tuus in tua veneratione hodier-
na die corporaliter agit, hoc spi-
ritualiter summa deuotione per
ficiat, de hoste victoriam reportā
do, ⁊ opus misericordie summope
re diligēdo. Per Chrm dn̄m no.

Hic rami aspergunt aqua bn̄di-
cta, dicēdo añā Asperges me.
sine cātu, ⁊ sine psalmo: ⁊ incēsan
tur oliue. Deinde dicit sacerdos.

Dn̄s vobiscum. Oremus.

Deus qui filium tuū Jesum
Christum dn̄m nostrum,
pro salute nr̄a in hūc mundū mi-
sisti: vt se humiliaret ad nos, ⁊
nos reuocaret ad te: cui etiā dum
Hierusalem veniret, vt adimple
ret scripturas, credētiū populo-
rum turba, fidelissima deuotione
vestimenta sua cum ramis palma-
rū in via sternebant: presta que-
sumus: vt illi fidei viam prepare-
mus: de qua, remoto lapide of-
fensionis ⁊ petra scandali, fron-
deant apud te opera nostra iusti
tie ramis: vt eius vestigia sequi
merea-

mereamur. Qui tecum. Postea sacerdos stás ante altare versus ad populū distribuit ramos primo clericis, deinde laicis: et interim à choro cantant antiphone.

Pueri hebreorū portantes ramos oliuarū obuiauerunt dño, clamantes, et dicentes: Osanna in excelsis. Alia antipho. Pueri hebreorū vestimenta prosternebát in via: et clamabant dicentes: Osanna filio Dauid: benedictus q venit in nomine domini. Que si nō sufficiant, repetantur quousque ramorum distributio finiatur. Deinde dicit Sacerdos ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotés sempiterne deus, qui dñm nostrū Jesum Christum, super pullum asine sedere fecisti: et turbas populorū vestimenta vel ramos arborum in via sternere, et osanna decantare in laudem ipsius docuisti: da quesumus: vt illorū innocentiā imitari possimus, et eorum meritū cósequi mereamur. Per eundem Christum. ℟. Amen. Postea fit processio: et cátantur añe sequétes, vel omnes, vel alique, quousque durat processio. Aña.

Cū appropinquaret dñs Hierosolymam, misit duos ex discipulis suis, dicés. Ite in castellū, quod est contra vos: et inuenietis pullum asine alligatum, super quem nullus hominū sedit: soluite, et adducite mihi. Siqs vos interrogauerit, dicite: opus dño est. Soluétes adduxerūt ad Jesum: et imposuerunt illi vestimenta sua, et sedit super eum: alij expandebant vestiméta sua in via: alij ramos de arboribus sternebant: Et qui sequebátur, clamabant, Osanna, benedictus qui venit in nomine dñi: benedictū regnum patris nostri Dauid: Osanna in excelsis: miserere nobis fili Dauid. Alia aña. Cum audisset populus, quia Jesus venit Hierosolymá, acceperunt ramos palmarū: et exierūt ei obuiá, et clamabát pueri dicentes: Hic est, qui venturus est in saluté populi. Hic est salus nostra, et redéptio Jsrael. Quantus est iste, cui throni, et dñationes occurrunt: Noli timere filia Siō: ecce rex tuus venit tibi, sedens super pullū asine: sicut scriptum est. Salue rex fabricator mūdi, qui venisti redimere nos. Alia aña. Ante sex dies sollemnis pasche, quando venit dñs in ciuitatem Hierusalē, occurrerunt ei pueri: et in manibus portabant ramos palmarū: et clamabant voce magna, dicentes: Osanna in excelsis: benedictus q venisti in multitudine misericordie tue: Osána in excelsis. Alia aña. Occurrunt turbe cū floribus et palmis redéptori obuiam: et victori triumphanti digna dant obsequia. Filiū dei ore gentes predicant: et in laudem Christi voces tonát per nubila: Osanna in excelsis. Alia aña. Cum angelis et pueris, fideles inueniamur triumphatori mortis clamátes: Osanna in excelsis.

Alia

Alia antiphona. Turba multa, que conuenerat ad diem festum, clamabat domino: benedictus qui venit in nomine domini: Osanna in excelsis. ¶ In reuersione processionis ad ecclesiam: duo vel quatuor cātores intrāt, ⁊ clauso ostio stantes versa facie ad processionem, incipiunt ℣. Gloria laus. Et totum decantant vsque Israel es tu rex. Sacerdos vero cum aliis stantibus extra ecclesiā, repetit illud idem. Deinde stantes intus, cantant versus sequentes: vel omnes, vel partem: pro dispositione cantoris. Et stantes extra, respondēt ad quoslibet duos ℣. Gloria laus. sicut a principio ℣.

Gloria, laus, ⁊ honor, tibi sit rex Christe redemptor.
Cui puerile decus prompsit osanna pium.
Israel es tu rex, ⁊ Dauidis inclyta proles.
Nomine qui in domini, rex benedicte venis. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor, tibi sit rex Christe redemptor.
Cetus in excelsis te laudat celicus omnis.
Et mortalis homo, cuncta creata simul. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor, tibi sit.
Plebs hebrea tibi cum palmis obuia venit.
Cum prece, voto, hymnis, ádsumus ecce tibi. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor.
Hi tibi passuro soluebant munia laudis.
Nos tibi regnāti pāgimus ecce melos. ℟. Glia, laus, ⁊ honor.
Hi cplacuere tibi, placeat deuotio nostra.
Rex bone, rex clemens, cui bona cuncta placent. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor.
Fecerat Hebreos hos gloria sanguinis almi:
Nos facit Hebreos transitus ecce pius. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor, tibi.
Sis pius ascensor tu, ⁊ nos simus asellus.
Teeum nos capiat vrbs venerāda dei. ℟. Glia, laus, ⁊ honor.
Vestis apostolice rutilo fulgore tegamur.
Te bene docta, vt ea, nostra caterua vehat. Respon. Gloria, laus, ⁊ honor.
Tegmine sic anime sternamus corpora nostra.
Quo per nos semper sit via tuta tibi. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor, tibi sit.
Sit pia pro palme nobis victoria ramis.
Vt tibi victrici forte canamus ita. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor.

Postea intrat processio ecclesiā cantando ℟. Ingrediente domino in sanctam ciuitatem, Hebreorum pueri resurrectionem vite pronunciantes, Cum ramis palmarum Osanna clamabant in excelsis. ℣. Cum audisset populus, quòd Iesus veniret Hierosolymā: exierūt obuiā ei. Cū ramis. Et non dr. Gloria patri.

¶ Dominica in palmis. Statio

ad

ad sanctum Joannem in Laterano. Introitus.

psal. 21 

Domine ne longe facias auxilium tuū a me; ad defensionē meam aspice: libera me de ore leonis, ꝛ a cornibus vnicornium humilitatem meā. Psal. Deus deus meus respice in me, quare me dereliqsti: lōge a salute mea verba delictorū meorum. Dñe ne longe facias auxi. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus: qui humano generi ad imitanduȝ humilitatis exemplum Saluatorem nostrum carnem sumere, ꝛ crucem subire fecisti: concede propitius: vt ꝛ patientię ipsius habere documenta, ꝛ resurrectionis cōsortia mereamur. Per eundem dominū.

Et hec oratio tantum dicitur.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

ca. 2 Fratres: Hoc enim sentite in vobis, quod ꝛ in Christo Jesu. Qui cum in forma dei esset, non rapinaȝ arbitratus est esse se ęqualem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, ꝛ habitu inuētus vt homo. Humiliauit semetipsū factus obediens vsque ad mortem: mortem auteȝ crucis. Propter quod ꝛ deus exaltauit illū: ꝛ donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Jesu omne genuflectatur, celestiuȝ, terrestrium, ꝛ infernorum: ꝛ omnis lingua confiteatur, quia dominus Jesus Christus in gloria est dei patris. Gradualе.

Tenuisti manum dexteram meam: ꝛ in voluntate tua deduxisti me: ꝛ cum gloria assumpsisti me. psal. 72

℣. Quam bonus Israel deus rectis corde: mei auteȝ pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei, quia zelaui in peccatoribus, paceȝ peccatorum videns.

Tract. Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti: psal. 21

℣. Longe a salute mea verba delictorū meorum. ℣. Deus meus clamabo per diem, nec exaudies: in nocte, ꝛ non ad insipientiā mihi. ℣. Tu autem in sancto habitas, laus Israel. ℣. In te sperauerūt patres nostri: sperauerūt, ꝛ liberasti eos. ℣. Ad te clamauerunt, ꝛ salui facti sunt: in te sperauerūt, ꝛ non sunt cōfusi. ℣. Ego autem sum vermis, ꝛ non homo: opprobriuȝ hominū ꝛ abiectio plebis. ℣. Omnes qui videbāt me, aspernabantur me: locuti sunt labijs, ꝛ mouerunt caput. ℣. Sperauit in domino, eripiat eum, saluum faciat euȝ, quoniam vult eum. ℣. Ipsi vero cōsiderauerunt ꝛ cōspexerunt me: diuiserūt sibi vestimenta mea, ꝛ sup vestem meā miserunt sorteȝ. ℣. Libera me de ore leonis: ꝛ a cornibus vnicorniū humilitateȝ meā. ℣. Qui timetis dominum, laudate eum: vniuersum semen Jacob magnificate eum. ℣. Annū

ciabitur domino generatio ven
tura: et annunciabunt celi iusti-
tiam eius. ℣. Populo qui na-
scetur, quem fecit dominus.

¶ Passio domini incipitur ab-
solute: nō dicit Munda cor meū,
non petitur benedictio, nō defe-
runtur luminaria, nec incēsum: nō
dr Dñs vobiscū, nec respondet
Gloria tibi dñe. Peruēto tamē
ad partē illam que in tono euan-
gelii legitur, dr Mūda cor meū.
petitur benedictio, et incensatur
liber. Quod et in aliis diebus ser
uatur, quando legitur Passio.
In parasceue autem nec petitur
benedictio, nec incensatur liber.

¶ Passio dñi nostri Jesu Chri-
sti secundum Mattheum.



ca. 26 In illo tem
pore dixit
Jesus discipulis
suis. ✠ Scitis
qa post biduum
pascha fiet: et fili
us hominis tra-
detur, vt crucifi
gatur. C. Tūc
congregati sunt principes sacer-
dotum, et seniores populi, in a-
trium principis sacerdotum, qui
dicebatur Caiphas: et concili-
um fecerunt, vt Jesum dolo te-
nerent, et occiderent. Dicebant
autem. S. Non in die festo, ne
forte tumultus fieret in populo.
C. Cum autem esset Jesus in
Bethania in domo Simonis le-
prosi, accessit ad eum mulier ha-
bens alabastrum vnguenti pre-
ciosi, et effudit super caput ipsius
recumbentis. Videntes autē di
scipuli, indignati sunt, dicentes.
S. Ut quid pditio hec? Potuit
enim vnguentum illud venun-
dari multo, et dari pauperibus.
C. Sciens autē Jesus, ait illis.
✠ Quid molesti estis huic mulie
ri? Opus enim bonū operata est
in me. Nam semper pauperes ha-
bebitis vobiscum: me autē non
semper habebitis. Mittēs enī
hec vnguentū hoc in corpus me
um: ad sepeliendum me, fecit. A
men dico vobis: vbicunque pre-
dicatum fuerit hoc euangelium
in toto mundo, dicetur et quod
hec fecit in memoriam eius. C.
Tunc abiit vnus de duodecim, q
dicit Judas Iscariotes, ad prin-
cipes sacerdotum: et ait illis. S.
Quid vultis mihi dare, et ego eū
vobis tradam? C. At illi consti
tuerunt ei triginta argenteos.
Et exinde querebat opportuni-
tatem, vt eū traderet. Prima au
tem die azymorum accesserunt
discipuli ad Jesum, dicentes. S.
Ubi vis paremus tibi comedere
pascha? C. At Jesus dixit. ✠
Ite in ciuitatem ad quendam: et
dicite ei. Magister dicit. Tem-
pus meum prope est: apud te fa-
cio pascha cum discipulis meis.
C. Et fecerunt discipuli, sicut
constituit illis Jesus: et paraue-
runt pascha. Vespere autem fa-
cto, discumbebat cum duodecim
discipulis suis. Et edentibus il-
lis, dixit. ✠ Amen dico vobis:
quia vnus vestrum me traditu-
rus est. C. Et contristati valde,
cepe-

ceperunt singuli dicere. S Nū-
quid ego sū dñe? C At ipse re-
spondēs, ait. ✠ Qui intingit me
cū manū in paropside, hic me tra
det. Filius quidē hominis vadit
sicut scriptū est de illo. Ve autē
homini illi, per quē filius homi-
nis tradetur. Bonū erat ei, si na-
tus nō fuisset homo ille. C Re
spondens autē Iudas qui tradi-
dit eū, dixit. S Nūqd ego sū rab
bi? C Ait illi. ✠ Tu dixisti. C
Cenantibus autē eis, accepit Je
sus panē: et benedixit: ac fregit,
deditq; discipulis suis: et ait. ✠
Accipite, et comedite. Hoc est
corpus meum. C Et accipiens
calicem, gratias egit: et dedit illis,
dicēs. ✠ Bibite ex hoc omnes.
Hic est enim sanguis meus noui
testamenti, qui pro multis effun-
detur in remissionem peccato-
rum. Dico autem vobis: non bi-
bam amodo de hoc genimine vi
tis, vsq; in diem illum, cum illud
bibam vobiscum nouum, in re-
gno patris mei. C Et hymno
dicto exierunt in montem oliue
ti. Tūc dicit illis Jesus. ✠ Om-
nes vos scandalum patiemini in
me, in ista nocte. Scriptum est
enim. Percutiam pastorem, et di
spergentur oues gregis. Post-
quam autem resurrexero, precē-
dam vos in Galileam. C Re-
spondens autē Petrus, ait illi.
S Etsi omnes scandalizati fue-
rint in te, ego nunquā scandaliza
bor. C Ait illi Jesus. ✠ Amen
dico tibi: quia in hac nocte, ante
quam gallus cantet, ter me nega
bis. C Ait illi Petrus. S Eti-
am si oportuerit me mori tecū,
non te negabo. C Similiter et
omnes discipuli dixerunt. Tūc
venit Jesus cum illis in villam
quē dicitur Gethsemani, et di-
xit discipulis suis. ✠ Sedete hic
donec vadam illuc, et orem. C
Et assumpto Petro, et duobus
filijs Zebedei, cepit contristari
et mestus esse. Tunc ait illis. ✠
Tristis est anima mea vsque ad
mortem. Sustinete hic, et vigila-
te mecum. C Et progressus pu
sillum, procidit in faciem suam,
orans, et dicens. ✠ Pater mi, si
possibile est, transeat a me calix
iste. Verūntamē nō sicut ego vo
lo, sed sicut tu. C Et venit ad di
scipulos suos, et inuenit eos dor
mientes: et dicit Petro. ✠ Sic?
Nō potuistis vna hora vigilare
mecum? Vigilate, et orate: vt nō
intretis in tentationem: Spiri-
tus quidem prōptus est, caro au
tem infirma. C Iterum secūdo
abijt, et orauit, dicens. ✠ Pater
mi, si nō potest hic calix transire,
nisi bibam illū: fiat voluntas tua.
C Et venit iterū, et inuenit eos
dormientes. Erant enim oculi
eorum grauati. Et relictis illis,
iterum abijt, et orauit tertio, eun
dem sermonem dicens. Tunc ve
nit ad discipulos suos, et dicit il-
lis. ✠ Dormite iam, et requiesci-
te. Ecce appropinquauit hora:
et filius hominis tradetur in ma-
nus peccatorum. Surgite, ea-
mus: ecce appropinquauit qui
me tradet. C Adhuc eo loquē

te, ecce Judas vnus de duodecim venit, et cum eo turba multa cum gladijs et fustibus, missi a principibus sacerdotum et senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens. S Quecunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum. C Et confestim accedens ad Jesum dixit. S Aue rabbi. C Et osculatus est eum. Dixitque illi Jesus. ✠ Amice, ad quid venisti? C Tunc accesserunt, et manus iniecerunt in Jesum: et tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Jesu, extendens manum, exemit gladium suum: et percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Jesus. ✠ Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum: et exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripture? quia sic oportet fieri. C In illa hora dixit Jesus turbis. ✠ Tanquam ad latronem existis cum gladijs et fustibus comprehendere me? Quotidie apud vos sedebam docens in templo: et non me tenuistis. C Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur scripture prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Jesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, vbi scribe et seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum a longe, vsque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro sedebat cum ministris: vt videret finem. Principes autem sacerdotum, et omne concilium, querebant falsum testimonium contra Jesum: vt eum morti traderent: et non inuenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt duo falsi testes: et dixerunt. S Hic dixit. Possum destruere templum dei, et post triduum reedificare illud. C Et surgens princeps sacerdotum, ait illi. S Nihil respondes ad ea que isti aduersum te testificantur? C Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. S Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. C Dicit illi Jesus. ✠ Tu dixisti. Veruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei, et venientem in nubibus celi. C Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens. S Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? C At illi respondentes dixerunt. S Reus est mortis. C Tunc expuerunt in faciem eius: et colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes. S Prophetiza nobis Christe: quis est qui te percussit? C Petrus vero sedebat foris, in atrio. Et accessit ad eum vna ancilla, dicens. S Et tu cum Jesu Gali-

lgo

leo eras. ℂ At ille negauit corā omnibus dicēs. S Nescio quid dicis. ℂ Exeūte autē illo ianuam, vidit euȝ alia ancilla: ⁊ ait his qui erant ibi. S Et hic erat cuȝ Jesu Nazareno. ℂ Et iterum negauit cum iuramento, quia nō noui hominē. Et post pusillum accesserunt qui stabant: ⁊ dixerunt Petro. S Uere ⁊ tu ex illis es: nam ⁊ loquela tua manifestū te facit. ℂ Tunc cepit detestari ⁊ iurare: quia nō nouisset hominē. Et cōtinuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat: priusquam gallus cātet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare. Mane autem facto consilium inierūt omnes principes sacerdotum ⁊ seniores populi aduersus Jesum, vt euȝ morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, ⁊ tradiderunt Pontio Pilato presidi. Tunc videns Judas qui tradidit euȝ, quod damnatus esset: penitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum ⁊ senioribus, dicens. S Peccaui, tradens sanguinem iustū. ℂ At illi dixerūt. S Quid ad nos? Tu videris. ℂ Et proiectis argenteis in templo, recessit: ⁊ abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerūt. S Non licet eos mittere in corbonam: quia preciuȝ sanguinis est. ℂ Consilio autem inito emerūt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldema, hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernū diē. Tūc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetā, dicentem. Et acceperunt triginta argenteos preciuȝ appreciati, quem appreciauerūt a filiis Israel: ⁊ dederūt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. Jesus autem stetit ante presidem. Et interrogauit eum preses, dicens. S Tu es rex Judeorum? ℂ Dicit ei Jesus. ✠ Tu dicis. ℂ Et cum accusaretur a principibus sacerdotum ⁊ senioribus, nihil respōdit. Tunc dicit illi Pilatus. S Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? ℂ Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur preses vehementer. Per diem autem sollennem cōsueuerat preses dimittere populo vnū vinctum, quem voluissent. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barrabas. Cōgregatis autem illis, dixit Pilatus. S Quem vultis dimittam vobis: Barrabam, an Jesum qui dicitur Christus? ℂ Sciebat eniȝ quod per inuidiam tradidissent eum. Sedente autē illo pro tribunali, misit ad illum vxor eius, dicens. S Nihil tibi ⁊ iusto illi: multa enim passa sū per visuȝ hodie propter eum. ℂ Principes autem sacerdotum ⁊ seniores persuaserunt populis, vt peterent Barrabaȝ, Jesuȝ vero perderent. Respondens autem preses, ait illis. S

Quem vultis vobis de duobus dimitti? C. At illi dixerunt. S. Barrabam. C. Dicit illis Pilatus. S. Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus? C. Dicunt omnes. S. Crucifigatur. C. Ait illis preses. S. Quid enim mali fecit? C. At illi magis clamabant, dicentes. S. Crucifigatur. C. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens. S. Innocens ego sum a sanguine iusti huius. Uos videritis. C. Et respondens vniuersus populus; dixit. S. Sanguis eius super nos, et super filios nostros. C. Tunc dimisit illis Barrabam: Jesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipientes Jesum in pretorio, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Et exuentes eum; chlamydem coccineam circundederunt ei. Et plectentes, coronam de spinis posuerunt super caput eius: et arundinem in dextera eius. Et genuflexo ante eum illudebant ei, dicentes. S. Aue rex Judeorum. C. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, et percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem: et induerunt eum vestimentis eius, et duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem, inuenerunt hominem Cyreneum nomine Simonem: Hunc angariauerunt, vt tolleret Crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha: quod est, Caluarie locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sorte mittentes: vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Jesus rex Judeorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus a dextris, et vnus a sinistris. Pretereuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua, et dicentes. S. Vah qui destruis templum dei, et in triduo reedificas illud. Salua temetipsum. Si filius dei es, descende de cruce. C. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum scribis et senioribus, dicebant. S. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de Cruce, et credimus ei. Confidit in deo: liberet eum nunc si vult: dixit enim quia filius dei sum. C. Idipsum autem et latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem hora, tenebre facte sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Jesus voce magna dicens. ✠ Eli, Eli, lamasabacthani? C. Hoc est. ✠ Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? C. Quidam autem illic stantes et audientes, dicebant

cebant. ℟ Eliam vocat iste. ℂ Et cótinuò currens vnus ex eis acceptam spóngiã implévit acé to: & impósuit arúndini, & dabat ei bibere. Cęteri verò dicébant. ℟ Sine, videámus an véniat Elias líberans eum. ℂ Jesus autem íterum clamans voce ma gna, emisit spíritum. Hic pausatur aliquantulũ, & genuflectitur. Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsũ. Et terra mota est, & petrę scissę sunt, & monumẽta aperta sunt: & multa córpora sanctorũ qui dormierãt, surrexérunt. Et exeuntes de monumẽtis post resurrectióne eius, venérunt in sanctam ciuitatem: & apparuérunt multis. Centurio autẽ & qui cũ eo erant custodientes Jesũ, viso terręmótu & his q̃ fiebãt, timuérunt valde dicentes. ℟ Veré filius Dei erat iste. ℂ Erant autem ibi mulieres multę à longe, quę secutę erant Jesum à Galilęa, ministrãtes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacóbi, & Joseph mater: & mater filiorũ Zebedęi. Cũ sero autẽ factũ esset, venit quidã homo diues ab Arimathia, nomine Joseph: qui & ipse discipulus erat Jesu. Hic accessit ad pilatũ, & petijt corpus Jesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto córpore, Joseph inuoluit illud in síndone mũda: & pósuit illud in monumento suo nouo qđ exciderat in petra. Et aduóluit saxum magnum ad ostiũ monumenti, & abijt. Erant autem ibi Maria magdaléne, & altera Maria, sedentes contra sepulcrum.

Hic datur benedictio, defertur incensum sine luminaribus, non dicitur Dñs vobiscum. & cantatur in tono euãgelij. Quę omnia in alijs passionibus seruantur.

Altera autem die, quę est post parasceuen, conuenérunt príncipes sacerdotũ, & pharisęi ad Pilátum, dicéntes. Dñe, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resúrgam. Jube ergo custodiri sepulcrum vsq; in diem tertiũ: ne forte véniãt discipuli eius, & furentur eũ: & dicant plebi, surréxit à mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habétis custódiã: ite custodite sicut scitis. Illi autem abeũtes, muniérunt sepulcrum: signãtes lápidẽ, cũ custódibus.

Et dicitur Credo. Offerto.

Improperium expéctauit cor meum, & misériam: & sustinui qui simul mecum contristaretur, & non fuit: consolantem me quęsiui, & non inuéni: & dedérunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me acéto. psal. 68

Secreta.

Concéde, quęsumus domine: vt óculis tuę maiestátis munus oblatum, & gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectum beatę perennitátis acquirat. Per dñm nrm. Cõmunio.

Pater, si non potest, hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Mat. 26

Postcommunio.

Per huius domine operationem mysterij: & vitia nostra purgentur: & iusta desideria compleantur. Per do. ¶ Feria ij. maioris hebdomade. Statio ad sanctam Praxedem. Introitus.

psal. 34

Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me: apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium meum, domine virtus salutis mee. Psal. Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic anime mee, salus tua ego sum. Iudica domine nocentes me. Oremus.

Da, quesumus omnipotens deus: vt, qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus, intercedente vnigeniti filij tui passione respiremus. Per eundem dnm no. vel Ecclesie tue. vel Deus omnium fide.

Lectio Isaie prophete.

ca. 50
In diebus illis, Dixit Isaias. Dominus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico, retrorsum non abij, Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus. Dominus deus auxiliator meus, & ideo nó sum confusus: ideo posui faciem meam vt petram durissimam, & scio quoniam nó confundar. Iuxta est q iustificat me: quis contradicet mihi? Stemus simul: quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus Deus, auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Ecce, omnes quasi vestimentum cõterentur. tinea comedet eos. Quis ex vobis timens deum, audiens vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris, & nó est lumen ei? Speret in nomine domini, & innitatur super dominum deum suum. Gradua. Exurge domine, & intende iudicio meo deus meus, & dominus meus in causam meam. V. psal. 34
Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui me persequuntur. Tractus. Domine, non secundum peccata nostra, que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. psal. 102
V. Dñe, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. V. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. psal. 78

Seq. san. euang. scdm Ioannem.

ca. 12

Ante sex dies pasche venit Iesus Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi: & Martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus

bus cũ eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi: et vnxit pedes Jesu, et extersit capillis suis pedes eius: et domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Judas Iscariotes, qui erat eũ traditurus. Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs, et datuz est egenis: Dixit autẽ hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, et loculos habens, ea que mittebantur portabat. Dixit ergo Jesus. Sine illam, vt in diem sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habebitis vobiscũ: me autez non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Judeis, quia illic esset: et venerunt, non propter Jesum tantũ, sed vt Lazarum viderent, quez suscitauit a mortuis. Offertori.

psal. 142 Eripe me de inimicis meis domine: ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu. Secreta.

Haec sacrificia nos omnipotens deus potenti virtute mundatos, ad suũ faciant puriores venire principium. Per do. vel. Protege. vel Oblatis quesumus. Comu. Erubescant, et

psal. 34 reuereantur simul, qui gratulantur malis meis: induantur pudore, et reuerentia, qui maligna loquuntur aduersuz me. Postcõ.

Prebeant nobis domine diuinum tua sancta feruorem: quo eorum pariter et actu delectemur, et fructu. Per dñz. vel Quesum' dñe. vel Nec nos qsum'. Sup populũ. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Adiuua nos deus salutaris noster: et ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per dominum nostrum.

¶ Feria iij. Statio ad sanctam Priscam. Introitus.



Nos autem gloriari oportet in cruce dñi nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nostra, per quẽ saluati, et liberati sumus. Psal. Ga. 6

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. Nos autez glo. Oremus. psal. 66

Omnipotens sempiterne deus: da nobis ita dominice passionis sacramenta peragere: vt indulgentiã pcipere mereamur. Per eundez. vel Ecclesie tue. vel Deus omnium.

Lectio Hieremie prophete.

In diebus illis: Dixit Hieremias. Domine demõstrasti mihi, et cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam: et non cognoui quia cogitauerunt super me consilia dicentes. Venite, mittamus lignum in panẽ eius, et eradamus eum de terra viuentiũ, et nomen eius non memoretur amplius. Tu autẽ domine sabaoth, ca. 11

qui iudicas iuste, ꝛ probas renes ꝛ corda, videam vltionē tuā ex eis: tibi enim reuelaui causā meam: domine deus meus. Grad.

psal. 34 Ego autem dum mihi molesti essent, induebam me cilicio, ꝛ humiliabam in ieiunio animam meam, ꝛ oratio mea in sinu meo conuertetur. ℣. Iudica domine nocētes me, ꝛ expugna impugnantes me: apprehēde arma ꝛ scutū, ꝛ exurge in adiutorium mihi.

¶ Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Marcum.

ca. 14



In illo tempore. C. Erat pascha ꝛ açyma post biduum: ꝛ querebant summi sacerdotes, ꝛ scribe quomodo Iesum dolo tenerent ꝛ occiderent. Dicebant autem. S. Non in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. C. Et cū esset Iesus Bethanie in domo Simonis leprosi, ꝛ recumberet: venit mulier habēs alabastrū vnguenti nardi spicati preciosi: ꝛ fracto alabastro, effudit super caput eius: Erant autē quidā indigne ferentes intra semetipsos, ꝛ dicētes. S. Utquid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enī vnguentū istud venundari plus quā trecentis denariis, ꝛ dari pauperibus. C. Et fremebant in eam. Iesus autem dixit. ✠ Sinite eā. Quid illi molesti estis? Bonū opus operata est in me. Sēper enim pauperes habebitis vobiscū: ꝛ cū volueritis, potestis illis benefacere: me autē nō semp habebitis. Quod habuit hec, fecit: preuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amē dico vobis: vbicunqꝫ predicatū fuerit Euangeliū istud in vniuerso mundo, ꝛ qđ hec fecit, narrabitur in memoriā eius. C. Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim abiit ad summos sacerdotes, vt proderet eū illis. Qui audiētes gauisi sunt: ꝛ promiserunt ei pecuniam se daturos. Et querebat quomodo illū opportunē traderet. Et primo die açymorum quando pascha immolabāt, dicunt ei discipuli. S. Quo vis eamus, ꝛ paremus tibi vt māduces pascha? C. Et mittit duos ex discipulis suis: ꝛ dicit eis. ✠ Ite in ciuitatē: ꝛ occurret vobis homo lagenā aque baiulās, sequimini eum: ꝛ quocunque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit. Ubi est refectio mea, vbi pascha cū discipulis meis manducem? Et ipse vobis demōstrabit cenaculū grande stratum: ꝛ illic parate nobis. C. Et abierunt discipuli eius, ꝛ venerunt in ciuitatem: ꝛ inuenerunt sicut dixerat illis, ꝛ parauerunt pascha. Uespere autē facto venit cū duodecim. Et discumbentibus eis ꝛ manducantibus, ait Iesus. ✠ Amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me q manducat mecum. C. At illi ceperunt contristari, ꝛ dicere ei singillatim.

gilatim. S Nunquid ego? C.
Qui ait illis. ✠ Unus ex duode
cim qui intingit mecum manum
in catino. Et filius quidem homi
nis vadit sicut scriptum est de eo.
Ve autem homini illi, per quem fi
lius hominis tradetur. Bonum
erat ei, si non esset natus homo il
le. C. Et manducantibus illis,
accepit Jesus panem: et benedi
cens fregit, et dedit eis, et ait. ✠
Sumite: hoc est corpus meum. C.
Et accepto calice, gratias agens
dedit eis. Et biberunt ex illo om-
nes. Et ait illis. ✠ Hic est san-
guis meus novi testamenti, qui
pro multis effundetur. Amen di-
co vobis: quod iam non bibam de
genimine vitis usque in diem illum,
cum illud bibam novum in regno
dei. C. Et hymno dicto, exie-
runt in montem oliuarum. Et ait il
lis Jesus. ✠ Omnes scandali-
zabimini in me in nocte ista, quia
scriptum est. Percutiam pastorem,
et dispergentur oves. Sed post-
quam resurrexero, precedam vos
in Galileam. C. Petrus autem
ait illi. S. Etsi omnes scandali-
zati fuerint, sed non ego. C. Et
ait illis Jesus. ✠ Amen dico ti-
bi, quia tu hodie in nocte hac,
prius quam gallus bis vocem de
derit, ter me es negaturus. C.
At ille amplius loquebatur. S.
Etsi oportuerit me simul com-
mori tibi, non te negabo. C. Si
militer autem et omnes dicebant.
Et veniunt in predium, cui no-
men Gethsemani: et ait discipu-
lis suis. ✠ Sedete hic donec
orem. C. Et assumit Petrum et
Jacobum, et Joannem secum, et ce-
pit pavere, et tedere. Et ait illis.
✠ Tristis est anima mea usque
ad mortem. Sustinete hic, et vigi
late. C. Et cum processisset pau-
lulum, procidit super terram: et
orabat: ut, si fieri posset, transiret
ab eo hora: et dixit. ✠ Abba pa-
ter, omnia tibi possibilia sunt, trans-
fer calicem hunc a me. Sed non quod
ego volo: sed quod tu. C. Et
venit, et invenit eos dormientes.
Et ait Petro. ✠ Simon dor-
mis? Non potuisti una hora vigi-
lare mecum? Vigilate, et orate, ut
non intretis in tentationem. Spi-
ritus quidem promptus est, caro
autem infirma. C. Et iterum abi
ens orauit, eundem sermonem di
cens. Et reversus, denuo inve-
nit eos dormientes (erant enim
oculi eorum gravati) et ignorabant
quid responderent ei. Et venit
tertio: et ait illis. ✠ Dormite iam,
et requiescite. Sufficit. Venit ho
ra. Ecce tradetur filius hominis
in manus peccatorum. Surgite, ea
mus: ecce, qui me tradet, prope
est. C. Et adhuc eo loquente, ve
nit Judas Iscariotes unus de
duodecim, et cum illo turba mul-
ta cum gladiis et lignis, missi a sum
mis sacerdotibus, et scribis, et se-
nioribus. Dederat autem tradi
tor eis signum, dicens. S Quem-
cunque osculatus fuero, ipse est:
tenete eum, et ducite caute. C.
Et cum venisset, statim accedens
ad eum, ait. S Rabbi. C. Et
osculatus est Jesum. At illi ma-

nus iniecérunt in Jesum, ⁊ tenue
runt eū. Unus autē de circunstā
tibus educens gladiū, percussit
seruum summi sacerdotis: ⁊ am
putauit illi auriculaꝫ. Et respon
dens Jesus, ait illis. ✠ Tanquā
ad latronem existis cuꝫ gladijs ⁊
lignis cōprehendere me: Quo
tidie apud vos eram in templo
docens, ⁊ non me tenuistis. Sed
vt impleantur scripturę. C
Tunc discipuli eius relinquentes
eum, omnes fugerunt. Adole
scens autem quidaꝫ sequebatur
eum amictus sindone super nu
do: ⁊ tenuerunt eum. At il
le reiecta sindone, nudus profu
git ab eis. Et adduxerunt Jesū
ad summum sacerdotem: ⁊ con
uenérunt omnes sacerdotes, ⁊
scribę, ⁊ seniores. Petrus autē à
longe secutus est euꝫ vsqꝫ intro
in atrium summi sacerdotis, ⁊ se
débat cum ministris, ⁊ calefacie
bat se ad ignē. Sūmi vero sacer
dotes ⁊ omne conciliū, quęrebāt
aduersus Jesuꝫ testimonium, vt
euꝫ morti trāderent: nec inuenie
bant. Multi enim testimonium
falsum dicebant aduersus eum:
⁊ conuenientia testimonia non
erant. Et quidam surgentes, fal
sum testimoniuꝫ ferébant aduer
sus euꝫ dicentes. S Quoniam
nos audiuimus eum dicentem:
Ego dissoluaꝫ templuꝫ hoc ma
nufactum: ⁊ post triduum, aliud
non manufactum ędificabo. C
Et nō erat conueniens testimo
nium illorum. Exurgens autem
summus sacerdos in medium, in
terrogauit Jesum, dicens. S
Non respōdes quicquam ad ea,
quę tibi obijciuntur ab his? C
Ille autē tacebat, ⁊ nihil respon
dit. Rursum summus sacerdos
interrogabat eum: ⁊ dixit ei. S
Tu es Christus filij dei benedi
cti? C Jesus autem dixit illi. ✠
Ego sū. Et videbitis filiū homi
nis sedentem à dextris virtutis
dei, ⁊ venientē cum nubibus cę
li. C Summus autem sacerdos
scindens vestimenta sua, ait. S
Quid adhuc desideram⁹ testes?
Audistis blasphemiaꝫ. Quid vo
bis videtur? C Qui omnes con
demnauerunt euꝫ esse reum mor
tis. Et cęperunt quidam con
spuere eum, ⁊ velare faciem eius,
⁊ colaphis eum cędere, ⁊ dicere
ei. S Prophetiza. C Et mini
stri alapis eum cędebant. Et cuꝫ
esset Petrus in atrio deorsum,
venit vna ex ancillis summi sacer
dotis: ⁊ cum vidisset Petrum ca
lefacientem se, aspiciens illum
ait. S Et tu cum Jesu Nazarē
no eras. C At ille negauit, di
cens. S Neque scio, neque no
ui quid dicas. C Et exijt foras
ante atrium: ⁊ gallus cantauit.
Rursus autem cuꝫ vidisset illuꝫ
alia ancilla, cępit dicere circunstā
tibus: quia hic ex illis est. At ille
iterum negauit. Et post pusil
lum rursus qui astabant, dice
bant Petro. S Uere ex illis es:
nam ⁊ Galilęus es. C Ille au
tem cępit anathematizare, ⁊ iu
rare: quia nescio hominem istuꝫ
quem dicitis. Et statim iterum
gal

gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Jesus: priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cepit flere. Et confestim, mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus et scribis et vniuerso concilio, vincientes Jesum, duxerunt et tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. S Tu es Rex Judeorum? C At ille respondens, ait illi. ✝ Tu dicis. C Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursum interrogauit eum, dicens. S Non respondes quicquam? Vide in quantis te accusant. C Jesus autem amplius nihil respondit: ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem festum solebat illis dimittere vnum ex vinctis, quemcunque petijssent. Erat autem qui dicebatur Barrabas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba, cepit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, et dixit. S Vultis dimittam vobis regem Judeorum? C Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barrabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis. S Quid ergo vultis faciam regi Judeorum? C At illi iterum clamauerunt. S Crucifige eum. C Pilatus vero dicebat eis. S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant. S Crucifige eum. C Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barrabam: et tradidit Jesum flagellis cesum vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum intro in atrium pretorij, et conuocant totam cohortem: et induunt eum purpura, et imponunt ei plectentes spineam coronam. Et ceperunt salutare eum: aue Rex Judeorum. Et percutiebant caput eius arundine: et conspuebant eum: et ponentes genua, adorabant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura: et induerunt eum vestimentis suis: et educunt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt pretereuntem quempiam Simonem Cyreneum venientem de villa, patrem Alexandri et Rufi, vt tolleret crucem eius. Et perducunt eum in Golgotha locum: quod est interpretatum, Caluarie locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: et non accepit. Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: et crucifixerunt eum. Et erat titulus cause eius inscriptus, Rex Judeorum. Et cum eo crucifixerunt duos latrones: vnum a dextris, et alium a sinistris. Et impleta est scriptura, que dicit: et cum iniquis reputatus est. Et pretereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, et dicentes. S Vah, qui destruis templum dei, et in tribus diebus reedificas: saluum fac temetipsum descendens de cruce.

C

C. Similiter et summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum scribis dicebant. S. Alios saluos fecit, seipsum nō potest saluum facere. Christus Rex Israel descendat nunc de Cruce: vt videamus, et credamus. C. Et qui cū eo crucifixi erāt, cōuiciabātur ei. Et facta hora sexta, tenebre facte sūt sup totā terrā, vsque in horam nonā. Et hora nona exclamauit Jesus voce magna, dicēs. ✠ Eloi, Eloi: lāma sabacthani? C. Quod est interpretatū. ✠ Deus meus, deus meus, vtquid dereliquisti me? C. Et quidam de circunstantibus audientes dicebāt. S. Ecce, Eliam vocat. C. Currens autem vnus, et implens spongiam aceto, circūponensque calamo, potū dabat ei, dicēs. S. Sinite: videamus si veniat Elias ad deponēdū eū. C. Jesus autē emissa voce magna expirauit.

Hic pausatur aliquantulum, et genuflectitur. Et velum templi scissum est in duo, à sūmo vsque deorsum. Uidens autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait. S. Uere hic homo filius dei erat. C. Erant autem et mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi minoris et Joseph mater, et Salome: et cum esset in Galilea, sequebantur eum, et ministrabant ei: et alie multe, que simul cum eo ascenderant Hierosolymam.

Hic cantatur in tono euangelij: et alia fiunt vt supra.

Et cum iam sero esset factū: (quia erat parasceue, quod est ante sabbatum) venit Joseph ab Arimathia nobilis decurio, qui et ipse erat expectans regnum dei. Et audacter introiuit ad Pilatū, et petijt corpus Jesu. Pilatus autem mirabatur, si iam obijsset. Et accersito Centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset à centurione: donauit corpus Joseph. Joseph autē mercatus est sindonem, et deponens eum inuoluit sindone, et posuit eum in monumento, quod excisum erat de petra, et aduoluit lapidem ad ostium monumenti. Offertori.

Custodi me domine de manu peccatoris: et ab hominibus iniquis eripe me. psal. 139

Secreta.

Sacrificia nos, quesumus domine, propensius ista restaurēt, que medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per. vel Protege. vel Oblatis. Cōmunio.

Aduersum me exercebantur qui sedebant in porta, et in me psallebant qui bibebant vinum: ego vero orationem meam ad te domine: tempus beneplaciti deus: in multitudine misericordie tue exaudi me. psal. 68

Postcōmun.

Sanctificationibus tuis, omnipotens deus, et vitia nostra curentur, et remedia nobis sempiterna proueniant. Per dominum nostrum. vel Quesumus, vel Hec nos quesumus. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Tua nos misericordia deus, & ab omni surreptione vetustatis expurget, & capaces sancte nouitatis efficiat. Per dñm.

Feria iiij. Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.



phil. 2 In nomine domini omne genu flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum: quia dominus factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: ideo dñs Jesus Christus in gloria est Dei
psal. 101 patris. ps. Dñe exaudi orationẽ meã: & clamor meus ad te veniat. In nomine. post Kyrie eleisõ, dicitur Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.

Presta, quesumus omnipotens deus: vt, qui pro nostris excessibus incessanter affligimur, p vnigeniti tui passionẽ liberemur. Qui tecũ viuit & regnat.

Lectio Isaie prophete.

ca. 62 & 63 Haec dicit dominus deus, Dicite filie Sion. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cũ eo. Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iustitiam: & propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrũ est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus: & de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo: & cõculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: & omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis mee venit. Circunspexi, & non erat auxiliator: quesiui, & nõ fuit qui adiuuaret. Et saluauit mihi brachiũ meum: & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in furore meo: & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum domini recordabor: laudem domini super omnibus que reddidit nobis dominus deus noster. Grad. Ne auertas faciem tuam a puero tuo, psal. 68
quoniam tribulor: velociter exaudi me. V. Saluum me fac deus, quoniã intrauerunt aque vsque ad animã meam: infixus sum in limo profundi, & nõ est substantia. Hic dicitur Dominus vobiscum sine Flectamus genua. Oratio.

Deus qui pro nobis filium tuũ Crucis patibulum subire voluisti, vt inimici a nobis expelleres potestatẽ, cõcede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiã cõsequamur. Per eũ. vel Ecclesie tue. vel Deus omniũ.

Lectio Isaie prophete.

In diebus illis. Dixit Isaias. Domine, quis credidit ca.
auditui nostro? & brachium do 53
mini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo: & sicut radix de terra sitiẽti. Non est species ei, neque decor. Et vidimus

mus cũ, ⁊ nõ erat aspectus, ⁊ desi
derauimus eũ: despectũ, ⁊ nouis-
simũ virorũ, virũ dolorũ, ⁊ sciẽtẽ
infirmitatẽ. Et quasi abscõdit⁹
vultus eius, ⁊ despectus: vnde
nec reputauimus euз. Uere lan-
guores nr̃os ipse tulit: ⁊ dolores
nr̃os ipse portauit. Et nos puta
uimus eũ quasi leprosũ, ⁊ percus-
sũ à deo, ⁊ humiliatũ. Ipse autẽ
vulneratus est propter iniquita-
tes nr̃as: attritus est pp̄ scelera
nr̃a. Disciplina pacis nr̄ę sup eũ:
⁊ liuore eius sanati sumus. Oẽs
nos quasi oues errauimus, vnus
quisqз in viã suã declinauit: ⁊ po
suit dñs in eo iniquitatez omniũ
nr̃m. Oblatus est, quia ipse vo-
luit: ⁊ non aperuit os suũ. Sicut
ouis ad occisionẽ ducet̃: ⁊ quasi
agnus corã tondẽte se, obmute-
scet: ⁊ non aperiet os suũ. De an
gustia ⁊ de iudicio sublatus est.
Generationẽ eius qs enarrabit?
Quia abscissus est de terra viuẽ-
tiuз. Propter scelus populi mei
pcussi eũ. Et dabit impios pro
sepultura, ⁊ diuites ꝓ morte sua:
eo q̄ iniquitatez non fecerit, nec
dolus inuẽtus fuerit in ore eius.
Et dñs voluit cõterere eũ in in-
firmitate. Si posuerit pro pctõ
aiam suã, videbit semẽ lõgeuũ, ⁊
volũtas dñi in manu ei⁹ diriget̃.
Pro eo q̄ laborauit aia eius, vi-
debit, ⁊ saturabit̃. In scia sua iu-
stificabit ipse iustus seruus meus
multos, ⁊ iniqtates eorũ ipse por
tabit. Ideo dispertiam ei pluri-
mos, ⁊ fortium diuidet spolia,
pro eo quod tradidit in mortez

animaз suaз, ⁊ cuз sceleratis repu
tatus est. Et ipse peccata multo
rũ tulit: ⁊ ꝓ trãsgressoribus roga
uit. Tract. Domine exaudi ora psal. 101
tionem meam, ⁊ clamor meus ad
te veniat. ℣. Ne auertas faciem
tuam à me: in quacunque die tri
bulor, inclina ad me aurez tuam.
℣. In quacunque die inuocaue-
ro te, velociter exaudi me. ℣.
Quia defecerunt sicut fumus
dies mei: ⁊ ossa mea sicut in fri-
xorio confrixa sunt. ℣. Percus-
sus sum sicut fenum, ⁊ aruit cor
meum, quia oblitus sum mandu
care panez meũ. ℣. Tu exurgẽs
domine miserẽberis Sion: quia
venit tempus miserendi eius.

¶ Passio domini nostri Jesu
Christi secundum Lucam.



In illo tẽ-
pore. ℂ
Appropinqua- ca. 22
bat dies festus
azymorum, qui
dicitur pascha:
⁊ querebãt prin
cipes sacerdo-
tũ ⁊ scribę, quo
modo Jesum interficerent: ti-
mebant vero plebem. Intrauit
autem satanas in Judam, qui co
gnominabatur Iscariotes, v-
num de duodecim: ⁊ abijt, ⁊ lo-
cutus est cum principibus sacer-
dotum ⁊ magistratibus, quem-
admodum illum traderet eis.
Et gauisi sunt: ⁊ pacti sunt pecu-
niam illi dare. Et spopõdit. Et
querebat opportunitatem, vt
traderet illuз sine turbis. Uenit
autem

autem dies açimorum, in qua ne
cesse erat occidi pascha. Et mi-
sit Petrum ⁊ Joannem, dicens.
✠ Eūtes parate nobis pascha,
vt manducemus. C At illi dixe
runt. S Ubi vis paremus? C
Et dixit ad eos. ✠ Ecce intro-
eūtibus vobis in ciuitatē, occur-
ret vobis homo amphoram a-
quę portans: sequimini eum in
domum, in quaȝ intrat, ⁊ dicetis
patrifamilias domus. Dicit ti-
bi magister: Ubi est diuersoriuȝ,
vbi pascha cū discipulis meis mā
ducem? Et ipse vobis ostendet
cęnaculum magnuȝ stratuȝ: ⁊ ibi
parate. C Euntes autem inue
nerunt sicut dixit illis Jesus: ⁊ pa
rauerūt pascha. Et cum facta es-
set hora discubuit, ⁊ duodecim a
postoli cum eo, ⁊ ait illis. ✠ Desi
derio desideraui hoc pascha mā-
ducare vobiscū, antequā patiar.
Dico eniȝ vobis: quia ex hoc nō
manducabo illud donec implea-
tur in regno dei. C Et accepto
calice, gratias egit, ⁊ dixit. ✠ Ac
cipite, ⁊ diuidite inter vos. Dico
enim vobis: quod nō bibam de
generatione vitis donec regnuȝ
dei veniat. C Et accepto pane,
gratias egit, ⁊ fregit: ⁊ dedit eis,
dicēs. ✠ Hoc est corpus meuȝ,
qđ pro vobis datur. Hoc facite
in meam cōmemorationem. C
Similiter ⁊ calicēȝ, postquā cena
uit dicens. ✠ Hic calix nouū te
stamentuȝ est in sanguine meo, q
pro vobis effundetur. Ueruntā
men ecce manus tradentis me,
mecuȝ est in mensa. Et quideȝ fi-
lius hominis, secunduȝ quod di
finituȝ est, vadit: veruntamen vę
homini illi per quem tradetur.
C Et ipsi cęperunt querere in-
ter se, quis esset, qui hoc factu
rus esset. Facta est autē ⁊ contē-
tio inter eos, quis eoruȝ videre-
tur esse maior. Dixit autē eis. ✠
Reges gentiuȝ dominantur eo
rum: ⁊ qui potestateȝ habent su-
per eos: benefici vocantur. Uos
autē non sic: sed qui maior est in
vobis, fiat sicut minor: ⁊ qui prę-
cessor est, sicut ministrator. Nam
quis maior est, qui recumbit, an
qui ministrat? Nonne qui recū-
bit? Ego auteȝ in medio vestrū
suȝ, sicut qui ministrat: vos auteȝ
estis qui permāsistis mecū in tē-
tationibus meis. Et ego dispo-
no vobis sicut disposuit mihi pa
tre meus regnum: vt edatis ⁊ bi
batis super mensam meam in re
gno meo: ⁊ sedeatis super thro-
nos iudicantes duodeciȝ tribus
Jsrael. C Ait auteȝ dn̄s Simō
ni. ✠ Simon, ecce satanas expe-
tiuit vos, vt cribraret sicut triti-
cum. Ego autē rogaui pro te, vt
nō deficiat fides tua: ⁊ tu aliquā
do conuersus, confirma fratres
tuos. C Qui dixit ei. S Domi
ne, tecum paratus sum ⁊ in carce
rem ⁊ in mortem ire. C At ille
dixit. ✠ Dico tibi Petre, non
cantabit hodie gallus, donec ter
abneges nosse me. C Et dixit
eis. ✠ Quādo misi vos sine sac-
culo, ⁊ pera, ⁊ calciamentis: nū-
quid aliqđ defuit vobis? C At
illi dixerūt. S Nihil. C Dixit
ergo

ergo eis. ✠ Sed nūc qui habet sacculuz, tollat similiter ⁊ peraz. Et qui non habet, vēdat tunicā suam, ⁊ emat gladiuz. Dico eniz vobis, quoniā adhuc hoc qđ scriptū est, oportet impleri i me. Et cuz iniquis deputatus est. Etenīz ea que scripta sūt de me, finē habēt. C. At illi dixerūt. S. Domine, ecce gladij duo hic. C. At ille dixit eis. ✠ Satis est. C. Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum. Secuti sunt autez illuz ⁊ discipuli ei⁹. Et cū peruenisset ad locū, dixit illis. ✠ Orate ne intretis in tentationē. C. Et ipse auulsus est ab eis quantuz iactus est lapidis: ⁊ positis genibus orabat, dicens. ✠ Pater, si vis, trāsfer calicez istuz a me. Uerūtamen non mea volūtas, sed tua fiat. C. Apparuit autē illi angelus de celo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut gutte sanguinis decurrentis in terraz. Et cum surrexisset ab oratione, ⁊ venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormiētes pre tristitia: ⁊ ait illis. ✠ Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tētationez. C. Adhuc eo loquēte, ecce turba: ⁊ qui vocabatur Judas, vnus de duodecim antecedebat eos: ⁊ appropinquauit Jesu, vt oscularetur eum. Jesus autē dixit illi. ✠ Juda, osculo filiuz hominis tradis? C. Uidentes autez hi qui circa ipsuz erant, quod futurum erat, dixerunt ei. S.

Dñe si percutimus in gladio? C. Et pcussit vnus ex eis seruū principis sacerdotuz: ⁊ amputauit auriculā eius dexterā. Respondēs autem Jesus, ait. ✠ Sinite vsqz huc. C. Et cuz tetigisset auriculā eius, sanauit eū. Dixit autez Jesus ad eos q venerāt ad se, principes sacerdotū ⁊ magistratus tēpli, ⁊ seniores. ✠ Quasi ad latronez existis cū gladijs ⁊ fustibus? Cū quotidie vobiscū fuerim in tēplo, nō extendistis manus in me. Sed hec est hora vestra, ⁊ potestas tenebraruz. C. Cōprehendentes autem eum, duxerunt ad domuz principis sacerdotū. Petrus vero sequebatur eum a longe. Accenso autē igne in medio atrij, ⁊ circunsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quez cū vidisset ancilla quedaz sedentez ad lumen, ⁊ cum fuisset intuita, dixit. S. Et hic cum illo erat. C. At ille negauit eū, dicens. S. Mulier non noui illum. C. Et post pusillum alius videns eum, dixit. S. Et tu de illis es. C. Petrus vero ait. S. O homo non suz. C. Et interuallo facto, quasi hore vnius: alius quidam affirmabat dicens. S. Uere ⁊ hic cū illo erat. Naz ⁊ Galileus est. C. Et ait Petrus. S. Homo nescio quid dicis. C. Et continuo adhuc illo loquente, cantauit gallus. Et conuersus dominus respexit Petrū. Et recordatus est Petrus verbi dñi, sicut dixerat: quia prius quāz gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras

Petrus

Petrus fleuit amare. Et viri q tenebát Iesuz, illudebant ei, cędentes. Et velauérunt eũ: ⁊ percutiébant faciem eius: ⁊ interrogabát euz dicentes. S Prophetiza, quis est qui te percussit? C. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies, conuenérunt seniores plebis ⁊ principes sacerdotũ ⁊ scribę, ⁊ duxerunt illum in conciliuz suuz, dicentes. S Si tu es Christus, dic nobis. C Et ait illis. ✠ Si vobis dixero, nõ credétis mihi: si auté ⁊ interrogáuero, nõ respondebitis mihi, neqz dimittetis. Ex hoc auté erit filius hominis sedens à dextris virtutis dei. C Dixerunt autem omnes. S Tu ergo es filius dei? C Qui ait. ✠ Vos dicitis quia ego suz. C At illi dixerunt. S Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi eniz audiuimus de ore eius. C Et surgens omnis multitudo eorũ, duxerũt illũ ad Pilatũ. Cęperunt auté accusare illuz, dicẽtes. S Hũc inuénimus subuertentem gentem nostrã: ⁊ prohibentez tributa dari Cęsari: ⁊ dicentem se Christuz regez esse. C Pilatus autez interrogauit eũ, dicens. S Tu es rex Iudęorum? C At ille respõdens ait. ✠ Tu dicis. C Ait autez Pilatus ad principes sacerdotũ ⁊ turbas. S Nihil inuenio causę in hoc homine. C At illi inualescebant, dicentes. S Cõmouit populũ, docens per vniuersaz Iudęaz, incipiens à Galilęa vsque huc. C Pilatus autez audiens Galilęaz, interrogauit si homo Galilęus esset. Et vt cognouit, φ de Herodis potestate esset, remisit eũ ad Herodem, qui ⁊ ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autez viso Iesu, gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore vidére illũ, eo qđ audierat multa de illo: ⁊ sperabat signuz aliquod vidére ab eo fieri. Interrogabat autez illũ multis sermonibus. At ipse nihil illi respõdebat. Stabant aũt principes sacerdotũ ⁊ scribę constãter accusantes eũ. Spreuit autem illũ Herodes cum exercitu suo: ⁊ illusit idutũ veste alba, ⁊ remisit ad Pilatũ. Et facti sũt amici Heródes ⁊ pilatus in ipsa die: nã antea inimici erãt adinuicez. Pilatus autez cõuocatis principibus sacerdotum, ⁊ magistratibus, ⁊ plebe, dixit ad illos. S Obtulistis mihi hunc hominez, quasi auertentem populum: ⁊ ecce ego coram vobis interrogãs, nullam causam inuénio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. Sed neque Heródes. Nam remisi vos ad illum: ⁊ ecce, nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. C Necesse autem habébat dimittere eis per diem festum vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens. S Tolle hunc, ⁊ dimitte nobis Barrabam. C Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate, ⁊ homicidium, missus in car

cerein. Iterum autem Pilatus locutus est ad illos, volés dimittere Iesuz. At illi succlamabant, dicentes. S. Crucifige, Crucifige eum. C. Ille autez tertio dixit ad illos. S. Quid enim mali fecit iste? Nullam causaz mortis inuénio in eo. Corripiam ergo illum, 7 dimittaz. C. At illi insta bát vócibus magnis postulátes vt crucifigeretur: 7 inualescebát voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis euz qui propter homicidiũ 7 seditionez missus fuerat in carceré quem peté bant: Iesum vero tradidit volũ tati eorum. Et cuz ducerent eũ, apprehenderunt Simónez quédam Cyrenensem venientez de villa: 7 imposuérunt illi crucem portare post Iesum. Sequebat autem illũ multa turba populi, 7 mulieruz: que plangebát 7 lamé tabantur euz. Cóuersus autem Iesus ad illas, dixit. ✠ Filie hierusalez, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete, 7 sup filios vestros: Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent. Beate steriles, 7 ventres qui non genuerunt, 7 vbera que nó lactauerũt. Tũc incipient dicere montibus, cádite super nos: 7 collibus, operite nos. Quia si in viridi ligno hec faciũt: in arido quid fiet? C. Ducebantur auté 7 alij duo nequam cuz eo, vt interficerentur. Et postquá venerunt in locum qui vocatur Caluárie, ibi crucifixerunt eũ: 7 latrones, vnum á dextris, 7 alterum á sinistris. Iesus aũt dicebat. ✠ Pater, dimitte illis: nó enim sciũt quid faciunt. C. Diuidétes vero vestimenta eius, misérunt sortes. Et stabat populus spectans, 7 deridebant eum principes cũ eis, dicentes. S. Alios saluos fecit: se saluũ faciat, si hic est Christus, dei electus. C. Illudebant auté ei 7 milites accedentes, 7 acetum offerentes illi, 7 dicétes. S. Si tu es rex Iudeorum, saluum te fac. C. Erat autem 7 superscriptio scripta super euz literis grecis, 7 latinis, 7 hebraicis: Hic est rex Iudeorũ. Unus auté de his qui pendébát latronibus, blasphemabat eũ, dicens. S. Si tu es Christus, saluum fac temetipsum, 7 nos. C. Respondens autem alter, increpabat eum dicens. S. Neqz tu times deũ, qui in eadem dánatione es? Et nos quidem iusté, naz digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. C. Et dicebat ad Iesum. S. Domine, memento mei, cũ veneris in regnũ tuũ. C. Et dixit illi Iesus. ✠ Amen dico tibi: hodie mecuz eris in paradiso. C. Erat autez feré hora sexta: 7 tenebre facte sunt in vniuersaz terraz, vsque in horaz nonaz. Et obscuratus est Sol: 7 velũz templi scissum est médiũ. Et clamás Iesus voce magna, ait. ✠ Pater, in manus tuas cómendo spiritum meũ. C. Et hec dicens, expirauit. Hic pausatur aliquantulum, 7 genuflectitur. Uidens autem Centúrio qđ factũ fue-

fuerat, glorificauit deu; dicens. Uere hic homo iustus erat. Et omnis turba coru; qui simul aderát ad spectáculu; istud, & videbát que fiebant: percutiétes pectora sua, reuertebantur. Stabant aute; omnes noti eius á longe: & mulieres, que secute erant eu; á Galilea, hec vidétes. Hic legitur in tono euangelij: & alia fiunt vt supra.

Et ecce vir nomine Joseph qui erat decurio: vir bonus, & iustus: hic non cósénserat consilio & actibus eorum: ab Arimathia ciuitate Judee: qui expectabat & ipse regnu; dei. Hic accessit ad Pilatu;, & pétijt corpus Jesu. Et depositu; inuoluit sindone: & posuit eu; in monuméto exciso, in quo nondum quisqua; pósitus fuerat. Offert. Domine exaudi orationem mea;, & cla-
psal. 101 mor meus ad te pueniat: ne auertas faciem tuam á me. Secreta.

Suscipe que sumus dñe munus oblatum, & dignanter operare: vt qđ passionis filij tui domini nostri mysterio gerim⁹, pijs affectib⁹ cósequamur. Per eundé do. Protege. vel Obla-
psal. 101 tis. Cómunio. Potum meum cum fletu temperabam: quia cleuans allisisti me: & ego sicut fenū árui: tu autem dñe in eternū pérmanes: tu exurgens miséreberis Sion, quia venit tempus miserendi eius. Postcommunio.

Largire sénsibus nostris omnipotens deus: vt, per temporalem filij tui morte;, quá mysterium venerandá testantur, vita; te nobis dedisse perpétuam confidamus. Per eunde;. vel Ut quesumus. vel Hec nos qsumus. Super populum. Oremus. Humiliate cápita vestra deo.

Respice, quesumus domine, super hanc familiá tuá: pro qua dominus noster Jesus Christus non dubitauit manib⁹ tradi nocentiu;, & Crucis subire tormentum. Qui tecum viuit &.

Feria quinta in cena domini. Státio ad sanctum Joannem in Laterano. Introitus.



Nos auté gloriari oportet in Cruce domini nostri Jesu Christi, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati, & liberati sumus. Psalmus. Gal. 6
Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illúminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Nos autem gloriari. Dicit Gloria in excelsis. Oratio. psal. 66

Deus á quo & Judas reátus sui penam, & confessiónis sue latro premium sumpsit: concéde nobis tue propitiationis effectum: vt sicut in passioné sua Jesus Christus dñs noster diuérsa vtrisq; intulit stipendiú meritorū: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis sue gratiá largiatur. Qui tecū viuit. Et hec oratio tantum dicitur.

Lectio Epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1.ca. 11 FRatres: Conuenientibus vobis in vnum, iam nõ est dominicam cenam manducare. vnusquisq3 enim cenam suaz pre sumit ad manducandũ. Et alius quidem esurit: alius autẽ ebrius est. Nũquid domos nõ habetis ad manducandum ꝛ bibenduz? Aut ecclesiam dei contemnitis: ꝛ cõfunditis eos qui nõ habent? Quid dicaz vobis? Laudo vos. In hoc non laudo. Ego enim accepi a domino, qđ ꝛ tradidi vobis: quoniam dominus Jesus in qua nocte tradebat̃, accepit panez: ꝛ grãs agens fregit, ꝛ dixit. Accipite, ꝛ manducate: hoc est corpus meum qđ pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter ꝛ calicem, postquam cenauit, dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescunque bibitis, in meam cõmemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, ꝛ calicem bibetis: mortem domini annunciabitis, donec veniat. Itaque quicunque manducauerit panem, ꝛ biberit calicem domini indigne: reus erit corporis ꝛ sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: ꝛ sic, de pane illo edat, ꝛ de calice bibat. Qui enim manducat, ꝛ bibit indigne: iudicium sibi manducat ꝛ bibit, non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi ꝛ imbecilles: ꝛ dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus: non vtique iudicaremur. Dũ iudicamur autem: a domino corripimur, vt non cũ hoc mundo damnemur. Gradua.

Christus factus est pro nobis obediẽs vsque ad mortez, mortẽ autez crucis. ℣. Propter quod ꝛ deus exaltauit illuz: ꝛ dedit illi nomẽ, qđ est super omne nomẽ. phil. 2

Seq. san. euãg. scđm Joannez.



ANte diem festum pasche, sciens Jesus qa venit hora eius vt trãseat ex hoc mũdo ad patrez: cũ dilexisset suos, qui erãt in mũdo, in finez dilexit eos. Et cena facta, cũ diabolus i.az misisset in cor: vt traderet eũ Judas Simonis Iscariotes: sciens quia omnia dedit ei pater in manus, ꝛ quia a deo exiuit, ꝛ ad deum vadit: surgit a cena, ꝛ ponit vestimẽta sua. Et cum accepisset linteuz, precinxit se. Deinde misit aquam in peluim, ꝛ cepit lauare pedes discipulorũ, ꝛ extergere linteo quo erat precinctꝰ. Uenit ergo ad Simonem Petrũ. Et dicit ei Petrus. Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Jesus, ꝛ dixit ei. Quod ego facio, tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in eternũ. Respondit ei Jesus. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Joã. 13

mon Petrus. Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Jesus. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mũdus totus. Et vos mundi estis, sed nõ omnes. Sciebat enim quisnã esset qui traderet eũ: propterea dixit, non estis mundi omnes. Postquã ergo lauit pedes eorũ, accepit vestimẽta sua. Et cũ recubuisset iterũ, dicit eis. Scitis quid fecerĩ vobis? Uos vocatis me magister & domine: & bene dicitis. Sũ etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, dominus & magister: & vos debẽtis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et dicitur Credo in. Offertoriũ. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me. Dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam: & narrabo opera domini. Secreta.

Ipse tibi quęsumus, domine sancte, pater omnipotẽs, ęterne deus, sacrificium nostrũ reddat acceptum, qui discipulis suis in sui cõmemoratione hoc fieri hodierna traditione monstrauit, Jesus Christus filius tuus, dominus noster. Qui tecũ viuit & regnat, In vnitate spũs. Pręfatio de Cruce. Infra actio.

Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes, quo dominus noster Jesus Christus pro nobis est traditus, Sed & memoriam venerantes, in primis gloriosę semperque virginis Marię, genitricis dei, & domini nostri Jesu Christi. Sed & beatorum apostolorum ac martyrum tuorum Petri & Pauli, Andreę, Jacobi, Joannis, Thomę, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis, & Thadei: Lini, Cleti, Clementis, Xixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Joannis & Pauli, Cosmę, & Damiani, & omnium sanctorum tuorum: quorum meritis, precibusque concedas: vt in omnibus protectionis tuę muniamur auxilio. Per eundem Christum dominum nostrum.

Alia infra actionem.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostrę, sed & cunctę familię tuę, quam tibi offerimus ob diem, qua dominus noster Jesus Christus tradidit discipulis suis corporis & sanguinis sui mysteria celebranda: quęsumus dñe, vt placatus accipias: diesq̃ nostros in tua pace disponas: atque ab ęterna damnatione nos eripi: & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per eundem Christũ dñm nostrũ. Amẽ.

Quam oblationem tu deus in omnibus, q̃sumus: Benedictam ✠ Ascriptam ✠ Ratam ✠ Rationabilẽ, acceptabilemq̃ facere digneris. vt nobis Corpus ✠ & sanguis ✠ fiat dilectissimi filij tui dñi nostri Jesu Christi. Alia infra actionem.

Qui pridie, quã pro nostra omniumque salute patere-

tur, hoc est, hodie: accepit panē in sanctas ac venerabiles manus suas: et eleuatis oculis in celum ad te. etc. Agnus dei. dicit: sed Pax non datur. Hodie reseruat sacerdos in loco honesto et conuenienti vnā hostiā consecratam pro die sequenti in quo non conficitur: vel etiam plures si necesse fuerit, pro infirmis: sanguinem vero totum sumit. Deinde fiat cōio: et postea cōpletur missa. Cōio. Dñs Jesus postquā cenauit cū discipulis suis, lauit pedes eorum, et ait illis: scitis quid fecerim vobis ego dominus et magister: exemplū dedi vobis vt et vos ita faciatis. Postcom.

Refecti vitalibus alimentis quēsumus dñe deus noster vt quod tempore nostre mortalitatis cultu exequimur, tue immortalitatis munere consequamur. Per dñm. Et dicitur Ite missa est. Finita missa, accedunt ministri, et fit processio more solito. Celebrans genuflectit ante altare, imponit incensum in duobus thuribulis, et cū altero incensat ter sacramētū: deinde de manu diaconi accepto calice cum sacramento, et cooperto extremitatibus veli quo teguntur humeri, procedit medius inter diaconum a dextris, et subdiaconū a sinistris sub baldachino, duobus acolitis sacramentū continue incensantibus vsque ad locum preparatū vbi pro crastino seruandum est. Interea cantatur hymnus. Pange lingua gloriosi. Reposito sacramento, et rursus incensato, in choro dicantur vespere: et sacerdos cū ministris denudet altaria legendo antipho. Diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestē meam miserunt sortem. Cū toto psalmo. Deus deus meus respice in me.

¶ Post denudationē altariū, hora competenti, facto signo cum tabula, conueniunt Clerici ad faciendum mandatū. Superior abluit pedes inferioribus: tergit, et osculatur. Et interim hec subscripta cantātur: vel omnia vel in parte pro dispositione cantorum. Antiphona. Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, dicit dominus. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulāt in lege domini. Et repetitur immediate antipho. Mandatum nouū. Et sic alie antiphone, que habent psalmos, vel ℣. repetuntur. Et de quolibet psalmo non dicitur nisi vnus ℣. Antiphona. Postquam surrexit dominus a cena, misit aquā in peluī, et cepit lauare pedes discipulorum suorum: hoc exemplum reliquit eis. Psalmus. Magnus dominus, et laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Antiphona. Dominus Jesus postquā cenauit cum discipulis suis, lauit pedes eorum, et ait illis: scitis quid fecerim vobis ego dominus et magister: exemplum dedi vobis: vt et vos ita faciatis. Psalmus. Benedixisti Joā 13

nedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatē Jacob. Antiph. Dñe tu mihi lauas pedes: respondit Jesus, & dixit ei: si nō lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. ℣. Uenit ergo ad Simonem Petrum, & dixit ei Petrus. Et repetitur antipho. Dñe, tu mihi lauas pedes: respō dit Jesus, & dixit ei: si non lauero tibi pedes, non habebis partem mecū. ℣. Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Tertio repetitur antipho. Domine, tu mihi lauas pedes: respondit Jesus, & dixit ei: si nō lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. ℣. Si ego dominus, & magister vester laui vobis pedes: quanto magis debetis alter alterius lauare pedes. Psal. Audite hęc omnes gentes: auribus percipite qui habitatis orbem. Aña. In hoc cognoscēt oēs, q2 mei estis discipuli: si dilectionē habueritis adinuicem. ℣. Dixit Jesus discipulis suis. Antipho. Maneant in vobis fides, spes, charitas, tria hęc: maior autem horum est charitas. ℣. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hęc: maior autē horum est charitas. Antipho. Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscū misericordiā suam. ℣. Benedicamus patrē, & filium, cum sancto spiritu. Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Aña. Ubi charitas & amor, deus ibi est. ℣. Cōgregauit nos in vnū Christi amor. ℣. Exultemus, & in ipso iucundemur. ℣. Timeamus, & amēmus deum viuum. ℣. Et ex corde diligamus nos syncero. Et repetitur aña. Ubi charitas & amor deus ibi est. ℣. Simul ergo cum in vnum cōgregamur. ℣. Ne nos mente diuidamur, caueamus. ℣. Cessent iurgia maligna, cessent lites. ℣. Et in medio nostri sit Christus deus. Et repetit aña. Ubi charitas & amor, Deus ibi est. ℣. Simul quoq cū beatis videamus. ℣. Glorianter vultum tuum Christe deus. ℣. Gaudiū, quod est immensum, atque probū. ℣. Sécula per infinita seculorum, Amen. Post lotionem, qui aliis abluit pedes, capite detecto dicit. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Tu mandasti mādata tua domine. ℟. Custodiri nimis. ℣. Tu lauasti pedes discipulorū tuorum. ℟. Opera manuum tuarum, ne despicias. ℣. Dñe exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto dñe, quęsumus, officio seruitutis nostrę: & quia tu discipulis tuis pedes lauare dignatus es, ne despicias opera manuum tuarum, quę nobis retinenda mandasti: vt sicut hic nobis & a nobis exteriora abluūtur inquinamēta: sic a te omniū nostrū interiora lauentur pecca-

ta. Quod ipse prestare digneris, qui viuis et regnas deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

¶ Feria vi. in Parasceue. Statio ad sanctam Crucem in Hierusalem.



Finita nona, sacerdos et ministri induti vestimentis nigri coloris, procedunt sine luminaribus, et incenso: et ante altare prostrati aliquandiu orant. Interim acoluthi vnam tantum tobaleam extendunt super altare. Sacerdos cum ministris facta oratione accedit ad altare: deinde subdiaconus procedit ad legendum, et sine titulo incipit prophetiam.

Ose. Haec dicit dominus. In tribulatione sua mane consur-
6 gent ad me. Venite, reuertamur ad dominum: quia ipse cepit, et sanabit nos: percutiet, et curabit nos. Viuificabit nos post duos dies, et in die tertio suscitabit nos, et viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurque, vt cognoscamus dominum. Quasi diluculum preparatus est egressus eius: et veniet quasi imber nobis temporaneus et serotinus terre. Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Juda? Misericordia vestra quasi nubes matutina: et quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolaui in prophetis: et occidi eos in verbis oris mei. Et iudicia tua, quasi lux, egredietur. Quia misericordiam volui, et non sacrificium: et scientiam dei plusquam holocausta. Trac. Domine, audiui au- abac.
ditum tuum, et timui: considera- 3
ui opera tua, et expaui. ℣. In medio duorum animalium innotesces: dum appropinquauerint anni, cognosceris: dum aduenerit tempus, ostenderis. ℣. In eo, dum conturbata fuerit anima mea: in ira, misericordie memor eris. ℣. Deus a Libano veniet, et sanctus de monte vmbroso, et condenso. ℣. Operuit celos maiestas eius: et laudis eius plena est terra. Finito tractu sacerdos dicit Oremus. Diaconus Flectamus genua. Et subdiaconus. Leuate.


Deus, a quo et Judas proditor reatus sui penam, et confessionis sue latro premium sumpsit: concede nobis tue propitiationis effectum: vt sicut in passione sua Jesus Christus dominus noster diuersa vtrisque intulit stipendia meritorum: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

In diebus illis. Dixit dominus Exo.
ad Moysen et Aaron in ter- 12
ra Aegypti. Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cetum filiorum Israel, et dicite ei. Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias, et domos suas. Sin autem

autem minor est numerus, vt suf ficere possit ad vescenduz agnũ: assumet vicinũ suuz, qui iunctus est domui sue: iuxta numerũ animarũ que sufficere possunt ad esuz agni. Erit autẽ agnus absqz macula, masculus anniculus: iuxta quẽ ritũ tolletis & hedũz. Et seruabitis eũ vsqz ad quartãdecimã diez mensis huius. Immolabitqz euz vniuersa multitudo filiorũ Israel ad vesperã. Et sumẽt de sanguine eius: ac ponent super vtrunque postẽ, & in super liminaribus domorũ, in quibus comedẽt illũ. Et edẽt carnes nocte illa assas igni, & açimos panes cũ lactucis agrestibus. Non comedẽtis ex eo crudũ quid, nec coctũ aqua sed assum tantum igni. Caput cũ pedibus eius & intestinis vorabitis: & os eius nõ cõfringetis: nec remanebit ex eo quicquam vsque mane. Siquid residuum fuerit, igni cõburẽtis. Sic autem comedẽtis illum. Renes vestros accingẽtis: & calciamenta habebitis in pedibus: tenentes baculos in manibus: & comedẽtis festinanter. Est enim phase (idest transitus) domini. Tra.

psal. 139 Eripe me domine ab homine malo: à viro iniquo libera me. ℣ Qui cogitauerũt malitias in corde tota die constituebant prelia. ℣. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidũ sub labijs eorũz. ℣. Custodi me dñe de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueũ mihi. ℣ Et funes extenderunt in laqueũ pedibus meis: iuxta iter scandaluz posuerunt mihi. ℣ Dixi domino, deus meus es tu: exaudi dñe vocẽ orationis mee. ℣. Domine virtus salutis mee: obumbra caput meum in die belli. ℣. Ne tradas me à desiderio meo peccatori: cogitauerunt aduersum me: ne derelinquas me: ne vnquam exaltentur. ℣ Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos. ℣. Ueruntamen iusti confitebuntur nomini tuo & habitabunt recti cum vultu tuo. Finito tractu, passio super nudum pulpitum dicitur.

¶ Passio domini nostri Jesu Christi secundum Joannem.



In illo tempore. Egressus est Jesus cum discipulis suis trans torrentez Cedron, ca. 18 vbi erat hortus in quem introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat autem & Judas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Jesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepisset cohortem, & à pontificibus & phariseis ministros: venit illuc cum laternis, & facibus, & armis. Jesus itaqz sciens omnia, que ventura erant sup euz: processit, & dixit eis. ✠ Quez queritis? ¶ Responde-

sponderunt ei. S Jesum Nazarenum. C Dixit eis Jesus. ✠ Ego sum. C Stabat autem ⁊ Judas, qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis, ego sum: abierunt retrorsum, ⁊ ceciderunt in terram. Iterum ergo eos interrogauit. ✠ Quem queritis? C Illi autem dixerunt. S Jesum Nazarenum. C Respondit Jesus. ✠ Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me queritis, sinite hos abire. C Ut impleretur sermo quem dixit: quia, quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum: ⁊ percussit pontificis seruum: ⁊ abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro. ✠ Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? C Cohors ergo ⁊ tribunus ⁊ ⁊ ministri Judeorum cōprehenderunt Jesum, ⁊ ligauerunt eum: ⁊ adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim socer Caiphe, qui erat pōtifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Judeis: quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, ⁊ alius discipulus. Discipulus autem ille, erat notus pontifici: ⁊ introiuit cum Jesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus ille q erat notus pontifici: ⁊ dixit ostiarie: ⁊ introduxit Petrū. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. S Nunquid ⁊ tu ex discipulis es hominis istius? C Dicit ille. S Non sum. C Stabant autem serui ⁊ ministri ad prunas, quia frigus erat, ⁊ calefaciebant se. Erat autem cum eis ⁊ Petrus stans ⁊ calefaciens se. Pōtifex ergo interrogauit Jesum de discipulis suis ⁊ de doctrina eius. Respondit ei Jesus. ✠ Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga, ⁊ in tēplo, quo omnes Judei conueniunt: ⁊ in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt quid locutus sum ipsis. Ecce, hi sciunt que dixerim ego. C Hec autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Jesu, dicens. S Sic respondes pontifici? C Respondit ei Jesus. ✠ Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cedis? C Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autem Simon Petrus stans ⁊ calefaciens se. Dixerunt ergo ei. S Nunquid ⁊ tu ex discipulis eius es? C Negauit ille, ⁊ dixit. S Non sum. C Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam. S Nonne ego te vidi in horto cum illo? C Iterum ergo negauit Petrus: ⁊ statim gallus cantauit. Adducūt ergo Jesum a Caipha in pretorium. Erat autem

mane.

mane. Et ipsi non introierūt in
pretorium, vt non contaminarē
tur: sed vt manducarent pascha.
Exiuit ergo Pilatus ad eos fo-
ras, ⁊ dixit. S. Quam accusatio
nem affertis aduersus hominē
hunc? C. Responderunt, ⁊ dixe
runt ei. S. Si non esset hic ma-
lefactor, non tibi tradidissemus
eum. C. Dixit ergo eis Pilatus.
S. Accipite eum vos, ⁊ secun-
dum legem vestram iudicate eū.
C. Dixerunt ergo ei Iudei. S.
Nobis nō licet interficere quen
quam. C. Ut sermo Iesu imple
retur, quē dixit: significans qua
morte esset moriturus. Introi-
uit ergo iterum Pilatus preto-
rium, ⁊ vocauit Iesū, ⁊ dixit ei.
S. Tu es rex Iudeorū? C. Re-
spondit Iesus. ✠ A temetipso
hoc dicis, an alij tibi dixerunt de
me? C. Respōdit Pilatus. S.
Nūquid ego Iudeus sū? Gēs
tua, ⁊ pōtifices tui tradiderunt
te mihi. Quid fecisti? C. Respō
dit Iesus. ✠ Regnum meum
non est de hoc mūdo. Si ex hoc
mundo esset regnum meum mi-
nistri mei vtique decertarent, vt
non traderer Iudeis. Nunc au-
tem regnū meū non est hinc. C.
Dixit itaque ei Pilatus. S. Er-
go rex es tu? C. Respondit Ie-
sus. ✠ Tu dicis, quia Rex sum
ego. Ego in hoc natus sum, ⁊ ad
hoc veni in mundum, vt testimo
nium perhibeam veritati. Om-
nis qui est ex veritate, audit vo-
cem meam. C. Dicit ei Pilatus.
S. Quid est veritas? C. Et cū
hoc dixisset, iterum exiuit ad Iu
deos, ⁊ dicit eis. S. Ego nullā
inuenio in eo causam. Est autē
consuetudo vobis, vt vnum di-
mittam vobis in pascha. Uultis
ergo dimittam vobis regē Iu-
deorum? C. Clamauerunt rur-
sum omnes, dicentes. S. Non
hunc, sed Barrabam. C. Erat
autem Barrabas latro. Tunc
ergo apprehendit Pilatus Ie-
sum, ⁊ flagellauit. Et milites ple
ctentes coronam de spinis, im-
posuerūt capiti eius: ⁊ veste pur-
purea circundederunt eum. Et
veniebant ad eum, ⁊ dicebant.
S. Aue Rex Iudeorū. C. Et
dabant ei alapas. Exiuit iterum
Pilatus foras, ⁊ dicit eis. S. Ec
ce adduco eum vobis foras: vt
cognoscatis, quia in eo nullam
causā inuenio. C. Exiuit ergo
Iesus portans spineam coronā,
⁊ purpureū vestimentum. Et di
cit eis. S. Ecce homo. C. Cū
ergo vidissent eum pontifices ⁊
ministri, clamabāt, dicentes. S.
Crucifige, crucifige eum. C. Di
cit eis Pilatus. S. Accipite eū
vos, ⁊ crucifigite. Ego enim nō
inuenio in eo causam. C. Re-
sponderunt ei Iudei. S. Nos le
gem habemus: ⁊ secundum legē
debet mori, quia filium dei se fe-
cit. C. Cum ergo audisset Pila
tus hūc sermonē, magis timuit.
Et ingressus est pretoriū iterū:
⁊ dicit ad Iesū. S. Unde es tu?
C. Iesus autē responsū nō de
dit ei. Dicit ergo ei Pilatus. S.
Mihi non loqueris? Nescis, qa
po-


potestatẽ habeo crucifigere te, ⁊ potestatẽ habeo dimittere te? ℂ Respondit Jesus. ✠ Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datuꝫ esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. ℂ Et exinde querebat Pilatus dimittere eum. Judei autem clamabant, dicentes. S Si hunc dimittis, non es amicus Cesaris. Omnis enim qui se regeꝫ facit, contradicit Cesari. ℂ Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum: ⁊ sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, hebraice autem Gabbatha. Erat autem parasceue pasche, hora quasi sexta. Et dicit Judeis. S Ecce rex vester. ℂ Illi autem clamabãt. S Tolle, tolle, crucifige eũ. ℂ Dicit eis Pilat⁹. S Regeꝫ vestruꝫ crucifigam? ℂ Responderunt pontifices. S Nõ habemus regem, nisi Cesarem. ℂ Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Jesum: ⁊ eduxerunt. Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluarie locum: hebraice autem Golgotha: vbi eũ crucifixerunt: ⁊ cũ eo alios duos hinc ⁊ hinc, mediũ autem Jesuꝫ. Scripsit autem ⁊ titulum Pilatus, ⁊ posuit super cruceꝫ. Erat autem scriptum, Jesus Nazarenus rex Judeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Judeorum: quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Jesus. Et erat scriptũ hebraice, grece, ⁊ latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Judeorum. S Noli scribere rex Judeorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Judeorũ. ℂ Respondit Pilatus. S Quod scripsi, scripsi. ℂ Milites ergo cuꝫ crucifixissẽt eum, acceperunt vestimenta eius (⁊ fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem) ⁊ tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerũt ergo ad inuicem. S Non scindamus eã, sed sortiamur de illa cuius sit. ℂ Ut scriptura impleretur, dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: ⁊ in vestem meã miserunt sortem. Et milites quidem hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Jesu mater eius, ⁊ soror matris eius, Maria Cleophe, ⁊ maria Magdalene. Cuꝫ vidisset ergo Jesus matrem ⁊ discipulum stantem quem diligebat, dicit matri sue. ✠ Mulier, ecce filius tuus. ℂ Deinde dicit discipulo. ✠ Ecce mater tua. ℂ Et ex illa hora accepit eam discipulus in suaꝫ. Postea sciens Jesus quia iaꝫ omnia cõsummata sunt, vt consummaretur scriptura, dixit. ✠ Sitio. ℂ Uas ergo positũ erat aceto plenũ. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerũt ori eius. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit. ✠ Consummatum est. ℂ Et inclinato capite tradidit spiritũ. Hic pausatur aliquantulũ, ⁊ genuflectitur.

Judei

Judei ergo, quoniam parascéue erat, vt nō remanerent in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauérunt Pilatum vt frangerentur eorū crura, & tollerentur. Venérunt ergo milites: & primi qdem fregérunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Jesū autem cum venissent, vt viderūt eum iam mortuū, non fregerūt eius crura, sed vnus militum láncea latus eius aperuit, & cótinuó exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimoniū eius. Et ille scit quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta sunt enim hec, vt scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerūt. Hic legitur in tono euangelii sine incenso & luminaribus & benedictione.

Post hec autē Rogauit Pilatum Joseph ab Arimathia, (eo quod esset discipul9 Jesu, occultus aūt propter metum Judeorum) vt tolleret corpus Jesu. Et pmisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Jesu. Venit autē & Nicodemus, qui venerat ad Jesū nocte primū, ferens mixturā myrrhe & aloes, quasi libras centū. Accepérunt ergo corpus Jesu, & ligauérūt illud linteis cū aromatibus, sicut mos est Judeis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nōdū quisquā positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Judeorum, quia iuxta erat monumentum, posuérunt Jesum.

Deinde sacerdos stans in cornu epistole, incipit absolute.




Oremus, dilectissimi nobis




pro ecclesia sancta dei: vt eam



deus & dominus noster, paci-




ficare, adunare, & custodire



dignetur: toto orbe terrarum



subijciens ei principatus &



potestates: detq3 nobis quie-



tam & trāquillā vitā degenti-

bus

bus, glorificare deū patrem

omnipotentem. Oremus.

Diaconus. Flectamus genua.

Subdiaconus ℟. Leuate.
Oratio cantatur in tono orationis misse. Hic modus seruatur in subsequentibus.

Omnipotens sempiterne Deus: qui gloriam tuam omnibus in Christo gētibus reuelasti: custodi opera misericordie tue: vt ecclesia tua toto orbe diffusa, stabili fide in confessione tui nominis perseueret. Per eundem dn̄m nostrum Jesum Christum filium tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat, in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Oremus ⁊ pro beatissimo Papa nostro ℣. vt Deus ⁊ dominus noster, qui elegit euz in ordine episcopatus, saluum atqꝫ incolumem custodiat ecclesie sue sancte, ad regendum populum sanctum dei. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Omnipotens sempiterne Deus, cuius iudicio vniuersa fundantur: respice propitius ad preces nostras: ⁊ electuz nobis antistitem tua pietate conserua: vt Christiana plebs, que te gubernatur auctore, sub tanto pontifice, credulitatis sue meritis augeatur. Per dominum nostrum. Responso. Amen.

Oremus ⁊ pro omnibus episcopis, presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, acoluthis, exorcistis, lectoribus, ostiarijs, confessoribus, virginibus, viduis: ⁊ pro omni populo sancto Dei. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Omnipotens sempiterne deus, cuius spiritu totum corpus ecclesie sanctificatur, ⁊ regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratie tue munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dn̄m nostrum. ℟. Amen.

Oremus ⁊ pro Christianissimo Imperatore nostro ℣. vt Deus ⁊ dominus noster, subditas illi faciat omnes barbaras nationes, ad nostraz perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Omnipotens sempiterne deus, in cuius manu sunt omnium potestates, ⁊ omniū iura regnorū: respice ad Romanū benignus imperiuz: vt gentes, que in sua feritate cōfidūt, potētie tue dextera comprimantur. Per dn̄m nostrum. ℟. Amen.

O Remus et pro catechumenis nostris: ut Deus et dominus noster adaperiat aures precordiorum ipsorum, ianuamque misericordie: ut per lauacrum regenerationis, accepta remissione omnium peccatorum, et ipsi inueniantur in Christo Jesu domino nostro. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

O Mnipotens sempiterne deus: qui ecclesiam tuam noua semper prole fecundas: auge fidem et intellectum catechumenis nostris: ut renati fonte baptismatis, adoptionis tue filijs aggregentur. Per dominum nostrum. ℟. Amen.

O Remus, dilectissimi nobis, deum patrem omnipotentem, ut cunctis mundum purget erroribus: morbos auferat: famem depellat: aperiat carceres: vincula dissoluat: peregrinantibus reditum: infirmantibus sanitatem: nauigantibus portum salutis indulgeat. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

O Mnipotens sempiterne deus, mestorum consolatio, laborantium fortitudo: perueniant ad te preces de quacunque tribulatione clamantium: ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. Per dominum nostrum. ℟. Amen.

O Remus et pro hereticis, et schismaticis: ut deus et dominus noster eruat eos ab erroribus vniuersis: et ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atque apostolicam reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

O Mnipotens sempiterne deus, qui saluas omnes, et neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas: ut omni heretica prauitate deposita, errantium corda resipiscant: et ad veritatis tue redeant vnitatem. Per dominum nostrum. Responsio. Amen.

O Remus et pro perfidis iudeis: ut deus et dominus noster auferat velamen a cordibus eorum: ut et ipsi agnoscant Jesum christum dominum nostrum. non respondetur Amen. sed statim dicitur.


O Mnipotens sempiterne deus, qui etiam iudaicam perfidiam a tua misericordia non repellis: exaudi preces nostras, quas pro illius populi obcecatione deferimus: ut agnita veritatis tue luce, que Christus est, a suis tenebris eruantur. Per eundem dominum nostrum. ℟. Amen.

O Remus et pro paganis: ut deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorum: ut relictis idolis suis, conuertantur ad Deum viuum et verum, et vnicum filium eius Jesum Christum Deum et dominum nostrum: cum quo viuit et regnat cum spiritu sancto Deus, Per omnia secula seculorum. Non respondetur. Amen. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.


O Mnipotens sempiterne deus, qui non mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris,

ris: suscipe propitius orationem nostram: et libera eos ab idolorum cultura: et aggrega ecclesie tue sancte, ad laudem et gloriam nominis tui. Per dominum no. R. Amē. ¶ Cōpletis orōnibus sacerdos, deposita casula, procedit ad cornu epistole, et ibi in posteriori parte anguli altaris accipit crucē a ministris sibi [illegible] quā versa facie ad [illegible] sūmitate parū discooperit, [illegible] piens solus antiphonam. Ecce lignum crucis. Ab illo loco [illegible] antea [illegible] uatur in cantu a ministris vsque ad Venite adoremus. Choro vero cantante Venite adoremus. omnes se prosternunt.

Deinde procedit ad anteriorem partem anguli eiusdem cornu epistole: et discooperiens amplius crucem, eleuans eam paulisper altius, quā primo, incipit Ecce lignum. Alijs cantātibus et adorātibus, vt supra. Deinde sacerdos procedit ad mediū altaris: et discooperiens crucē totaliter ac eleuando eā tertio, altius incipit Ecce lignū. Alijs cātātibus et adorantibus, vt supra. Postea sacerdos deponit crucem in loco ad hoc preparato ante altare.



Ecce li gnum cru cis,



in quo salus mun di pe-



pendit. Chorus R. Ve-



ni te a dore mus.

Deinde deponit calciamenta: et accedit ad adorandū, ter genua flectēs ante deosculationem crucis. Hoc facto, reuertitur, et accipit [illegible]menta, et casulam. Postmodū ministri altaris: deinde alij, ter genibus flexis, vt dictum est, crucem adorant. Interim cātant improperia, et alia que sequuntur totaliter, vel in parte, prout multitudo adorātium vel paucitas requirit hoc modo. Duo cātores cantant in medio chori V. Popule me⁹. vsque ad Agios o theos. V. Popule meus qd feci tibi: aut in quo contristaui te? responde mihi. V. Quia eduxi te de terra Aegypti: parasti crucem saluatori tuo. Unus chorus cātat, Agios o theos. Alius chorus respōdet. Sāctus deus. Primus chorus. Agios ischyros. Secūdus chorus. Sanctus fortis. Primus chorus. Agios athanatos eleison imas. Secūdus chorus. Sāctus et immortalis miserere nobis. Postea duo de secūdo choro cātant V. Quia eduxi te per desertum quadraginta annis: et manna cibaui te, et introduxi te in terrā satis optimā. Chori respōdent alternatim. Agios o theos

theos &c. Sanctus Deus, &c. Ita tamen, quod primus chorus semper repetit Agios. Deinde duo de primo choro cantant ℣. Quid vltra debui facere tibi, & non feci? Ego quidem plantaui te vineam meam speciosissimam: & tu facta es mihi nimis amara; aceto namque sitim meam potasti: & lancea perforasti latus saluatori tuo. Item chori alternatim respondent Agios o theos. Sanctus &c.

¶ Versus sequentis improperii a duobus cantoribus alternatim cantantur, vtroque choro simul repetente post quemlibet versum. Popule meus. vsque Quia eduxi te de terra Aegypti, parasti crucem.

¶ Incipiunt improperia. Duo de secundo choro cantant ℣. Ego propter te flagellaui Aegyptum cum primogenitis suis: & tu me flagellatum tradidisti. Chorus repetit. Popule meus. Duo de primo choro, ℣. Ego eduxi te de Aegypto, demerso Pharaone in mare rubrum: & tu me tradidisti principibus sacerdotum. Chorus. Popule meus. Duo de secundo choro, ℣. Ego ante te aperui mare: & tu aperuisti lancea latus meum. Chorus. Popule meus. Duo de primo choro, ℣. Ego ante te praeiui in columna nubis: & tu me duxisti ad praetorium Pilati. Chorus. Popule meus. Duo de secundo choro, ℣. Ego te paui manna per desertum: & tu me cecidisti alapis, & flagellis. Chorus. Popule meus. Duo de primo choro, ℣. Ego te potaui aqua salutis de petra: & tu me potasti felle, & aceto. Chorus. Popule meus. Duo de secundo choro, ℣. Ego propter te Chananaeorum reges percussi: & tu percussisti arundine caput meum. Chorus. Popule meus. Duo de primo choro, ℣. Ego dedi tibi sceptrum regale: & tu dedisti capiti meo spineam coronam. Chorus. Popule meus. Duo de secundo choro, ℣. Ego te exaltaui magna virtute: & tu me suspendisti in patibulo crucis. Chorus. Popule meus. Deinde antiphona. Crucem tuam adoramus. cum psalmo. Deus misereatur nostri. cantatur communiter: & repetitur immediate antiphona post ℣.

Antiphona. Crucem tuam adoramus domine: & sanctam resurrectionem tuam laudamus, & glorificamus. Ecce enim propter lignum venit gaudium in vniuerso mundo. Psalmus. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Deinde hymnus Crux fidelis. Cum versibus hymnorum sequentium. Pange lingua. Lustris sex quia iam. Et cum repetitionibus secundum quod inferius ponuntur pro dispositione cantorum, hymnus.

O Crux fidelis, inter omnes arbor vna nobilis: nulla sylua talem profert fronde, flore, germine. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinet. Hymnus.

Pange lingua gloriosi praelium certaminis, & super crucis tropheo dic triumphum nobilem, qualiter redemptor orbis immolatus vicerit. Repetitur Crux fidelis. vsque Dulce lignum. Et sic

sit quoties repetitur Crux fidelis. ℣. De parentis protoplasti fraude factor condolens: quando pomi noxialis morsu in mortem corruit: ipse lignum tunc notauit, damna ligni vt solueret. Repetit᷑ Dulce lignū. ℣. Hoc opus nostrę salutis ordo depoposcerat, multiformis proditoris ars vt artem falleret: & medelam ferret inde, hostis vnde lęserat. Repetit᷑ Crux fidelis. ℣. Quādo venit ergo sacri plenitudo tēporis, missus est ab arce patris natus, orbis conditor: atq; vētre virginali caro factus prodijt. Repetit᷑ Dulce lignum. ℣. Vagit infās inter arcta cōditus p̄sepia: mēbra pānis inuoluta virgo mr̄ alligat, & manus, pedesq; crura stricta cingit fascia. Repetit᷑ Crux fidelis. Alius hymn⁹. Lustris sex qui iā peractis, tempus implēs corporis: se volente natus ad hoc, passioni deditus: agnus in cruce leuatur, immolandus stipite. Repetitur Dulce lignū. ℣. Hic acetū, fel, arundo, sputa, claui, lancea: mite corpus pforatur: sanguis, vnda profluit: terra, pontus, astra, mundus, quo lauantur flumine. Repetitur Crux fidelis. ℣. Flecte ramos arbor alta: tensa laxa viscera: & rigor lentescat ille, quem dedit natiuitas: vt superni membra regis miti tendas stipite. Repetitur Dulce lignum. ℣. Gloria & honor deo vsquequaq; altissimo, vna patri, filioque, inclito paraclito, cui laus est & potestas per ęterna secula. Amen.

¶ Circa finē adorationis Crucis, accenduntur candelę super altare: & Diaconus, accipiēs bursam corporalium, extendit corporale more solito: & finita adoratione, Crucē reuerenter accipit, & reportat ad altare. Postea ordinatur processio ad locū, vbi pridie Sacramentum repositū fuerat. Pręcedit crux iter duos acoluthos deferentes candelabra cum cereis accensis, & Clerus per ordinem, vltimus Sacerdos cum ministris. Cum peruentum fuerit ad locum Sacramenti, accendunt᷑ intortitia, quę nō extinguantur nisi post sumptionem Sacramenti: & sacerdos genuflectit ante Sacramentū, & orat aliquantulum: diaconus interim aperit capsulā, in qua reconditū est corpus Domini: postea Sacerdos imponit incensū in duobus thuribulis, diacono nauiculam ministrante, & genuflexus incensat Sacramentum: Deinde diaconus extrahēs calicem cum Sacramento de capsula, dat ad manus Sacerdotis, & tegit extremitatibus veli qđ humeros sacerdotis circūdat: & procedūt ordine quo venerūt: deferunt baldachinū sup Sacramentū: & duo acoluthi cū thuribulis cōtinue sacramētū incensant: interī cātat᷑ hymnus Vexilla regis prodeūt. Cū venerit Sacerdos ad altare, posito sup illud Sacramēto, genuflexus, rursus incensat, & accedens ponit hostiā super patenā, quā

quã diaconus tenet: deinde accipiens patenã cũ sacramento de manu diaconi, hostiã sacrã ponit sup corporale nihil dicens: interim diaconus imponit vinũ in calicẽ, et subdiaconus aquã: sacerdos accipiẽs calicẽ à diacono, ponit sup altare nihil dicẽs, et diaconus illũ cooperit: deinde iponẽs incẽsũ in thuribulo, incẽsat oblata et altare more solito, dicens.

INcensum istud à te benedictum, ascendat ad te dñe: et descendat sup nos misericordia tua. Cum incensat altare, dicit.

DIrigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuũ mearum sacrificium vespertinũ. Pone domine custodiam ori meo, et ostium circunstantię labijs meis: vt non declinet os meum in verba malitię, ad excusandas excusationes in peccatis. Quãdo reddit thuribulum diacono, dicit.

ACcẽdat in nobis dñs ignẽ sui amoris, et flãmam ęternę charitatis. Amen. Postea lauat manus, nihil dicens: deinde in medio altaris inclinatus dicit.


IN spiritu humilitatis et in animo cõtrito suscipiamur domine à te: et sic fiat sacrificium nostrum in cõspectu tuo hodie, vt placeat tibi domine Deus. Deinde versus ad populũ, dicit.

ORate fratres, vt meum ac vestrum sacrificium, acceptabile fiat apud Deum patrem omnipotentem. Consequenter, omissis alijs, dicit.

M. N. R.

Oremus. Pręceptis salutaribus moniti: et diuina institutione formati, audemus dicere.

Pater noster, qui es in cęlis: sanctificetur nomen tuũ. Adueniat regnũ tuũ. Fiat volũtas tua: sicut in cęlo, et in terra. Panem nostruz quotidianũ da nobis hodie. Et dimitte nobis debi-



℟. Sed libera nos à malo.

Sacerdos sub silētio dicto amē. in eadem voce qua dixit Pater noster, absolute sine Oremus, in tono orationis misse dicit.

Libera nos, quesumus domine, ab omnibus malis, preteritis, presentibus, & futuris: & intercedente beata & gloriosa, semper virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque Andrea & omnibus sanctis: da propitius pacem in diebus nostris: vt ope misericordie tue adiuti, & à peccato simus semp liberi, & ab omni pturbatione securi. Per eundē.

¶ Tunc celebrās facta reuerentia vsq; ad terrā, sacramentū in dexterā accipit, & eleuat vt videri possit a populo: & statim diuidit in tres partes, quarū vltimā mittit in calicē more solito, nihil dicens. Pax dñi. non dr, nec Agnus dei, neq; pacis osculū dat. Postmodū ptermissa oratione Dñe Jesu Christe qui dixisti. q̄ facit mentionē de pace: & oratione Dñe Jesu Christe fili dei viui. q̄ facit mentionē de sanguine: dicit tantū orōnem sequentem.

Perceptio corporis tui domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere presumo, non mihi proueniat in iudicium & condemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui viuis & regnas cum deo patre, in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorū. Accipit patenam cum corpore Christi: & cū maxima humilitate & reuerentia dicit. Panem celestem accipiā, & nomen dñi inuocabo. Percutiat pectus suum, ter dicens.

Dñe, non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantū dic verbo, & sanabitur anima mea.

Postea signat se sacramento, dicens. Corpus dñi nostri Jesu Christi, custodiat animā meā in vitā eternā. Amen. Tunc sumit corpus reuerēter. Deinde omissis omnibus que dici solent ante sumptionem calicis: immediate particulam hostie cū vino reuerenter sumit de calice. Postea, more solito facta ablutione digitorū, in medio altaris inclinatus, dicit. Quod ore sumpsimus, domine, pura mēte capiamus: & de munere temporali fiat nobis remediū sempiternū. No dicitur

Cor-

Corpus tuum domine, nec Post cõmunio, nec Placeat tibi, nec datur benedictio: sed facta purificatione, Sacerdos cum ministris discedit: & dicũtur vesperę sine cantu: & denudatur altare.

¶ Sabbato sancto. Statio ad San. Joannem in Laterano.



Hora competẽti cooperiunt altaria, & dicũtur horę. Interim excutitur ignis, de lapide, & accẽditur. Dicta vero Nona, sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola, & pluuiali violaceo, astãtib⁹ sibi ministris cum cruce, aqua benedicta, & incenso, benedicit nouũ ignem, dicens, ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui per filium tuum, angularem scilicet lapidem, claritatis tuę fidelibus ignem cõtulisti productũ ex silice, nostris profuturũ vsibus: nouum hunc ignem san ✠ ctifica: & cõcede nobis: ita, per hęc festa paschalia, cęlestibus desiderijs inflãmari: vt ad ꝑpetuę charitatis, puris mentibus, valeamus festa ꝑtingere. Per eundem christũ dñm nost. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Domine deus, pater omnipotens, lumen indeficiens, & sancte cõditor omniũ luminũ: bene ✠ dic hoc lumẽ, quod à te sanctificatũ atq; benedictum est: q illuminasti oẽm mundum, vt ab eo lumine accendamur, atq; illuminemur igne claritatis tuę: vt sicut illuminasti Moysen exeũtem de Aegypto: ita illumines corda & sensus nr̃os: vt ad vitã ęternam mereamur ꝑuenire. Per Christũ dñm nr̃m. ℟. Amẽ. Oremus.

Domine sancte, pater omnipotens, ęterne deus: benedicẽtibus nobis hũc ignẽ in nomine tuo, & vnigeniti filij tui, dei ac dñi nostri Jesu Christi, & spũs sancti, cooperari digneris: & adiuua nos. Qui viuis & regnas cũ eodem vnigenito tuo & spũ san. deus. Deinde benedicit quinq; grana incensi ponenda in cereo: dicens hanc orationem. Oratio.

Veniat, q̃s, omnipotens deus, super hoc incensum larga tuę bene ✠ dictionis infusio: & hunc nocturnũ splendorẽ inuisibilis regenerator accẽde: vt nõ solũ sacrificiũ quod hac nocte litatũ est, arcana luminis tui admistione refulgeat: sed in quocũq; loco ex huius sctificationis mysterio fuerit deportatum, expulsa diabolicę fraudis neqtia, virtus tuę maiestatis assistat. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen. Dum bñdicit incẽsum, acoluthus assumẽs de carbonib⁹ bñdictis ponit in thuribulo. Finita vero bñdictione incẽsi, sacerdos incẽsum & ignẽ bñdictũ aspergit aqua bñdicta: & de nauicula posito incenso in thuribulo, inde adolet predicta grana incensi & ignẽ benedictũ. Interim omnia luminaria ecclesię extinguũt, vt de igne

benedicto postmodū accēdant. ¶ Deinde Diaconus indutus dalmatica albi coloris, accipit arūdinē cū tribus cādelis in summitate illius triāgulo distinctis. Precedit thuriferari⁹ cū acolutho deferente in vase qnqz grana incēsi. Sequit Subdiaconus cū cruce, ꝛ clerus per ordinē: deinde Diaconus cū arūdine, post cū Celebrans. Cū Diaconus ingressus est ecclesiam, inclinat arūdinem, ꝛ acoluthus deferens cādelā accensam de nouo igne, accendit vnā ex illis tribus cādelis desuper positis: ꝛ Diaconus eleuans arundinē, genuflectit, similiter ꝛ oēs alij cū eo: ꝛ cātat solus. **Lumen Christi.** ℟. **Deo gratias.** Procedens deinde ad mediū Ecclesie, ibi accenditur alia candela: ꝛ iterū genuflexus vt supra, altius cātat **Lumen Christi.** ℟. **Deo gratias.** Tertio procedit ante altare, vbi accēditur tertia candela, ꝛ rursus genuflexus vt prius, adhuc altius dicit. **Lumen Christi.** ℟. **Deo gratias.** Deinde dat arūdinē vni Acolutho: ꝛ accipiens librū, petit a celebrante benedictionem, vt fit ad Euangeliū: postea vadit ad pulpitū, ꝛ ponit super eo librum, ꝛ incensat. A dextris Diaconi stēt Subdiaconus cū cruce, ꝛ Thuriferarius: a sinistris duo Acoluthi, ille qui tenet arūdinē, ꝛ alius tenens in vase quinqz illa grana incēsi benedicti figēda in cereo. Tunc surgentibus ꝛ stantibus omnibus, Diaconus cantat.



Xultet iam angelica turba celorū: Exultent diuina mysteria: ꝛ pro tāti regis victoria, tuba insonet saluta ris. Gaudeat ꝛ tellus tantis irradiata fulgoribus: ꝛ eterni regis splendore illustrata, totius orbis se sentiat amisisse caligi nem. Letetur



tur ⁊ mater ecclesia, tanti lu-

minis adornata fulgoribus: ⁊

magnis populorū vocib⁹ hęc

aula resul tet. Quapropter

astantes vos fratres charis-

simi, ad taʒ miraʒ huius sancti

luminis claritatem, vnà me-

cum, quęso, dei omnipotentis

misericordiam inuoca te.

M. R. R.



Ut qui me non meis meritis

intra Leuitarum numerum

dignatus est aggregare: lumi-

nis sui claritatem infundens,

cerei huius laudeʒ implere

per ficiat. Per dominum

nostrum Jesum Christum fi-

liuʒ suum: qui cum eo viuit ⁊

regnat in vnitate spiritus san-

cti, deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cuz spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino deo nostro. ℟. Dignum ⁊ iustum est. Uere dignum ⁊ iustum est, inuisibilem Deum patrem omnipotentem, filiumque eius vnigenitū, dn̄m nostrum Jesum Christuz, toto cordis ac mentis affectu, ⁊ vocis ministerio psonare. Qui pro nobis ęterno patri Adę debituz soluit: ⁊ veteris piaculi cautionem pio cruore detersit. Hec sunt




sunt eniz festa paschalia, in qui




bus verus ille agnus occiditur,



cuius sanguine postes fideliuz



consecrantur. Hęc nox est,




in qua primu patres nostros,



filios Israel, eductos de Aegy-



pto, mare rubru sicco vestigio




trásire fecisti. Hęc igitur nox




est, quę peccatorum tenebras,



colũnę illuminatione purgauit.




Hęc nox est, quę hodie per v-



niuersum mũdum, in Christo




credentes, a vitijs seculi, & cali-



gine peccatorum segregatos,



reddit gratię, sociat sanctita-



ti. Hęc nox est, in qua destru-




ctis vinculis mortis Christus




ab inferis victor ascendit. Ni-

hil


hil eniz nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset. O mira cir- ca nos tuę pietatis dignatio. O inęstimabilis dilectio chari- tatis: vt seruum redimeres, fi- liuz tradidisti. O certe necessa- riuz Adę peccatū, quod Chri- sti morte deletum est. O felix culpa, que talem ac tantū me- ruit habere redēptorem. O vere beata nox, quę sola me- ruit scire tempus & horam, in qua Chr̄s ab inferis resurre- xit. Hęc nox est, de qua scri- ptū est: & nox sicut dies illumi- nabitur: & nox illuminatio mea in deli cijs meis. Huius igi- tur sanctificatio noctis fu- gat sce-



scelera, culpas lauat: ⁊ red-



dit innocentiam lapsis, ⁊ mę-



stis lętitiam. Fu gat o-




dia, con cor diam pa rat,



cur uat im pe ria.


Hic Diaconus infigit quinque grana incensi benedicti in cereo in modum Crucis.




In huius igitur noctis gratia,




suscipe sancte pater incensi hu-




ius sacrificium vespertinum:



quod tibi in hac cerei oblatio-



ne sollemni, per ministrorum




manus, de operibus apum,



sacrosancta reddit ecclesia.




Sed iam columnę huius



pręconia nouimus, quam in




honorem Dei rutilans





ignis accendit.


Hic Diaconus accendit cereum.



Qui licet sit diuisus in partes, mu-



mutuati tamen luminis de-


trimēta nō nouit. Alitur enim



liquātibus ceris, quas in sub-


stantiā preciose huius lāpadis



apis mater eduxit. Hic accē-duntur. lā-pades.



O vere beata nox, que ex-


poliauit Aegyptios, ditauit



Hebreos. Nox in qua terre-


nis celestia, humanis diuina iū-


gūtur. Oramus ergo te dn̄e:


vt cereus iste in honorem tui


nominis cōsecratus, ad noctis



huius caliginem destruendaz,


indeficiens perseueret. Et in


odorem suauitatis acceptus,


supernis luminaribus miscea-


tur. Flammas eius lucifer ma-


tutinus inueniat. Ille, inquaz

lu-

lucifer, qui nescit occasum.

Ille qui regressus ab inferis,

humano generi se re nus

illuxit. Precamur ergo te

domine: vt nos famulos

tuos, omnemq; clerum, & de-

uotissimum populum: vna

cum beatissimo Papa nostro

N. & Antistite nostro N.

quiete tēporum cōcessa, in his

paschalibus gaudijs, assidua

protectione regere, guber-

nare, & conseruare digneris.


Respice etiam ad deuotissi-

mum Imperatorē nostrum.

N. cuius tu Deus deside-

rij vota prænoscens, ineffa-


bi li pie tatis, & mise ri-




cordię tuę munere



tranquillum perpetuę pacis




accómoda: ⁊ cęlestem victo-




riam cuȝ omni populo suo.




Per eundem dominū nostrū



Jesum Christum filium tuum:



qui tecum viuit, ⁊ regnat in



vnitate spiritus sancti deus:



per omnia secula seculorū. amē.

¶ Completa benedictione cerei, Diaconus deposita Dalmatica alba, sumit violaceam, ⁊ vadit ad altare. Postea leguntur prophetię sine titulo: ⁊ in fine prophetiarum dicuntur orationes modo subscripto.

¶ Prophetia prima.



IN principio creauit deus cęlum, ⁊ terrā. Terra autem erat inanis, ⁊ vacua: ⁊ tenebrę erant super faciem abyssi: ⁊ spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitque Deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucem, q̄ esset bona: ⁊ diuisit luceȝ à tenebris. Appellauitq́ȝ lucē, diem: ⁊ tenebras, nocteȝ. Factumq́ȝ est vespere, ⁊ mane dies vnus. Dixit quoque deus. Fiat firmamentum in medio aquaruȝ: ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum: diuisitq́ȝ aquas, quę erant sub firmamento, ab his, quę erāt super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitq́ȝ deus firmamētum, cęlum. Et factum est vespere, ⁊ mane, dies secundus. Dixit vero deus. Cōgregentur aquę, quę sub cęlo sunt, in locum vnū: ⁊ appareat árida. Factumq́ȝ est ita. Et vocauit deus áridam, terram: congregationesq́ȝ aquarū appellauit mária. Et vidit deus, quòd esset bonuȝ: ⁊ ait. Germinet terra herbam virentem, ⁊ facien- Gen. ca. 1

cientem semen: ⁊ lignum pomiferũ faciẽs fructũ iuxta genus suũ, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factuꝫ est ita. Et protulit terra herbã virentẽ, ⁊ afferentẽ semen iuxta genus suuꝫ, lignumqꝫ faciẽs fructũ, ⁊ habẽs vnumquodque sementem scd̄m speciem suã. Et vidit deus ꝙ esset bonũ. Factumqꝫ est vespere, ⁊ mane, dies tertius. Dixit autẽ deus. Fiant luminaria in firmamento cęli, ⁊ diuidant dieꝫ ac noctem: ⁊ sint in signa ⁊ tempora, ⁊ dies ⁊ annos: vt luceant in firmamento cęli, ⁊ illuminent terram. Et factum est ita. Fecitqꝫ deus duo luminaria magna: luminare maius, vt pręesset diei: ⁊ luminar̃ minꝰ, vt pręesset nocti: ⁊ stellas. Et posuit eas in firmamento cęli: vt lucerent super terraꝫ, ⁊ pręessent diei ac nocti, ⁊ diuiderent luceꝫ ac tenebras. Et vidit deus quod esset bonum. Et factũ est vespere, ⁊ mane, dies quartus. Dixit etiam deus. Producant aquę reptile animę viuentis, ⁊ volatile super terrã, sub firmamento cęli. Creauitqꝫ deus cete grãdia, ⁊ omnẽ animã viuentẽ atqꝫ motabilem, quam produxerant aquę in species suas: ⁊ omne volatile scd̄m genus suum. Et vidit Deus quod esset bonuꝫ: benedixitqꝫ eis, dicens. Crescite, ⁊ multiplicamini, ⁊ replete aquas maris: auesqꝫ multiplicentur super terram. Et factum est vespere, ⁊ mane, dies qntus. Dixit quoqꝫ deus. Producat terra aiaꝫ viuẽtem in genere suo: iumenta, ⁊ reptilia, ⁊ bestias terrę scd̄m species suas. Factumqꝫ est ita. Et fecit deus bestias terrę iuxta species suas: ⁊ iumenta, ⁊ omne reptile terrę, i gener̃ suo. Et vidit deꝰ ꝙ esset bonum: ⁊ ait. Faciamus hominẽ ad imaginem ⁊ similitudinem nostram: ⁊ pręsit piscibus maris, ⁊ volatilibus cęli, ⁊ bestijs, vniuersęque terrę, omniqꝫ reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominẽ ad imaginem ⁊ similitudinem suam: ad imaginem dei creauit illum: masculum ⁊ feminam creauit eos. Benedixitque illis deus: ⁊ ait. Crescite, ⁊ multiplicamini: ⁊ replete terram, ⁊ subijcite eam: ⁊ dominamini piscibus maris, ⁊ volatibus cęli, ⁊ vniuersis animantibus, quę mouentur super terram. Dixitque Deus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram: ⁊ vniuersa ligna quę habent in semetipsis sementeꝫ generis sui: vt sint vobis in escam ⁊ cunctis animãtibus terrę, omnique volucri cęli, ⁊ vniuersis quę mouentur in terra, ⁊ in quibus est anima viuens: vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditque deus cuncta quę fecerat: ⁊ erant valde bona. Et factum est vespere, ⁊ mane dies sextus. Igitur perfecti sunt cęli ⁊ terra, ⁊ omnis ornatus eorum. Compleuitqꝫ deus die septimo opus suum quod fecerat: ⁊ requieuit die septimo ab vniuerso opere

quod

dum genus suũ: bina de omnib⁹ ingredientur tecũ, vt possint viuere. Tolles igitur tecũ ex omnibus escis que mãdi possunt, & cõportabis apud te: & erunt tã tibi quàm illis in cibum. Fecit ergo Noe omnia que preceperat illi Deus. Eratq; sexcentorũ annorũ, quãdo diluuij aque inũdauerũt super terram. Rupti sunt autẽ omnes fontes abyssi magne & cataracte celi aperte sunt: & facta est pluuia super terrã quadraginta diebus & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingressus est Noe, Sem, Cham, & Japheth filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam: ipsi & omne animal secundum genus suũ, vniuersaq; iumenta in genere suo, & omne qd mouetur super terram in genere suo, cunctumq; volàtile secundum genus suum. Porro arca ferebatur super aquas. Et aque preualuerunt nimis super terrã: opertique sunt omnes montes excelsi sub vniuerso celo. Quindecim cubitis fuit altior aqua super mõtes quos operuerat. Cõsumptaque est omnis caro, que mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarũ, omniumq; reptiliũ que reptãt sup terram. Remansit autem solus Noe, & qui cum eo erant, in arca. Obtinueruntq; aque terrã centũ quinquaginta diebus. Recordatus autem dñs Noe, cunctorumq; animantiũ, & omnium iumentorum que erant cũ eo in arca: adduxit spiritum super terrã & imminute sunt aque. Et clausi sunt fontes abyssi, & cataracte celi: & prohibite sũt pluuie de celo. Reuerseque sunt aque de terra euntes & redeuntes: & ceperunt minui post centũ quinquaginta dies. Cumq; transissent quadraginta dies, apèriens Noe fenestrã arce quã fécerat, dimisit coruum. Qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aque super terrã. Emisit quoq; columbam post eũ, vt vidéret si iam cessassent aque super faciem terre. Que cum nõ inueniret vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcã. Aque eniz erãt super vniuersam terram. Extẽditque manũ, & apprehensã intulit in arcam. Expectãtis autẽ vltra septem diebus alijs, rursũ dimisit columbã ex arca. At illa venit ad eũ ad vesperã, portãs ramũ oliue virentibus folijs in ore suo. Intellexit ergo Noe, q cessassent aque super terrã. Expectauitque nihilòminus septẽ diebus alijs: & emisit columbã, que non est vltra reuersa ad eũ. Locutus est autẽ dominus ad Noe dicens. Egrédere de arca tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia que sunt apud te, ex omni carne tã in volatilibus q̃ in bestijs & vniuersis reptilibus que reptant super terram, educ tecum, & ingredimini super terram. Crescite, & multiplicamini super eã. Egressus est ergo Noe

ꝛ filij eius: vxoꝛ illius, ꝛ vxoꝛes filioꝛum eius cum eo. Sed ꝛ omnia animátia, iumenta, ꝛ reptilia quę reptant super terram secundum genus suuz, de arca egressa sunt. Aedificauit autem Noe altare domino: ꝛ tollens de cũctis pecoꝛibus ꝛ volucribus mũdis, obtulit holocausta super altare. Odoꝛatusq́ʒ est dominus odoꝛé suauitatis. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oꝛo.

Deus incõmutabilis virtus, ꝛ lumen ęternum: respice propitius ad totius ecclesię tuę mirabile sacramentum, ꝛ opus salutis humanę, perpetuę dispositionis effectu trãquillius operare: totusq́ʒ mundus experiatur, ꝛ videat: deiecta érigi, inueterata renouari, ꝛ per ipsum redire omnia in integruz, á quo sumpsere pꝛincipium. Per dñm no.

Prophetia tertia.

Gen. 22 In diebus illis: Tentauit deus Abꝛaham, ꝛ dixit ad eum. Abꝛaham. Abꝛaham. At ille respondit. Adsum. Ait illi. Tolle filium tuũ vnigenitũ quẽ diligis Isaac, ꝛ vade in terrã visionis: ꝛ offeres euz ibi in holocaustũ super vnum montiũ, queʒ mõstrauero tibi. Igitur Abꝛahã de nocte consurgens, strauit asinuz suũ: ducens secũ duos iuuenes, ꝛ Isaac filiũ suũ. Cumq́ʒ cõcidisset ligna in holocaustuz: abijt ad locũ quẽ pręceperat ei deus. Die autẽ tertio, eleuatis oculis, vidit locũ pꝛocul: dixitq́ʒ ad pueros suos. Expectate hic cuz asino: ego ꝛ puer illuc vsq́ʒ pꝛoperãtes, postquã adoꝛauérimus, reuertemur ad vos. Tulit quoq́ʒ ligna holocausti, ꝛ imposuit super Isaac filium suum: ipse vero poꝛtabat in manibus ignẽ ꝛ gladiũ. Cumq́ʒ duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce (inquit) ignis ꝛ ligna: vbi est victima holocausti? Dixit Abꝛaham. Deus pꝛouidebit sibi victimã holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter: veneruntq́ʒ ad locũ quẽ ostenderat ei deus: in quo ędificauit altare, ꝛ désuper ligna composuit. Cumq́ʒ colligasset Isaac filiũ suũ, posuit eum in altare super struem lignoꝛũ. Extenditq́ʒ manũ, ꝛ arripuit gladiũ, vt immolaret filiũ suuz. Et ecce angelus dñi de cęlo clamauit dicẽs. Abꝛahã, Abꝛahã. Qui respondit. Adsuz. Dixitq́ʒ ei. Ne extendas manũ tuaz super puerũ: neq́ʒ facies illi quicquã. Nũc cognoui quod timeas deuz: ꝛ nõ pepercisti filio tuo vnigenito pꝛopter me. Leuauit Abꝛaham oculos: viditq́ʒ post tergũ arieteʒ inter vepꝛes, hęrentẽ coꝛnibus: quẽ assúmens obtulit holocaustũ pꝛo filio. Appellauitq́ʒ nomen loci illius, Dominus videt. Unde vsq́ʒ hodie dicitur, In mõte Dñs videbit. Uocauit autem angelus domini Abꝛahã secũdo de cęlo, dicens. Per memetipsuz iuraui, dicit dominus: quia fecisti reʒ hanc, ꝛ nõ pepercisti vnigenito filio tuo ꝓpter me: benedicens benedicaz tibi,

tibi, et multiplicabo semen tuū sicut stellas celi, et velut arenā que est in litore maris. Possidebit semen tuū portas inimicorū suorū: et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre, quia obedisti voci mee. Reuersusqz est Abraham ad pueros suos: abieruntqz Bersabée simul, et habitauit ibi. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus fidelium pater summe: qui in toto orbe terrarum, promissionis tue filios diffusa adoptionis gratia multiplicas, et per paschale sacramentuz, Abraham puerum tuum vniuersarum, sicut iurasti gentium efficis patrem: da populis tuis digne ad gratiam tue vocationis introire. Per dominuz nostrū.

Prophetia quarta.

Ero. In diebus illis: Factum est
14 in vigilia matutina, et ecce respiciēs dñs super castra Aegyptiorū per columnā ignis et nubis, interfecit exercitū eorū: et subuertit rotas curruū, ferebanturqz in profundū. Dixerunt ergo Aegyptij. Fugiamus Israelē: dñs enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dñs ad Moysē. Extende manū tuaz super mare: vt reuertantur aque ad Aegyptios super currus et equites eorum. Cumqz extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locū. Fugiētibusqz Aegyptijs occurrerunt aque: et inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuerseqz sunt aque, et operuerunt currus et equites cūcti exercitus Pharaonis, q sequētes ingressi fuerant mare: nec vnus quidē superfuit ex eis. Filij autē Israel perrexerunt per mediū sicci maris: et aque eis erāt quasi pro muro a dextris et a sinistris. Liberauitqz dñs in die illo Israel de manu Aegyptiorū. Et viderūt Aegyptios mortuos super litus maris, et manuz magnā quā exercuerat dñs contra eos. Timuitque populus dominum: et crediderunt dño, et Moysi seruo eius. Tunc cecinit Moyses, et filij Israel, carmen hoc dño, et dixerunt. Tractus. Cantemus dño: gloriose Exo.
enim honorificatus est: equuz et 15
ascensorez proiecit in mare: adiutor et protector factus est mihi in salutem. ℣. Hic est deus meus, et honorificabo euz: deus patris mei, et exaltabo eum. ℣. Dominus cōterens bella: dominus nomen est illi. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Orō.

Deus, cuius antiqua miracula etiam nostris seculis coruscare sentimus: dum quod vni populo, a persecutione egyptiaca liberādo, dextere tue potentia cōtulisti: id in salutem gentium per aquam regenerationis operaris: presta: vt in Abrahe filios, et in Israeliticam dignitatem, totius mundi transeat plenitudo. Per dominum nostrū.

Prophetia quinta.

Hec est hereditas seruorū Isa.
dñi, et iustitia eorum apud ca.
me, 55

me, dicit dominus. Omnes sitiētes venite ad aquas: ⁊ qui nō habetis argentū, properate, emite, ⁊ comedite. Venite, emite absq; argento, ⁊ absq; vlla cōmutatione vinum ⁊ lac. Quare appenditis argentū non in panibus, ⁊ laborē vestrum nō in saturitate? Audite audientes me, ⁊ comedite bonū: ⁊ delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestrā, ⁊ venite ad me: audite, ⁊ viuet anima vestra: ⁊ feriā vobiscū pactum sempiternū, misericordias Dauid fideles. Ecce testē populis dedi eū, ducē ac pręceptorē gentibus. Ecce, gentē quā nesciebas, vocabis: ⁊ gētes quę nō cognouerūt te, ad te current propter dñm deū tuū, ⁊ sanctum Israel: quia glorificauit te. Querite dñm dum inueniri potest: inuocate eū dum prope est. Derelinquat impius viam suā, ⁊ vir iniquus cogitationes suas: ⁊ reuertatur ad dominū, ⁊ miserebitur eius, ⁊ ad deum nostrū, quoniā multus est ad ignoscendū. Nō enim cogitationes meę, cogitationes vestrę: neque vię meę, vię vestrę, dicit dñs. Quia sicut exaltant̄ cęli à terra: sic exaltatę sunt vię meę à vijs vestris, ⁊ cogitationes meę à cogitationibus vestris. Et quomodo descēdit imber, ⁊ nix de cęlo, ⁊ illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, ⁊ infundit eam, ⁊ germinare eam facit, ⁊ dat semen serenti, ⁊ panem comedenti. Sic erit verbum meū quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quęcunq; volui, ⁊ prosperabitur in his ad quę misi illud: dicit dominus omnipotēs. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotēs sempiterne Deus, multiplica in honorem nominis tui quod patrū fidei spopondisti: ⁊ promissionis filios sacra adoptione dilata: vt, quod priores sancti non dubitauerūt futurum, ecclesia tua iam ex parte cognoscat impletū. Per do.

Prophetia sexta.

Audi Israel mandata vitę: auribus percipe, vt scias prudentiam. Quid est Israel: ꝙ in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cū mortuis: deputatus es cū descendentibus in infernum. Dereliquisti fontē sapiētię. Nā si in via dei ambulasses, habitasses vtiq; in pace sup terrā. Disce vbi sit sapiētia, vbi sit virtus, vbi sit prudentia, vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit lōgiturnitas vitę ⁊ victus, vbi sit lumē oculorū ⁊ pax. Quis inuenit locū eius? Et quis introiuit in thesauros eius? Vbi sunt principes gentiū, ⁊ qui dominātur super bestias q̄ sunt super terrā? Qui in auibus cęli ludunt, qui argentū thesaurizant, ⁊ aurum in quo confidūt homines: ⁊ non est finis acquisitionis eorū? Qui argentū fabricant, ⁊ soliciti sunt: nec est inuentio operam illorū? Exterminati sunt, ⁊ ad inferos descenderunt:

Baruc. ca. 3

⁊ alij

ꝛ alij in locum eorū surrexerūt. Juuenes viderunt lumen: ꝛ habitauerunt super terram. Uiam autem discipline nescierūt, neqꝫ intellexerunt semitas eius, neqꝫ susceperunt eam filij eorū. A facie eorū lōge facta est. Nō est audita in Canaan: neqꝫ visa est in Theman. Filij quoqꝫ Agar, qui exquirunt prudentiā que de terra est, negociatores terre, ꝛ Theman: ꝛ fabulatores, ꝛ exquisitores prudentie ꝛ intelligentie: viā autē sapientie nescierunt: neqꝫ meminerūt semitarū eius. O Israel, quàm magna est domus dei ꝛ ingens locus possessionis eius? Magnus, ꝛ non habet consūmationē: excelsus ꝛ immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt, statura magna, sciētes bellū. Nō hos elegit dñs: neqꝫ viā discipline dedit illis: propterea perierūt. Et quoniā nō habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiā. Quis ascendit in celum, ꝛ accepit eam, ꝛ eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, ꝛ inuēnit eā, ꝛ attulit eā super aurū electum? Non est, qui sciat viam eius, neqꝫ qui excogitet semitas eius. Sed qui scit vniuersa, nouit illam: ꝛ adinuēnit eā prudentia sua. Qui perfecit terram in sempiterno tempore: ꝛ adimpleuit eā pecudibus. Uocauitqꝫ eā: ꝛ obaudiuit eū in tremore. Stelle aūt dederunt lumē in custodijs suis, ꝛ letate sunt. Uocate sunt, ꝛ dixerunt, adsumus. Et luxerūt ei cū iucūditate, q fecit illas. Hic est deus noster: ꝛ non estimabitur alius ad eū. Hic adinuēnit omnem viam discipline: ꝛ dedit illā Jacob puero suo, ꝛ Israel dilecto suo. Post hec super terram visus est: ꝛ cum hominibus conuersatus est. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oro.

Deus, qui ecclesiam tuam semper gentium vocatione multiplicas: concede propitius: vt, quos aqua baptismatis abluis, continua protectione tuearis. Per dñm nostrum.

Prophetia septima.

In diebus illis: Facta est super me manus domini, ꝛ eduxit me in spiritu domini: ꝛ dimisit me in medio cāpi qui erat plenus ossibꝰ: ꝛ circūduxit me per ea in gyrū. Erāt autē multa valde super faciē campi, siccaqꝫ vehementer. Et dixit ad me. Fili hominis, putās ne viuēt ossa ista? Et dixit Dñe deus, tu nosti. Et dixit ad me. Uaticinare de ossibꝰ istis: ꝛ dices eis. Ossa arida audite verbū dñi. Hec dicit dominꝰ deus ossibus his. Ecce ego intromittā in vos spiritū. Et viuetis: ꝛ dabo super vos neruos, ꝛ succrescere faciā super vos carnes, ꝛ superextendā in vobis cutē: ꝛ dabo vobis spiritū, ꝛ viuetis: ꝛ scietis q̄a ego dñs. Et prophetaui sicut pceperat mihi. Factus est aūt sonitus prophetāte me, ꝛ ecce cōmotio. Et accesserunt ossa ad ossa: vnūquodqꝫ ad iuncturam suā. Et vidi: ꝛ ecce su-

Eze. 37

per ea nerui, et carnes ascẽderũt: et extenta est in eis cutis desuper: et spiritum nõ habebãt. Et dixit ad me. Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis, et dices ad spiritũ. Hec dicit dñs deus. A quatuor ventis veni spiritus, et insuffla super interfectos istos, et reuiuiscant. Et prophetaui, sicut preceperat mihi. Et ingressus est in ea spiritus, et vixerũt: et steterũt super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hominis, ossa hec vniuersa, domus Israel est. Ipsi dicũt: aruerunt ossa nostra, periit spes nostra, et abscissi sumus. Propterea vaticinare, et dices ad eos. Hec dicit dñs deus. Ecce ego aperiam tumulos vestros, et educam vos de sepulcris vestris populus meus: et inducã vos in terrã Israel. Et scietis, quia ego dñs, cũ aperuero sepulcra vestra, et eduxero vos de tumulis vestris popule meus: et dedero spiritũ meum in vobis, et vixeritis: et requiescere vos faciam super humũ vestrã, dicit dñs oĩpotẽs. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus, qui nos ad celebrandum paschale sacramentum vtriusque testamenti paginis instruis: da nobis intelligere misericordiam tuam: vt ex perceptione presentium munerũ, firma sit expectatio futurorum. Per do.

Prophetia octaua.

Isa. 4 Apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, vestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur nomẽ tuũ super nos: aufer opprobrium nostrum. In die illa erit germẽ domini in magnificentia, et in gloria: et fructus terre sublimis: et exultatio his qui saluati fuerint de Israel. Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Hierusalem: sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in hierusalem. Si abluerit dominus sordes filiarũ Sion: et sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicii et spiritu ardoris. Et creauit dominus deus super omnem locum montis Sion, et vbi inuocatus est, nubem per diem, et fumum, et splendorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriã protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculũ diei ab estu: et in securitatem et abscõsionẽ à turbine et à pluuia. Tractus. Vinea facta est dilecto in

Isa. 5 cornu, in loco vberi. ℣. Et maceriam circũdedit, et circũfodit: et plantauit vineam Sorec, et edificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim domini sabaoth, domus Israel est. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus, qui in omnibus ecclesie tue filiis, sanctorum prophetarum voce manifestasti, in omni loco dominationis tue, satorem te bonorum seminum, et electorum palmitum esse cultõrem: tribue, quesumus, populis

tuis: qui & vinearum apud te nomine censentur & segetum: vt, spinarum & tribulorum squalore resecato, digna efficiantur fruge fecundi. Per dominum nostrũ.

Prophetia nona.

In diebus illis: Dixit dominus ad Moysen & Aaron in terra Aegypti. Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cętũ filiorum Israel, & dicite eis. Decima die mẽsis huius, tollat vnusquisque agnũ per familias & domos suas. Sin autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum: assumet vicinũ suũ qui iũctus est domui suę, iuxta numerũ animarũ quę sufficere possũt ad esum agni. Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hędũ. Et seruabitis eum vsque ad quartãdecimã diem mẽsis huius. Immolabitque eum vniuersa multitudo filiorũ Israel ad vesperã. Et sument de sanguine eius: ac ponent super vtrunque postem, & in superliminaribus domorũ, in quibus cõmedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni: & azymos panes, cum lactucis agrestibus. Non cõmedetis ex eo crudum quid, nec coctũ aqua: sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis: & os eius non confringetis. Nec remanebit ex eo quicquam vsque mane. Siquid residuum fuerit, igni comburetis. Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis: & calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus: & comedetis festinanter. Est enim phase (id est transitus) domini. Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oro.

Exo. 12

Omnipotẽs sempiterne deus, qui in omniũ operũ tuorum dispensatione mirabilis es: intelligant redẽpti tui, nõ fuisse excellentius, quòd initio factus est mundus, quàm quòd in fine seculorũ pascha nostrũ immolatus est Christus. Qui tecũ viuit & regnat in vnitate.

Prophetia decima.

In diebus illis. Factum est verbum domini ad Jonam prophetã secũdo, dicẽs. Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnã: & prędica in ea prędicationẽ quã ego loquar ad te. Et surrexit Jonas, & abijt in Niniuẽ iuxta verbũ domini. Et Niniue erat ciuitas magna itinere dierũ triũ. Et cępit Jonas introire ciuitatẽ itinere diei vnius: & clamauit, & dixit. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Et crediderũt viri Niniuitę in domino: & prędicauerunt ieiuniũ, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem. Et peruẽnit verbũ ad regẽ Niniue: & surrexit de solio suo, & abiecit vestimẽtũ suũ à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principũ eius, dicens. Homines, & iumenta, & boues, & pecora nõ gustẽt quicquã, nec pascãtur, & aquã nõ bibant. Et operiãtur

Jonę. 3

saccis homines ꝛ iumenta, ꝛ clament ad dominum in fortitudine: ꝛ cõuertatur vir a via sua mala, ꝛ ab iniquitate q̃ est in manibus eorum. Quis scit si cõuertatur, ꝛ ignoscat deus: ꝛ reuertatur a furore ire sue, ꝛ non peribimus? Et vidit deus opera eorũ quia cõuersi sunt de via sua mala: ꝛ misertus est populo suo, dominus deus noster. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus, qui diuersitatem gentiũ in confessione tui nominis adunasti: da nobis ꝛ velle ꝛ posse q̃ precipis: vt populo ad eternitatẽ vocato, vna sit fides mentiũ, ꝛ pietas actionũ. Per dñm.

Prophetia vndecima.

Deu. 31 In diebus illis. Scripsit Moyses canticũ: ꝛ docuit filios Israel. Precepitqꝫ dñs Josue filio Nun: ꝛ ait. Cõfortare, ꝛ esto robustus. Tu enim introduces filios Israel in terrã quã pollicitus sum eis: ꝛ ego ero tecum. Postquã ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atqꝫ cõpleuit: precepit leuitis qui portabant arcaꝫ federis domini dicens. Tollite librum istũ, ꝛ ponite euꝫ in latere arce federis domini dei vestri: vt sit ibi cõtra te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuam: ꝛ ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me ꝛ ingrediẽte vobiscuꝫ, semper cõtentiose egistis contra dominum: quanto magis cum mortuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atqꝫ doctores: ꝛ loquar audientibus eis sermones istos: ꝛ inuocabo contra eos celum, ꝛ terram. Noui enim quod post mortem meam inique agetis: ꝛ declinabitis cito de via quaꝫ precepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tempore: quando feceritis malum in conspectu domini, vt irritetis eum per opera manuum vestraruꝫ. Locutus est ergo Moyses, audiente vniuerso cetu filiorum Israel verba carminis huius: ꝛ ad finem vsqꝫ compleuit. Tractus. Attende celum, ꝛ loquar: ꝛ audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectet sicut pluuia eloquium meũ: ꝛ descendãt sicut ros verba mea. ℣. Sicut imber super gramen: ꝛ sicut nix super fenuꝫ: ꝛ nomen domini inuocabo. ℣. Date magnitudinem deo nostro: deus vera opera eius, ꝛ omnes vie eius iudicia. ℣. Deus fidelis, in quo nõ est iniquitas: iustus ꝛ sanctus dominus. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio. Deu. 32

Deus celsitudo humilium, ꝛ fortitudo rectorum: qui per sanctum Moysẽ puerum tuum, ita erudire populum tuum sacri carminis tui decantatione voluisti: vt illa legis iteratio fieret etiam nostra directio: excita in omnem iustificatarum gentiũ plenitudinem potentiam tuam, ꝛ da letitiam mitigando terrorem: vt omnium peccatis tua remissione deletis: quod denunciatum est in vltionem, transeat

in salutem. Per dominum no.

Prophetia duodecima.

Dan. 3 In diebus illis. Nabuchodonosor rex fecit statuam aureã, altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorũ sex: & statuit eã in campo Dura prouincię Babylonis. Itaq̃ Nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas, magistratus, & iudices: duces & tyrannos: optimates & pręfectos, oẽsq̃ principes regionũ: vt conuenirent ad dedicationẽ statuę, quã erexerat Nabuchodonosor rex. Tũc cõgregati sũt satrapę, magistratus & iudices, duces & tyranni, & optimates qui erant in potestatibus cõstituti, & vniuersi principes regionũ: vt cõuenirent ad dedicationem statuę quã erexerat Nabuchodonosor rex. Stabant autem in cõspectu statuę quam posuerat Nabuchodonosor rex: & preco clamabat valenter. Vobis dicit populis, tribubus, & linguis. In hora qua audieritis sonitũ tubę, & fistulę, & citharę, sambucę, & psalterij, & symphonię, & vniuersi generis musicorum: cadentes adorate statuam auream quã cõstituit Nabuchodonosor rex. Siquis autẽ nõ prostratus adorauerit, eadẽ hora mittetur in fornacẽ ignis ardentis. Post hęc igit statim vt audierunt omnes populi sonitum tubę, fistulę, & citharę, sambucę, & psalterij, & symphonię, & omnis generis musicorũ: cadentes oẽs populi, tribus, & linguę adorauerunt statuã aureã quam constituerat Nabuchodonosor rex. Statimq̃ in ipso tempore accedẽtes viri Chaldei accusauerunt Iudęos, dixeruntq̃ Nabuchodonosor regi. Rex in ęternũ viue. Tu rex posuisti decretũ: vt oĩs homo qui audierit sonitũ tubę, fistulę & citharę, sambucę, & psalterij, & symphonię, & oĩs generis musicorũ, prosternat se, & adoret statuã auream. Siquis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacẽ ignis ardentis. Sunt ergo viri Iudęi, quos cõstituisti super opera regionis Babylonię, Sidrach, Misach, & Abdenago. Viri isti cõtempserunt rex decretũ tuũ: deos tuos non colunt, & statuã aureã quam erexisti nõ adorãt. Tũc Nabuchodonosor rex in furore & ira pcepit, vt adducerent Sidrach, Misach, & Abdenago: q cõfestim adducti sunt in cõspectu regis. Pronũciãsq̃ Nabuchodonosor rex, ait eis. Verene Sidrach, Misach, & Abdenago deos meos non colitis, & statuã aureã quã cõstitui, nõ adoratis? Nũc ergo si estis parati, quacunq̃ hora audieritis sonitum tubę, fistulę, citharę, sambucę, & psalterij, & symphonię, omnisq̃ generis musicorum, prosternite vos, & adorate statuã quam feci. Quod si non adorauẽritis, eadẽ hora mittemini in fornacẽ ignis ardentis. Et quis est deus, qui eripiat vos de manu mea? Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerũt Nabuchodonosor

donosor regi. Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim deus noster quez colimus, potest nos eripere de camino ignis ardentis, ꝛ de manibus tuis, o rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex: quia deos tuos non colimus, ꝛ statuaz auream, quam erexisti, non adoramus. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: ꝛ aspectus faciei illius immutatus est sup Sidrach, Misach, ꝛ Abdenago. Et precepit vt succenderetur fornax septuplū, q̄z succendi consueuerat. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit: vt ligatis pedib⁹ sydrach, Misach, ꝛ Abdenago, mitterēt eos in fornacem ignis ardentis. Et cōfestim viri illi vincti cū bracis suis, ꝛ tiaris, ꝛ calceamentis, ꝛ vestibus missi sunt in medium fornacis ignis ardētis. Nā iussio regis vrgebat. Fornax autē succensa erat nimis. Porro viros illos qui miserant Sidrach, Misach, ꝛ Abdenago, interfecit flāma ignis. Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach, ꝛ Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati. Et ambulabāt i medio flāme laudātes deū, ꝛ benedicētes dn̄o. Hic nō dicit Flectamus genua. Oro.

Omnipotens sempiterne Deus, spes vnica mundi, qui prophetarū tuorū preconio presētiū tēporū declarasti mysteria: auge populi tui vota placatus: q̄a in nullo fideliū nisi ex tua inspiratione proueniūt quarūlibet incremēta virtutū. Per do.

His expletis, si Ecclesia habuerit fontem baptismalem, sacerdos benedicturus fontem, accipit pluuiale violaceū, ꝛ procedit vsq̄z ad fontē, precedentibus ministris cū cruce, ꝛ cereo bn̄dicto accenso. Interea, duz descendit ad fontē, cātat seq̄ns Tractus.

Sicut ceruus desiderat ad fontem aquarū: ita desiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deū fontez viuū: quādo veniā, ꝛ apparebo ante faciē dei? ℣. Fuerunt mihi lacryme mee panes dies ac nocte: duz dicit mihi p singulos dies, vbi est deus tuus? psal. 41

Deinde sacerdos antequā intret ad benedictionez fontis, dicat hanc orationem ibi iuxta fontē. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spū tuo. Oremus.

Omnipotēs sempiterne deus, respice propiti⁹ ad deuotionē populi renascentis, qui, sicut ceruus, aquarū tuarū expetit fontē: ꝛ cōcede propitius: vt fidei ipsius sitis, baptismatis mysterio aiam corpusq̄z sanctificet. Per dn̄m. ℟. Amen. Postea procedit ad bn̄dictionez fontis, dicēs ℣. Dn̄s vobiscuz. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oro.


Omnipotēs sempiterne deus, adesto magne pietatis tue mysterijs, adesto sacramentis: ꝛ ad recreādos nouos populos quos tibi fons baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte: vt quod nostre humilitatis gerendū est ministerio, virtutis

tis

tis tuę impleatur effectu. Per dñm nrm Jesuz christũ filiũ tuũ, qui tecũ viuit ⁊ re. Eleuãs vocẽ in modũ Prefationis prosequit.



P Er omnia secula seculo-



rũ. ℟. Amen. ℣. Dñs vo-



biscuz. ℟. Et cũ spiritu tuo.



℣. Sursuz corda. ℟. Habe-



mus ad dominũ. ℣. Gratias



agamus domino deo nostro.



℟. Dignum ⁊ iustum est.




V ere dignũ ⁊ iustũ est, equum



⁊ salutare: nos tibi semper ⁊



vbiqz gratias agere, domine



sancte, pater omnipotẽs, eter-




ne deus. Qui inuisibili poten-



tia sacramẽtorũ tuorũ mira-




biliter operaris effectum.



Et licet nos tãtis mysteriis exe-




quendis simus indigni: tu ta-





men gratię tuę dona nõ dese-

rens


rēs, etiā ad preces nostras au-


res tuę pietatis inclinas. Deus,

cuius spiritus super aquas,

inter ipsa mūdi primordia fe-

rebat: vt iā tūc virtutē san-


ctificationis aquarū natura

conciperet. Deus, qui nocen-

tis mūdi crimina per aquas

abluens, regenerationis spe-



ciem in ipsa diluuij effu-

sione signasti: vt vnius e-

iusdemq; elementi mysterio,

⁊ finis esset vitijs, ⁊ origo

virtutibus. Respice domine

in faciem ecclesię tuę, ⁊ mul-


tiplica in ea regenerationes

tuas, qui gratię tuę affluen-

tis impetu lętificas ciuitatē


tuaz, fontemq́z baptismatis ga-
peris toto orbe terrarũz gẽti-
bus innouãdis: vt tue maiesta-
tis imperio, sumat vnigeniti
tui gratiam de spiritu sancto.

Sacerdos diuidit aquã manu in modum crucis, dicẽs.


Qui hãc aquã re-
generãdis hominibus prepa-
ratam, arcana sui numinis ad-
mistione fecundet: vt sanctifi-
catione concepta, ab imma-
culato diuini fontis vtero, in
nouã renata creaturam, pro-
genies celestis emergat. Et
quos aut sexus in corpore, aut
etas discernit in tẽpore, omnes
in vnã pariat gratiam mater
infantiaz. Procul ergo hinc
iubente te dñe, omnis spiri-
tus


tus imūdus abscedat: procul


tota neqtia diabolicę fraudis



absistat. Nihil hic loci habeat


contrarię virtutis admistio:


non insidiando circuuolet:


non latendo surrepat: non in-



ficiendo corrumpat.
Aquā manu tāgit.



Sit hęc sancta ⁊ innocens



creatura: libera ab omni im-


pugnatoris incursu: ⁊ totius


nequitię purgata discessu.


Sit fons viuus: aqua rege-


nerans, vnda purificans:


vt omnes, hoc lauacro salu-


tifero diluendi, operante


in eis spiritu sancto, perfe-



ctę purgationis indulgen-


tiam cōsequantur.
Facit cru ces supra fontem dicens.

Un-



Unde bene ✠ dico te crea-




tura aquę: per deū ✠ viuū:



per deuz ✠ veruz: per deuz




✠ sanctuz: per deuz, qui te



in pꝛincipio, verbo separauit



ab árida: cuius spiritus super




te ferebatur.


Diuidit aquā ⁊ effundit in quátuoꝛ mundi ptes dicēs.




Qui te de paradisi fonte ma-



nare fecit, ⁊ in q̄tuoꝛ flumini-



bus diuidēs, totaz terrā rigā-



re pꝛęcepit. Qui te in desérto




amáram suauitate indita fecit



esse potábilez, ⁊ sitienti popu-




lo de petra pꝛoduxit. Bene ✠



dico te ⁊ per Jesuz Chꝛistū fi-



liuz eius vnicū dn̄m nostrū: q



te in Chana Galileę signo ad



mirabili, sua poténtia cōuértit.

in

in vinū. Qui pédib⁹ sup te am-
bulāuit, ꝛ a Joáne in Jordá-
ne in te baptizátus est. Qui te
vna cū sanguine de látere suo
ꝑduxit, ꝛ discipulis suis iussit,
vt credētes baptizarent̄ in te,
dicens. Ite, docéte oés gētes,
baptizántes eos, In nómine
patris, ꝛ filij, ꝛ spiritus sancti.

Mutat vocem, ꝛ prosequitur in modum lectiónis.

Hec nobis precepta seruā-
tibus, tu deus omnipotēs.
clemēs adesto: tu benignus ad-
spira. Halat ter in aquā in mo-
dū crucis, dicēs. Tu has simpli-
ces aquas tuo ore bñdicito: vt ꝑ-
ter naturalē emūdationē, quā la-
uādis possunt adhibére corpib⁹,
sint etiā purificādis mentibus ef-
ficaces. Hic sacerdos ponit ce-
reū parum intus in aquā: ꝛ resu-
mens tonum prefationis dicit.

Descéndat in hāc plenitudinē
fontis virtus spiritus sancti.

Deinde extractū cereū de aqua
iterū, ꝓfundius mergit, aliquāto
altius repetēs, Descēdat in hāc.
Postea extractū rursus cereū de
aqua, tertio immergens vsq; ad
fūdū, altiori adhuc voce repetit,
Descēdat, vt supra. Et deinde
sufflās ter in aquā, ꝓsequitur.

Totamque huius aque
substantiam regenerandi

fe-



fęcundet esse cru.

Hic tollitur cereus de aqua, ⁊ psequit.



Hic, omnium pec-



catorum macule deleantur:



hic, natura ad imaginez tuaz



condita, ⁊ ad honorez sui refor-



mata principij, cunctis vetu-



statis squaloribus emunde-



tur: vt omnis homo sacramẽ-



tũ hoc regenerationis ingres-

M. N. R.



sus, in verę innocentię no-



uam infantiam renascatur.

Sequentia dicit legendo. Per dñm nrm Jesũ christũ filiũ tuuz, q vẽtur⁹ est iudicar̃ viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculũ p ignẽ. ℟. Amẽ. Deinde per assistentes sacerdotes spargitur de ipsa aqua benedicta super populũ. Et interim vnus ex ministris ecclesię, accipit in vase aliquo de eadez aqua, ad spargendum in domibus, ⁊ alijs locis. His peractis sacerdos qui benedixit fontez, infundit de oleo Catechumenorum in aquã, in moduz crucis, intelligibili voce dicẽs. Sanctificetur ⁊ fęcundetur fons iste oleo salutis renascentibus ex eo, in vitã ęternam. ℟. Amen. Deinde infundit de Chrismate, modo quo supra, dicẽs. Infusio Chrismatis domini nostri Jesu Christi, ⁊ spiritus sancti paracliti, fiat in nomine sãctę Trinitatis. ℟. Amen. Postea accipit ambas ampullas dicti olei sancti ⁊ chrismatis, ⁊ de vtroqz simul in modũ crucis infundẽdo dicit. Cõmistio chrismatis scificationis, ⁊ olei vnctionis, ⁊ aquę baptismatis, pariter fiat, in nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti. ℟. Amẽ. Tunc miscet ipsum oleum cum

aqua, & spargit cum manu sua per omnem fontem. Si aderunt baptizandi, baptizat, more consueto. Deinde dicitur litanie. Postea rediēs, preparat se pro Missa sollenniter celebranda.

¶ Ubi vero nō sunt fontes baptismales, finita vltima prophetia cū sua oratione, celebrans casula deposita, cum ministris ante altare procūbit: & aliis oībus genuflexis, cantetur Litanie in medio chori a duobus cātoribus, vtroqz choro idez simul respōdēte. Cum autez peruentum fuerit ad illud. Peccatores, te rogamus, audi nos. Sacerdos & ministri ad sacrarium redeunt, & induūtur vestib⁹ albi coloris: interim accendātur luminaria circa altare. In fine Litaniarū, cātantur sollēniter Kyrie eleisō. & replicantur, vt in missa moris est.




Kyrie eleison. Christe ele-



ison. Christe audi nos.




Christe exaudi nos. Pater de



celis, deus, miserere nobis.




Fili redēptor mūdi, deus, mi-




serere nobis. Spiritus sācte,



deus, miserere nobis. Sācta



Trinitas vn⁹ de⁹: miserere no-



bis. Sctā Maria: ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta virgo virginum, ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes sancti angeli & archangeli, orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines, orate.
Sancte Joannes baptista ora.
Omnes sancti patriarche & prophete, orate pro nobis.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Joannes ora.
Omnes sancti apostoli & euangeliste, orate pro nobis.
Oēs sancti discipuli dñi, orate.
Sancte

Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Vincenti ora.
Omnes sancti Martyres, orate pro nobis.
Sancte Syluester ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Augustine ora.
Sancte Hieronyme ora.
Sancte Ambrosi ora.
Omnes sancti pontifices & cōfessores, orate pro nobis.
Omnes sancti doctores, orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Francisce ora.
Omnes sancti sacerdotes & leuitę, orate pro nobis.
Omnes sancti Monachi & Eremitę, orate pro nobis.
Sctā Maria Magdalena, ora.
Sancta Agnes ora.
Sancta Agatha ora.
Sancta Anastasia ora.
Omnes sanctę virgines & viduę, orate pro nobis.
Omnes sancti & sanctę Dei, intercédite pro nobis.

Propitius esto: pce nobis dn̄e.
Propitius esto, exaudi nos dn̄e.
Ab omni malo libera nos dn̄e.
Ab oi peccato, libera nos dn̄e.
A morte perpetua, libera nos.
Per mysterium sanctę incarnationis tuę, libera nos dn̄e.
Per aduentum tuum, libera.
Per natiuitatē tuā, libera nos.
Per baptismū & sanctum ieiunium tuum, libera nos dn̄e.
Per crucē & passionem tuam, libera nos domine.
Per mortē & sepulturam tuā, libera nos domine.
Per sanctam resurrectionem tuam, libera nos domine.
Per admirabilem ascensionem tuam, libera nos domine.
Per aduentum spiritus sancti paracleti, libera nos domine.
In die iudicij, libera nos dn̄e.

Pctóres, te rogamus audi nos.

Vt nobis pcas, te rog. au. nos.
Vt ecclesiā tuā sanctam regere & cōseruare digneris, te roga.
Vt domnum apostolicū & omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione cōseruare digneris, te rogamus audi nos.
Vt inimicos sanctę Ecclesię humiliare digneris, te roga. au.
Vt regibus & principibus christianis pacem & verā concordiā donare digneris: te rog.
Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare & conseruare digneris: te roga. audi.
Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas: te rogamus audi nos.
Vt fructus terrę dare & conseruare digneris: te roga. audi.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem eternam donare digneris: te rogamus audi.
Ut nos exaudire digneris: te ro.

Agnus Dei, qui tollis peccata

mundi: parce nobis domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos. Hic cantores sollemniter incipiunt Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie eleiso. ter singula repetūtur. Interim procedēs sacerdos cū ministris indutis paramentis albis de sacrario, cum thuriferarijs, et duobus acoluthis cereos accensos deferētibus, accedit ad altare, et facit cōfessionem vt moris est in loco cōsueto: deinde ascendens, osculatur altare, incēsat more solito, et finitis a choro Kyrie elei, incipit solēniter Gloria in excelsis Deo. et pulsantur campane. Quo finito dicit Dns vobiscū. R. Et cum spū tuo. Oremus.

Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria Dñice resurrectionis illustras: cōserua in noua familie tue ꝓgenie adoptionis spiritū quem dedisti: vt corpore et mēte renouati, purā tibi exhibeāt seruitutē. Per dominum no. in vnitate eiusdem.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Collossenses.

Fratres: Si consurrexistis cū Christo: q̄ sursum sunt q̄rite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Que sursum sunt sapite: non q̄ super terrā. Mortui enim estis: et vita vestra abscōdita est cū Christo in Deo. Cū aūt Christus apparuerit vita vestra: tūc et vos apparebitis cum ipso in gloria. ca. 3

Finita epistola celebrans versus populum incipit.

Alle lu ia.

Et totum decantat ter, eleuando vocem gradatim: et Chorus post qualibet vicem, in eadē voce repetit illud idē. Postea i choro prosequit V. Cōfitemini dño quoniā bonus: quoniā in seculū misericordia eius. Deinde dicit Tract⁹. Laudate dñm omnes gentes, et collaudate eum omnes populi. V. Quoniā ꝯfirmata est sup nos misericordia eius, et veritas domini manet in eternum. Non portantur candelabra cū cereis ad Euangeliū: sed tantū incensum: et petitur benedictio. Seq. san. euag. scdm Matthęū.

Vespere autem sabbati, que lucescit in prima sabbati: venit Maria Magdalene, et altera Maria videre sepulcrum. Et ecce, terremotus factus est ma-

magnus. Angelus enim domi-
ni descendit de celo: et accedens,
reuoluit lapidem, et sedebat sup
eũ. Erat aũt aspectus eius, sicut
fulgur: et vestimentuz eius, sicut
nix. Pre timore aũt eius, exterri-
ti sunt custodes: et facti sũt velut
mortui. Rñdens autẽ angelus,
dixit mulieribus. Nolite timere
vos. Scio enim ꝙ Jesuz, qui cru
cifixus est, queritis. Non est hic.
Surrexit enim, sicut dixit. Veni-
te, et videte locũ, vbi positus erat
dñs. Et cito eũtes dicite discipu
lis eius qꝛ surrexit. Et ecce, prece
det vos in Galileã. Ibi eũ vide-
bitis. Ecce, pdixi vobis. Nõ dr
Credo. sed finito Euãgelio di-
cit sacerdos, Dñs vobiscuz. ℟.
Et cũ spiritu tuo. et postea, Ore
mus. Nõ dicit Offerto. Secre.

Suscipe domine, qsumus,
preces populi tui, cuz obla
tionibus hostiarũ: vt paschalibꝰ
initiata mysterijs, ad eternitatis
nobis medelã te operante profi-
ciant. Per dominũ. Prefatio.

Per omnia secula seculorũ. ℟.


Amẽ. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ

spiritu tuo. Sursũ corda. ℟.

M. N. R.



Habemus ad dñz. Gratias a-




ga mus dño deo nostro.




℟. Dignum et iustum est.




Vere dignũ et iustũ est, equuz



et salutare: Te qdez dñe om-




ni tempore, sed in hac potissi-



mũ nocte gloriosius pdicare,



cuz pascha nrm imolatus est



xps. Ipse eniz verꝰ est agnus,

qui abstulit peccata mūdi. Qui

morté nr̄az moriédo destruxit,

⁊ vi tá resurgédo reparauit.

Et ideo, cū angelis ⁊ archan-

gelis, cū thronis ⁊ dominatio-

nib⁹, cūq₃ omni militia cęle-

stis exercitus, hymnū glorię

tuę canim⁹, si ne fine dicétes.

Infra actionem.

Communicantes, ⁊ noctez sacratissimam celebrantes resurrectionis domini nostri Iesu Christi secunduz carnem, sed ⁊ memoriam venerantes, ⁊c.

Alia infra actionem.

Hanc igitur oblationez seruitutis nostrę, sed ⁊ cunctę familię tuę, quaz tibi offerimus: pro his quoq₃ quos regenerare dignatus es ex aqua ⁊ spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatoruz, quęsumus domine, vt placatus accipias ⁊c. Dicitur, Pax domini sit semper vobiscum: sed pacis osculuz nō datur: nec Agnus Dei, nec Postcōmunio, dicuntur. Post sumptionem sacramenti, pro vesperis in Choro cantatur Añā. Alleluia, alleluia, alleluia. ⁊ psal. Laudate dominuz omnes gentes: post quem repetitur eadem Antiphona. Non dicitur Capitulū, nec Hymnus, nec Versus: sed statim, sacerdos cantu incipit Añam ad Magnificat:

Vespere autem sab bati,


Deinde prosequitur chorus: quę lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, ⁊ altera Maria, videre sepulcrū, alleluia. Deinde cantatur Magnificat: ⁊ replicata Antipho. sacerdos dicit Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Spiritū nobis, domine, tuę charitatis infūde: vt, quos sacramētis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes.

Per

Per dominum. in vnitate eiusdem spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen. Deinde dicit Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Postea Diaconus cantat.



Ite missa est: Alleluia,



Alle luia.

℟. Deo gratias, Alleluia, allia.

Sacerdos cum ingreditur ad altare, signans se signo crucis, clara voce dicit.



In nomine patris ꝛ filij ꝛ spūs sancti, Amen. Deinde iunctis manib⁹ ante pectus dicit ℣. Introibo ad altare Dei. ℟. Ad deū qui lętificat iuuentutē meā. Postea alternatiȝ cū ministris dicit sequentē Psalmuȝ.

Iudica me deus, ꝛ discerne causam meaȝ de gente nō sancta: ab hoie iniquo ꝛ doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti? ꝛ quare tristis incedo duȝ affligit me inimicus? Emitte lucem tuam, ꝛ veritatem tuam: ipsa me deduxerunt ꝛ adduxerunt in montem sanctuȝ tuum, ꝛ in tabernacula tua. Et itroibo ad altare dei: ad deū qui lętificat iuuentutem meam. Cōfitebor tibi in cithara deus Deus meus: quare tristis es anima mea? ꝛ quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei ꝛ Deus meus. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sācto. Sicut. In missis mortuorum, ꝛ a Dominica de passione vsqȝ ad Sabbatum sanctum exclusiue omittitur prefatus Psalmus, ꝛ post In nomine patris, statim dicitur vt sequitur. ℣. Introibo ad altare dei. ℟. Ad deū qui lętificat iuuentutem meam. Signat se dicens ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlū ꝛ terram. Deinde iunctis manibus inclinatus facit cōfessionē.

Confiteor deo omnipotenti, beatę Marię semper virgini, beato Michaeli archāgelo, beato Joanni Baptistę, sanctis apostolis Petro, ꝛ Paulo, omnibus sanctis, ꝛ vobis, fratres: quia peccaui nimis cogitatione, verbo, ꝛ opere, percutit sibi pectus dicens mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper virginem, beatum Michaelem archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos apostolos Petrum ꝛ Paulum, omnes sanctos, ꝛ vos, fratres, orare pro me ad dominum Deum nostrum.

Ministri respondent.

Misereatur tui omnipotēs deus, ꝛ dimissis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitā ęternā. Sacerdos dicit, amē. Deinde ministri repetūt Cōfessionē: ꝛ vbi a sacerdote dicebat

donosor regi. Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim deus noster quez colimus, potest nos eripere de camino ignis ardentis, et de manibus tuis, o rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex: quia deos tuos non colimus, et statuaz auream, quam erexisti, non adoramus. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: et aspectus faciei illius imutatus est sup Sidrach, Misach, et Abdenago. Et precepit vt succederetur fornax septuplu, q̃z succendi consueuerat. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit: vt ligatis pedib⁹ sydrach, Misach, et Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et cofestim viri illi vincti cu͂ braccis suis, et tiaris, et calceamentis, et vestibus missi sunt in medium fornacis ignis ardetis. Nam iussio regis vrgebat. Fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos qui miserant Sidrach, Misach, et Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach, et Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati. Et ambulabat i medio flamme laudantes deu͂, et benedicetes dn̄o. Hic nõ dicit Flectamus genua. Orō.

Omnipotens sempiterne Deus, spes vnica mundi, qui prophetaru͂ tuoru͂ preconio presentiu͂ tepoꝛu͂ declarasti mysteria: auge populi tui vota placatus: qa in nullo fideliu͂ nisi ex tua inspiratione proueniu͂t quaru͂libet incremeta virtutu͂. Per do.

His expletis, si Ecclesia habuerit fontem baptismalem, sacerdos benedicturus fontem, accipit pluuiale violaceu͂, et procedit vsq3 ad fonte, precedentibus ministris cu͂ cruce, et cereo bn̄dicto accenso. Interea, duz descendit ad fonte, cãtat seques Tractus.

Sicut ceruus desiderat ad fontem aquaru͂: ita desiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deu͂ fontez viuu͂: quando veniã, et apparebo ante facie dei? ℣. Fuerunt mihi lacryme mee panes dies ac nocte: duz dicit mihi p singulos dies, vbi est deus tuus? psal. 41


Deinde sacerdos antequa intret ad benedictionez fontis, dicit hanc orationem ibi iuxta fonte. ℣. Dominus vobiscu͂. ℟. Et cum spu͂ tuo. Oremus.


Omnipotes sempiterne deus, respice propiti⁹ ad deuotione populi renascentis, qui, sicut ceruus, aquaru͂ tuaru͂ expetit fonte: et cocede propitius: vt fidei ipsius sitis, baptismatis mysterio aiam corpusq3 sanctificet. Per dn̄m. ℟. Amen. Postea procedit ad bn̄dictionez fontis, dices ℣. Dn̄s vobiscuz. ℟. Et cu͂ spiritu tuo. Oremus. Oro.

Omnipotes sempiterne deus, adesto magne pietatis tue mysteriis, adesto sacramentis: et ad recreados nouos populos quos tibi fons baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte: vt quod nostre humilitatis gerendu͂ est ministerio, virtutis

ris tue impleatur effectu. Per dñm nrm Jesuz christū filiū tuū, qui tecū viuit ₇ re. Eleuās vocē in modū Prefationis prosequit.



















Vere dignū ₇ iustū est, equum






















rens



rés, etiá ad preces nostras au-




res tuę pietatis inclinas. Deus,



cuius spiritus super aquas,




inter ipsa mũdi primordia fe-




rebat: vt iã tũc virtutẽ san-



ctificationis aquarũ natura



conciperet. Deus, qui nocen-




tis mũdi crimina per aquas



abluens, regenerationis spe-



ciem in ipsa diluuij effu-




sione signasti: vt vnius e-



iusdemq; elementi mysterio,



⁊ finis esset vitijs, ⁊ origo



virtutibus. Respice domine




in faciem ecclesię tuę, ⁊ mul-



tiplica in ea regenerationes



tuas, qui gratię tuę affluen-



tis impetu lętificas ciuitatẽ

tuaz, fontemq́z baptismatis a-
peris toto orbe terraruz gẽti-
bus innouãdis: vt tuę maiesta-
tis imperio, sumat vnigeniti
tui gratiam de spiritu sancto.

Sacerdos diuidit aquã manu in modum crucis, dicẽs.

Qui hãc aquã re-
generãdis hominibus prępa-
ratam, arcana sui numinis ad-
mistione fęcundet: vt sanctifi-
catione concepta, ab imma-
culato diuini fontis vtero, in
nouã renata creaturam, pro-
genies cęlestis emergat. Et
quos aut sexus in corpore, aut
ętas discernit in tẽpore, omnes
in vnã pariat gratiam mater
infantiaz. Procul ergo hinc
iubente te dñe, omnis spiri-
tus

tus iműdus abscedat: procul tota neqtia diabolicę fraudis absistat. Nihil hic loci habeat contrarię virtutis admistio: non insidiando circuinuolet: non latendo surrepat: non inficiendo corrumpat.

Aquã manu tãgit.


Sit hęc sancta ꝛ innocens creatura: libera ab omni impugnatoris incursu: ꝛ totius nequitię purgata discessu. Sit fons viuus: aqua regenerans, vnda purificans: vt omnes, hoc lauacro salutifero diluendi, operante in eis spiritu sancto, perfectę purgationis indulgentiam cõsequantur.

Facit cruces supra fontem dicens.

Un-




Unde bene ✠ dico te crea-




tura aquę: per deũ ✠ viuũ:




per deuz ✠ veruz: per deuz




✠ sanctuz: per deuz, qui te



in principio, verbo separauit




ab árida: cuius spiritus super




te ferebatur.


Diuidit aquã ⁊ effundit in quatuor mundi ptes dicẽs.




Qui te de paradisi fonte ma-



nare fecit, ⁊ in q̃tuor flumini-




bus diuidés, totaz terrã riga-



re pręcepit. Qui te in desérto




amáram suauitate indita fecit



esse potábilez, ⁊ sitienti popu-




lo de petra produxit. Bene ✠




dico te ⁊ per Jesuz Christũ fi-



liuz eius vnicũ dñm nostrũ: q



te in Chana Galileę signo ad



mirabili, sua poténtia cõuértit.

in

in vinũ. Qui pedib⁹ sup te ambulauit, ⁊ a Joãne in Jordane in te baptizatus est. Qui te vna cũ sanguine de latere suo ꝓduxit, ⁊ discipulis suis iussit, vt credẽtes baptizarent̃ in te, dicens. Ite, docete oẽs gẽtes, baptizantes eos, In nomine patris, ⁊ filij, ⁊ spiritus sancti.


Mutat vocem, ⁊ prosequitur in modum lectionis.

Haec nobis precepta seruãtibus, tu deus omnipotẽs. clemẽs adesto: tu benignus adspira. Halat ter in aquaz in modũ crucis, dicẽs. Tu has simplices aquas tuo ore bñdicito: vt ꝑter naturalẽ emũdationẽ, quã lauãdis possunt adhibere corpib⁹, sint etiã purificãdis mentibus efficaces. Hic sacerdos ponit cereũ parum intus in aquaz: ⁊ resumens tonum prefationis dicit.


Descendat in hãc plenitudinez fontis virtus spiritus sancti. Deinde extractũ cereuz de aqua iterũ ꝓfundius mergit, aliquãto altius repetẽs, Descẽdat in hãc. Postea extractũ rursus cereũ de aqua, tertio immergens vsq3 ad fũdũ, altiori adhuc voce repetit, Descẽdat, vt supra. Et deinde sufflãs ter in aquã, prosequitur.


Totamque huius aque substantiam regenerandi


fe-



fęcun det eſſé cru.

Hic tollitur cereus de aqua, ⁊ prosequitur.



Hic, ómnium pec-



catorum maculę deleantur:



hic, natura ad imagineʒ tuaʒ


cóndita, ⁊ ad honóreʒ sui refor-



mata principij, cunctis vetu-



statis squalóribus emunde-


tur: vt omnis homo sacramé-


tū hoc regenerationis ingres-

M. N. R.


sus, in verę innocéntię no-


uam infantiam renascatur.

Sequentia dicit legendo. Per dñm nr̄m Jesū christū filiū tuuʒ, q̄ ventur⁹ est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculū p igné. ℟. Amé. Deinde per assistentes sacerdotes spargitur de ipsa aqua benedicta super populū. Et interim vnus ex ministris ecclesię, accipit in vase aliquo de eadeʒ aqua, ad spargendum in domibus, ⁊ alijs locis. His peractis sacerdos qui benedixit fonteʒ, infundit de oleo Catechumenorum in aquá, in moduʒ crucis, intelligibili voce dicés. Sanctificetur ⁊ fęcundetur fons iste oleo salutis renascentibus ex eo, in vitá ęternam. ℟. Amen. Deinde infundit de Chrismate, modo quo supra, dicés. Infusio Chrismatis domini nostri Jesu Christi, ⁊ spiritus sancti paracliti, fiat in nomine sácte Trinitatis. ℟. Amen. Postea accipit ambas ampullas dicti olei sancti ⁊ chrismatis, ⁊ de vtroqʒ simul in modū crucis infundédo dicit. Commistio chrismatis sctificationis, ⁊ olei vnctionis, ⁊ aquę baptismatis, pariter fiat, in nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti. ℟. Amé. Tunc miscet ipsum oleum cum

aqua, & spargit cum manu sua per omnem fontem. Si adfuerint baptizandi, baptizat, more consueto. Deinde dicitur litanię. Postea rediens, preparat se pro Missa sollenniter celebranda.


¶ Ubi vero nō sunt fontes baptismales, finita ultima prophetia cū sua oratione, celebrans casula deposita, cum ministris ante altare procūbit: & aliis oibus genuflexis, cantātur Litanię in medio chori a duobus cātoribus, vtroqz choro idem simul respōdēte. Cum autem peruentum fuerit ad illud. Peccatores, te rogamus, audi nos. Sacerdos & ministri ad sacrarium redeunt, & induūtur vestib⁹ albi coloris: interim accendātur luminaria circa altare. In fine Litaniarū, cātantur sollēniter Kyrie eleisō. & replicantur, vt in missa moris est.




Kyrie eleison. Christe eleison.




ison. Christe audi nos.




Christe exaudi nos. Pater de



celis, deus, miserere nobis.




Fili redēptor mūdi, deus, mi-




serere nobis. Spiritus sancte,



deus, miserere nobis. Sancta




Trinitas vn⁹ de⁹: miserere no-




bis. Sctā Maria: ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta virgo virginum, ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes sancti angeli & archangeli, orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines, orate.
Sancte Joannes baptista ora.
Omnes sancti patriarchę & prophetę, orate pro nobis.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Joannes ora.
Omnes sancti apostoli & euangelistę, orate pro nobis.
Omēs sancti discipuli dñi, orate.

Sancte


Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Uincenti ora.
Omnes sancti Martyres, orate pro nobis.
Sancte Syluester ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Augustine ora.
Sancte Hieronyme ora.
Sancte Ambrosi ora.
Omnes sancti pontifices ꝛ cõfessores, orate pro nobis.
Omnes sancti doctores, orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Francisce ora.
Omnes sancti sacerdotes ꝛ leuitę, orate pro nobis.
Omnes sancti Monachi ꝛ Eremitę, orate pro nobis.
Scta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agnes ora.
Sancta Agatha ora.
Sancta Anastasia ora.
Omnes sanctę virgines ꝛ viduę, orate pro nobis.
Omnes sancti ꝛ sanctę Dei, intercédite pro nobis.



Propitius esto: pce nobis dñe.
Propitius esto, exaudi nos dñe.
Ab omni malo libera nos dñe.
Ab oi peccato, libera nos dñe.
A morte perpetua, libera nos.
Per mysterium sanctę incarnationis tuę, libera nos dñe.
Per aduentum tuum, libera.
Per natiuitaté tuá, libera nos.
Per baptismum ꝛ sanctum ieiunium tuum, libera nos dñe.
Per crucez ꝛ passionem tuam, libera nos domine.
Per mortez ꝛ sepulturam tuaz, libera nos domine.
Per sanctam resurrectionem tuam, libera nos domine.
Per admirabilem ascensionem tuam, libera nos domine.
Per aduentum spiritus sancti paracleti, libera nos domine.
In die iudicij, libera nos dñe.



Pctóres, te rogamus audi nos.




Ut nobis pcas, te rog. au. nos.
Ut ecclesiá tuá sanctam regere ꝛ cóseruare digneris, te roga.
Ut domnum apostolicuz ꝛ omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione cóseruare digneris, te rogamus audi nos.
Ut inimicos sanctę Ecclesię humiliare digneris, te roga. au.
Ut regibus ꝛ principibus christianis pacem ꝛ veraz concordiaz donare digneris: te rog.
Ut nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare ꝛ conseruare digneris: te roga. audi.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas: te rogamus audi nos.
Ut fructus terrę dare ꝛ conseruare digneris: te roga. audi.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem eternam donare digneris: te rogamus audi.
Ut nos exaudire digneris: te ro.



Agnus Dei, qui tollis peccata



mundi: parce nobis domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos. Hic cantores sollemniter incipiunt Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie eleisõ. ꝛ ter singula repetũtur. Interim procedẽs sacerdos cũ ministris indutis paramentis albis de sacrario, cum thuriferarijs, ꝛ duobus acoluthis cereos accensos deferẽtibus, accedit ad altare, ꝛ facit cõfessionem vt moris est in loco cõsueto: deinde ascendens, osculatur altare, incẽsat more solito, ꝛ finitis a choro Kyrie elei. incipit solẽniter Gloria in excelsis Deo. ꝛ pulsantur campane. Quo finito dicit Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spũ tuo. Oremus.

Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria Dñice resurrectionis illustras: cõserua in noua familie tue ꝓgenie adoptionis spiritũ quem dedisti: vt corpore ꝛ mẽte renouati, puram tibi exhibeãt seruitutẽ. Per dominum no. in vnitate eiusdem.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Collossenses.

Fratres: Si consurrexistis ca.3
cũ Christo: q̃ sursum sunt q̃rite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Que sursum sunt sapite: non q̃ super terrã. Mortui enim estis: ꝛ vita vestra abscõdita est cũ Christo in Deo. Cũ aũt Chrs apparuerit vita vestra: tũc ꝛ vos apparebitis cum ipso in gloria.

Finita epistola celebrans versus populum incipit.



Alle lu ia.

Et totum decantat ter, eleuando vocem gradatim: ꝛ Chorus post qualibet vicem, in eadẽ voce repetit illud idẽ. Postea in choro prosequit ℣. Cõfitemini dño quoniã bonus: quoniã in seculũ misericordia eius. Deinde dicit Tract'. Laudate dñm omnes gentes, ꝛ collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniã cõfirmata est sup nos misericordia eius, ꝛ veritas domini manet in eternum. Non portantur candelabra cum cereis ad Euangeliũ: sed tantum incensum: ꝛ petitur benedictio. Seq. san. euag. scdm Matthẽũ.

Vespere autem sabbati, que lucescit in prima sabbati: venit Maria Magdalene, ꝛ altera Maria videre sepulcrum. Et ecce, terremotus factus est ma-

magnus. Angelus enim domini descendit de celo: et accedens, reuoluit lapidem, et sedebat sup eũ. Erat aũt aspectus eius, sicut fulgur: et vestimentuz eius, sicut nix. Pre timore aũt eius, exterriti sunt custodes: et facti sũt velut mortui. Rñdens autẽ angelus, dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim q Jesuz, qui crucifixus est, queritis. Non est hic. Surrexit enim, sicut dixit. Venite, et videte locũ, vbi positus erat dñs. Et cito eũtes dicite discipulis eius q surrexit. Et ecce, precedet vos in Galileã. Ibi eũ videbitis. Ecce, pdixi vobis. Nõ dr Credo, sed finito Euãgelio dicit sacerdos, Dñs vobiscuz. R. Et cũ spiritu tuo. et postea, Oremus. Nõ dicit Offerto. Secre.


Suscipe domine, qsumus, preces populi tui, cuz oblationibus hostiarũ: vt paschalibus initiata mysterijs, ad eternitatis nobis medelã te operante proficiant. Per dominũ. Prefatio.

Per omnia secula seculorũ. R.

Amẽ. Dñs vobiscũ. R. Et cũ

spiritu tuo. Sursũ corda. R.

M. N. R.



Habemus ad dñz. Gratias a-




ga mus dño deo nostro.




R. Dignum et iustum est.




Vere dignũ et iustũ est, equuz



et salutare: Te qdez dñe om-



ni tempore, sed in hac potissi-



mũ nocte gloriosius pdicare,




cuz pascha nrm imolatus est



xps. Ipse eniz verus est agnus,

Per dominum. in vnitate eiusdem spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.
Deinde dicit Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.
Postea Diaconus cantat.



Ite missa est: Alleluia,



Alle luia.
℞. Deo gratias, Alleluia, allia.
Sacerdos cum ingreditur ad altare, signans se signo crucis, clara voce dicit.



In nomine patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti, Amen.
Deinde iunctis manib⁹ ante pectus dicit ℣.
Introibo ad altare Dei.
℞. Ad deū qui letificat iuuentutē meā. Postea alternatim cū ministris dicit sequentē Psalmū:
Iudica me deus, ⁊ discerne causam meā de gente nō sancta: ab hoīe iniquo ⁊ doloso erue me.
Quia tu es deus fortitudo mea: quarꝫ me repulisti: ⁊ quare tristis incedo dū affligit me inimicus?
Emitte lucem tuam, ⁊ veritatem tuam: ipsa me deduxerunt ⁊ adduxerunt in montem sanctū tuum, ⁊ in tabernacula tua.
Et itroibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuentutem meam.
Cōfitebor tibi in cithara deus Deus meus: quare tristis es anima mea: ⁊ quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei ⁊ Deus meus. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sācto. Sicut.
In missis mortuorum, ⁊ a Dominica de passione vsq; ad Sabbatum sanctum exclusiue omittitur prefatus Psalmus, ⁊ post In nomine patris, statim dicitur vt sequitur, ℣. Introibo ad altarꝫ dei. ℞. Ad deū qletificat iuuentutem meam. Signat se dicens ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℞. Qui fecit celū ⁊ terram. Deinde iunctis manibus inclinatus facit cōfessionē.

Confiteor deo omnipotenti, beate Marie semper virgini, beato Michaeli archāgelo, beato Ioanni Baptiste, sanctis apostolis Petro, ⁊ Paulo, omnibus sanctis, ⁊ vobis, fratres: quia peccaui nimis cogitatione, verbo, ⁊ opere, percutit sibi pectus dicens mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper virginem, beatum Michaelem archangelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos apostolos Petrum ⁊ Paulum, omnes sanctos, ⁊ vos, fratres, orare pro me ad dominum Deum nostrum.
Ministri respondent.
Misereatur tui omnipotēs deus, ⁊ dimissis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitā eternā. Sacerdos dicit, amē.
Deinde ministri repetūt Cōfessionē: ⁊ vbi a sacerdote dicebatꝫ

Vobis fratres, ℞ Vos, fratres, a ministris dicit, Tibi pater, ℞ Te pater. Postea sacerdos iunctis manib⁹ facit absolutioné, dicés.

Misereatur vestri omnipotens deus, ℞ dimissis omnibus peccatis vestris, perducat vos in vitá eternaz. ℟. Amen. Signat se signo Crucis dicens.

Indulgentiam, absolutionem, ℞ remissionem omniũ peccatorum nostrorum, tribuat nobis omnipotens ℞ misericors dominus. ℟. Amen. Inclinatus prosequitur ℣. Deus tu cóuersus viuificabis nos. ℟. Et plebs tua letabitur in te. ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuũ da nobis. ℣. Dñe exaudi orationem meaz. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Ascendens ad altare dicit. Oremus.

Aufer a nobis, quesumus domine, cunctas iniquitates nostras: vt ad sancta sanctorum, puris mereamur mentibus introire. Per Christũ dñm nostruz. Amen. Manibus iunctis super altare, inclinatus dicit.

Oramus te domine per merita sanctorum tuorum, osculatur altare dicens, quoruz reliquie hic sunt ℞ omnium sanctorum: vt indulgére digneris omnia peccata mea. Amen. In missa sollemni, celebrans antequam legat introitu3, benedicit incensu3, dicens. Ab illo bene ✠ dicaris, in cuius honore cremaberis. Amen. Et accepto thuribulo a diacono incensat altare, dicés. Dirigatur dñe oratio mea sicut incensuz in conspectu tuo: eleuatio manuum mearuz sacrificium vespertinum. Pone domine custodiam ori meo, ℞ hostiuz circunstantie labijs meis: vt non declinet cor meum in verba malitie, ad excusandas excusationes in peccatis. Deinde diaconus recepto thuribulo a celebrante, incenset illum tantum. Postea signás se signo crucis, incipit Introitũ: quo finito iũctis manib⁹, alternatim cum ministris dicit.

Kyrie eleison, Kyrie eleison Kyrie eleis. Christe eleis. Christe ele. Christe ele. Kyrie eleis. Kyrie eleison, Kyrie eleison. Postea ad mediũ altaris extendens ℞ iungés manus, caput que aliquantuluz inclinans, dicit si dicendum est. Gloria in excelsis deo: ℞ prosequitur iunctis manibus: cum dicit, Adoramus te. ℞ Iesu Christe, ℞ Suscipe deprecationem, inclinat caput: ℞ in fine dicens Cum sancto spiritu, signat se. In duplicibus ℞ sollemnibus diebus.


Gloria in excelsis De o.

In missis beate Marie.

Glo ria in excelsis De o.


In

In Dominicis festis semiduplicibus, ⁊ infra octauas.



Gloria in excelsis deo.

In festis simplicibus.



Gloria in excelsis Deo.

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominib⁹ bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnā gloriam tuam. Domine deus, rex celestis, deus pater omnipotēs. Domine fili vnigenite Jesu christe. Dn̄e deus, agnus Dei, filius patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationez nostrā. Qui sedes ad dexteram patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus dominus. Tu solus altissimus Jesu Christe. Cum sancto spiritu, in gloria Dei patris. Amen. Sic dicitur Gloria in excelsis Deo, etiam in missis beatę Marię. Deinde osculatur altare in medio, ⁊ versus populum dicit ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. postea dicit Oremus. Deinde Orationes, vnaz aut plures: sequitur Epistola, Graduale, Alla, vel Tractus, Sequentia, vt tempus postulat. His finitis: si est missa solemnis, Diaconus deponit librum euangeliorū super altare, ⁊ benedicto incenso vt supra, genuflexus manib⁹ iunctis ante medium altaris dicit.

Munda cor meum ac labia mea omnipotens Deus: qui labia Isaię prophetę calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, vt sanctum euangelium tuum digne valeā nunciare. Per Christum dominum nostrū. Amen. Deinde accipit librum, ⁊ rursus genuflexus petit benedictionez à sacerdote dicens: Jube domne bn̄dicere. Sacerdos rn̄det.

Dominus sit in corde tuo ⁊ in labijs tuis, vt digne ⁊ competenter annuncies euangelium suum: In nomine patris ⁊ filij ✠ ⁊ spiritus sancti. Deinde accepta benedictione osculatur manum sacerdotis: ⁊ cum alijs ministris, incenso, ⁊ luminaribus accedens ad locū euangelij, stās, iunctis manibus dicit ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Pronuncias Sequentia sancti euangelij secundum N. ⁊ Pollice dextrę manus signat librum euangelij, deinde frontez, labia, ⁊ pectus: ⁊ ministri respondent, Gloria tibi domine, incensat ter librum, postea dicit euangelium iunctis manibus. Quo finito, Subdiaconus defert librum sacerdoti, qui osculatur euangeliū, dicens, Per euangelica dicta deleantur nostra delicta:

licta: deinde a diacono sacerdos incensatur. Si vero sacerdos sine diacono et subdiacono celebrat, delato libro ad aliud cornu altaris, stans ad medium altaris iunctis manibus, et aliquantulum inclinatus, dicit Munda cor meum, et Iube domne benedicere, vt supra, et Dominus sit in corde meo et in labijs meis, vt digne et competenter annunciem euangelium suum. Deinde ad librum conuersus iunctis manibus dicit ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo: et pronuncians Initium, siue Sequentia sancti euãgelij etc. signat se, et legit euangelium, vt dictum est. Quo finito respondent ministri. Laus tibi Christe: et sacerdos osculatur euangelium, vt supra. In missis defunctorũ dicitur Munda cor meum: sed non petitur benedictio, non deferuntur luminaria, nec osculatur liber. Deinde ad medium altaris extendens, et iungens manus, dicit si dicendũ est: Credo in vnum deum: et prosequitur iunctis manibus. Quando autem ventũ est ad illud, Et incarnatus est, genuflectit vsque dum dicitur, Crucifixus etiam pro nobis. In fine ad Et vitam venturi, signat se signo crucis.



Credo in vnum Deum. Patrem omnipotentem, factorem celi et terre, visibilium omnium et inuisibilium. Et in vnum dñm Jesum Christum, filium dei vnigenitum. Et ex patre natum, ante omnia secula. Deũ de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero. Genitum, non factum, cõsubstantialem patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine: et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Põtio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas. Et ascendit in celum: sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos et mortuos: cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum et viuificantem: qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre et filio simul adoratur, et conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen. Deinde osculatur altare, et versus populum dicit ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Postea dicit Oremus, Offertorium. Quo dicto, si est missa sollemnis, diaconus porrigit patenã celebranti: si priuata, sacerdos ipse accipit patenam cũ hostia, quã offerẽs dicit. Suscipe, sancte pater omnipotens,

potens, eterne Deus, hanc immaculatam hostiam: quam ego indignus famulus tuus offero tibi deo meo viuo ⁊ vero, pro innumerabilibus peccatis ⁊ offensionibus ⁊ negligentijs meis, ⁊ pro omnibus circunstātibus, sed ⁊ pro omnibus fidelibus Christianis viuis atqꝫ defunctis: vt mihi ⁊ illis proficiat ad salutem in vitam eternam. Amen. Deinde reposita hostia super corporale, ministrat diaconus vinuꝫ, subdiaconus vero aquam in calice: vel, si priuata est missa, vtrunque infundit [illegible]rdos, ⁊ aquam miscendā i[illegible]e benedicit, dicēs.

DEus, qui humane substantie dignitatem mirabiliter condidisti, ⁊ mirabilius reformasti: da nobis per huius aque ⁊ vini mysterium, eius diuinitatis esse cōsortes, qui humanitatis nostre fieri dignatus est particeps, Jesus Christus filius tuus dominus noster. Qui tecum viuit ⁊ regnat, in vnitate spiritus sancti, deus: per omnia secula seculorum. Amen. In missis pro defunctis dicitur predicta oratio: sed aqua non benedicitur. Accipiens calicem, offert dicens.

OFferimus tibi domine calicem salutaris, tuā deprecantes clementiam: vt in conspectu diuine maiestatis tue pro nostra ⁊ totius mundi salute cuꝫ odore suauitatis ascendat. Amē. Deinde posito calice sup corporale, ⁊ palla coopto, iunctis manibus aliquātulū inclinatus dicit.

IN spiritu humilitatis, ⁊ in animo cōtrito suscipiamur a te domine: ⁊ sic fiat sacrificium nostruꝫ in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi dn̄e Deus. Erectus expādit man⁹, easqꝫ in altū porrectas iungens, eleuatis ad celū oculis, ⁊ statiꝫ demissis, dicit.

VEni sanctificator, omnipotens eterne Deus: benedicit oblata prosequendo: ⁊ bene ✠ dic hoc sacrificium tuo sancto nomini preparatum. Postea, si sollemniter celebrat, benedicit incensum, dicens.

PEr intercessionē beati Michaelis archangeli stantis a dextris altaris incensi, ⁊ omniū electorū suorū, incensuꝫ istud dignetur dominus bene ✠ dicere, ⁊ in odorem suauitatis accipere. Per Christum dominuꝫ no. Amen. ⁊ accepto thuribulo a diacono, incēsat oblata, dicens.

INcēsum istud a te benedictū, ascēdat ad te dn̄e: ⁊ descēdat sup nos misericordia tua. Deinde incensat altare, dicens.

DIrigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificiuꝫ vespertinuꝫ. Pone dn̄e custodiam ori meo, ⁊ ostium circunstātie labijs meis: vt non declinet cor meuꝫ in verba malitie ad excusandas excusationes in peccatis. Dum reddit thuribulum diacono, dicit.

ACcēdat in nobis dominus ignem sui amoris, ⁊ flammam eterne charitatis. Amen.

Postea incensatur sacerdos a diacono, deinde alij per ordinem. Interum sacerdos lauat manus, dicens.

Lauabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuum domine. Ut audiam vocem laudis: & enarrem vniuersa mirabilia tua. Domine dilexi decorem domus tuę, & locum habitationis glorię tuę. Ne perdas cum impijs animaz meam: & cum viris sanguinuz vitam meaz. In quorū manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus. Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei. Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine. Gloria patri, & filio, & spritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. In missis pro defunctis. Et a dominica de passione vsque ad Sabbatuz sanctum exclusiue, omittitur Gloria patri, & filio. Deinde ad medium altaris, & aliquantulum inclinatus iunctis manibus, dicit.

Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, & ascēsionis Jesu Christi domini nostri: & in honore beatę Marię semp virginis, & beati Joannis Baptistę, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli, & istorum, & omnium sanctoruz: vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: & illi pro nobis intercedere dignentur in cęlis, quoruz memoriam agimus in terris. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Postea osculatur altare, & versus populum, dicit.

Orate fratres: vt meum ac vestruz sacrificiū, acceptabile fiat apud deū patrem omnipotentem. Circumstantes respōdet: alioquin ipsemet sacerdos.

Suscipiat dominus sacrificium de manibus tuis vel meis, ad laudem & gloriam nominis sui: ad vtilitatem quoque nostram, totiusque ecclesię suę sanctę. Minis. Amen. Deinde manibus extensis absolute subiungit orationes secretas. Quibus dictis, cum peruentum fuerit ad conclusionem, clara voce dicit. Per omnia secula seculorum. cum Prefatione, vt in sequentibus. Prefatio incipitur ambabus manibus positis hinc & inde super altare: quas aliquantulum eleuat, cum dicit Sursum corda. Jungit manus & caput inclinat, cum dicit Gratias agamus domino deo nostro. Deinde disiungit manus, & disiunctas tenet vsque ad finem Prefationis, & iteruz iungit cum dicit Sanctus &c.

Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur a Natiuitate Domini; vsque ad Epiphaniam, Et in Purificatione Beatę Marię virginis, Et in festo Corporis Christi, & per octauam.

Per


Er omnia secula secu-
lorum. ℟. Amen. ℣. Dñs
vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo.
℣. Sursum corda. ℟. Habe-
mus ad dominũ. ℣. Gratias
agamus domino deo nostro.
℟. Dignũ ⁊ iustum est. Prefa-
tio.

Uere dignum ⁊ iustum est,
equum ⁊ salutare: nos tibi
semp ⁊ vbiqz gratias agere:
dñe sancte, pater omnipotẽs,
eterne deus. Quia p incarnati
verbi mysteriũ noua mẽtis no-
stre oculis lux tue claritatis in-
fulsit: vt dum visibiliter deum
cognoscimus, p hũc in inuisibi-
lium amorẽ rapiamur. Et i-
deo cũ angelis ⁊ archãgelis,
cum

cũ thronis ⁊ dominationib⁹,
cũqꝫ omni militia cęlestis exer-
citus, hymnuz glorię tuę ca-
nimus, si ne fine dicentes:


Infra actionem.

Communicantes ⁊ diem vel noctem sacratissimam vel sacratissimum celebrantes: qua vel quo beatę Marię intemerata virginitas, huic mundo edidit saluatorem. Sed ⁊ memoriam venerantes, in primis eiusdem gloriosę semperque virginis Marię genitricis eiusdem Dei ⁊ domini nostri Jesu Christi. Sed ⁊ beatorum apostolorum, ⁊c. In prima Missa dumtaxat dicitur noctem sacratissimam. Deinde semper dicitur diem sacratissimum, vsque ad octauam Natiuitatis Domini inclusiue, ⁊ non vltra.


Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in Epiphania Domini, ⁊ per octauam.


Per omnia secula secu-
lorũ. ℟. Amen. ℣. Dñs vo-
biscuz. ℟. Et cum spiritu
tuo. ℣. Sur sum corda. ℟.
Ha[illegible]mus ad dominum. ℣.
Grati as aga mus do-
mi no Deo nostro. ℟.
Di gnum ⁊ iustuz est. Prefatio.


Vere dignũ ⁊ iustuz est, equuz
⁊ sa-






































Infra actionem.

Communicantes, ꝛ diem sacratissimum celebrantes: quo vnigenitus tuus in tua tecũ gloria coęternus in veritate carnis nostrę visibiliter corporalis apparuit: Sed ꝛ memoriã venerantes, in primis gloriosę semperq; virginis Marię, genitricis eiusdem dei, ꝛ dñi nostri Jesu Christi: Sed ꝛ beatorũ aplorũ, ac marty. tuoꝝ Petri ꝛ pauli, ꝛc.


Et dicitur per totam octauam.

Sequens Prefatio cum suo cantu dicit in Dominicis, et in festis duplicib. et semiduplicib. Quadrage. usqz ad Dnicam Passionis, nisi in festis propria assignet.



Per omnia secula seculorū. R. Amen. V. Dñs vobiscum. R. Et cū spiritu tuo. V. Sursum corda. R. Habemus ad dominū. V. Gratias aga mus domino Deo nostro. R. Dignum et iustum est. Prefatio.


Vere dignum et iustum est, equum et salutare: nos tibi semper et ubique gratias agere: domine sancte, pater omnipotens, eterne deus. Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem elevas, virtutem largiris et premia; per Christum dominum




num nostrum. Per quem




maiestatem tuaz laudant an-



geli, adorant dominatio-




nes, tremunt potestates.




Celi celorumq3 virtutes, ac




beata Seraphim, so ci a



exultatione cōcelebrāt. Cuz



qbus & nostras voces vt ad-



mitti iubeas deprecamur, sup-

M. M. R.



plici confessione, dicentes.

Sequens Prefatio cuz suo cantu dicitur in Dominica Passionis, in Dominica Palmarum, in Feria quinta in Cena domini, & in festis duplicib. & semiduplici. eo tempore occurrētibus, nisi in festis propria assignetur: Et in sollemnitatibus sancte Crucis.



Per omnia secula secu-



lorūz. ℟. Amen. ℣. Dñs




vobiscū. ℟. Et cuz spiritu



tuo. ℣. Sur sum corda.




℟. Habe mus ad dominum.



℣. Gratias aga mus do-

p



mino Deo nostro. R. Di-



gnum et iustum est. Præfa-
tio.



Vere dignum et iustum est,


equum et salu tare: nos tibi



semp et vbiq; gratias agere:



domine sancte, pater omni-


potens, eterne Deus.


Qui salutem humani generis


in ligno Crucis constitui-


sti: vt vnde mors orie ba-



tur, inde vita resurgeret: et



qui in ligno vincebat, in li-



gno quoq; vinceretur: per


Christum dominum nostrū.


Per quem maiestatem tuam


laudant angeli, adorant do-



minatio nes, tremunt po-



testates: Celi celorumque

vir-















Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur a vigilia Pasche vsqz ad octauam: ⁊ in Dominicis vsque ad Ascensionem: ⁊ in festis duplicibus, ⁊ semiduplicib. nisi propria in festis assignetur. Et in missa sabbati sancti dicitur In hac potissimum nocte: In die pasche vsqz ad sabbatum in Albis inclusiue dicitur In hac potissimum die: Deinceps dicitur In hoc potissimum.


















Prefatio.







ęquum ⁊ ſa lu ta re:



Te quidez domine omni tem-



pore, ſed in hac potiſſimū no-



cte glorioſius prędicare, cū Pa-




ſcha noſtrū imolatus eſt xp̄s.




Ipſe eniz verus eſt agnus, qui




ab ſtulit peccata mūdi. Qui



mortem noſtrā moriendo de-




ſtruxit, ⁊ vi tam reſur-



gendo reparauit. Et i-




deo cum Angelis ⁊ Ar-



chan ge lis, cum thronis



⁊ domina ti o ni bus:




cumque omni mi li tia cę-



le ſtis exer citus, hymnum



glo ri ę tuę ca nimus ſi-



ne fi ne di cen tes.

Infra actionem.

Communicantes ⁊ diem ſacratiſſimum celebrantes Reſurrectionis domini noſtri Ie-

Jesu Christi secundum carnem. Sed ⁊ memoriaȝ venerantes in primis gloriose semperque virginis Marie genitricis eiusdeȝ dei ⁊ domini nostri Jesu Christi: Sed ⁊ beatorum apostolorū, ⁊c. sequitur deinde.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostrę: sed ⁊ cunctę familię tuę, quam tibi offerimus, pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua ⁊ Spiritu sancto, tribuens eis remissioneȝ omnium peccatorum: quęsumus domine, vt placatus, ⁊c.

Sic dicitur a vigilia Pasche vsque ad sabbatum in albis inclusiue, ⁊ non vltra.

Sequens Prefatio cuȝ suo cantu dicitur a die Ascensionis, vsque ad vigiliaȝ Pente. exclusiue, ⁊ in festis tunc occurrentibus.



Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo nostro. ℟. Dignum ⁊ iustum est.

Prefatio.

Vere dignum ⁊ iustum est, equum ⁊ salutare: nos tibi semper ⁊ vbique gratias agere, domine sancte, pater

omnipotens, eterne deus:

Per Christū dominū nostrū.

Qui post Resurrectionem

suam omnibus discipulis

su is ma ni fe stus appa-

ruit, et ipsis cernentibus

est eleuatus in celum,

vt nos diui ni ta tis sue

tribueret esse par ti ci-

pes. Et ide o cum an-

gelis et ar change lis, cum

thronis et dominati o ni-

bus, cumque omni militia

celestis exercitus hymnum

glorie tue canimus

si ne fi ne dicentes.

Infra actionem.

Communicantes, et diem sacratissimum celebrantes: quo dominus noster vnigenitus filius tuus vnitam sibi fragilitatis nostre substantiam, in glorie tue dextera collocauit. Sed et memoriam venerantes, in primis gloriose semperq; virgi. etc.

Et dr̄ p totā octauā, ⁊ nō vltra. Sequens Prefatio cū suo cantu dicit a vigilia Pentecostes vsq₃ ad seqūēs sabbatum inclusiue.



Er omnia secula seculorū. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. ℣. Sur sum corda. ℟. Habe mus ad dominum. ℣. Gratias aga mus domino Deo nostro. ℟. Dignum ⁊ iustum est. Prefatio.

Vere dignum ⁊ iustum est, equum ⁊ salutare: nos tibi semper ⁊ vbique gratias agere, domine sancte, pater omnipotens, eterne deus: per Christū dominū nostrū. Qui ascendens super omnes celos, sedensq₃ ad dexteram tuam promissum spiritū san-

ctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Qua propter profusis gaudijs, totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed et superne virtutes atque Angelice potestates hymnum glorie tue concinunt, sine fine dicentes.

Infra actionem.

Communicantes, et diem sacratissimum Pentecostes celebrantes: quo spiritus sanctus apostolis innumeris linguis apparuit. Sed et memoriam et ce. Sequitur.

Hanc igitur oblationem servitutis nostre: sed et cuncte familie tue quam tibi offerimus: pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum, quesumus domine ut placatus accipias, et ce.


Et dicitur usque ad sequens Sabbatum inclusive.


Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in festis Apostolorum et Evangelistarum, et per octavas eorum, et in festis infra eas occurrentibus, nisi propria assignetur.





Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟.


℟. Habe mus ad dominum.



℣. Gratias aga mus domi-



no Deo nostro. ℟. Di-


gnum & iustum est.
Prefatio.


Vere dignum & iustum est,


equum & salu ta re:


Te domine suppliciter exo-



rare: vt gregem tuum pa-


stor eterne nō deseras: sed p


beatos apostolos tuos cōti-


nua protectio ne custodias.


Ut iisdem rectoribus guber-


netur, quos operis tui vica-



rios eidem cōtulisti preesse



pastores. Et ideo cum an-


gelis & archangelis, cū thro-


nis & dominationibus, cūq3


omni militia celestis exer-
citus






Sequens Præfatio cum suo cantu dicitur in festis san. Marię & per eius octauas (excepto festo Purificationis, in quo dicitur de Natiuitate) & in Missis votiuis de bea. Maria, in quibus dicitur, & te in veneratione: in festis autem dicitur, & te in Annũciatione, vel Visitatione, vel Assumptione, vel Natiuitate, vel Conceptione, secũdum denominationem festi, preter festũ san. Marię ad Niues, in quo dicitur, & te in veneratione.




































Et



Et te in veneratione beatę

Marię semp virginis collau-

dare, benedicere, & predi-


care. Quę & vnigenitũ tuũ


sancti spiritus obumbratio-


ne concepit: & virginitatis

gloria permanente, lumen

ęternum mundo effu dit

Jesum Christum dñm no-


strum. Per quem maiestatē

tuam laudant Angeli, ado-

rant domina ti ones, tre-

munt potestates. Cęli, cęlo-

rumq; virtutes ac beata Se-

raphim so cia exultatio-

ne concelebrant. Cũ qbus

& nostras voces vt admitti

iubeas deprecamur sup-
pli-

plici confessione dicentes.

Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in festo Sancte Trinitatis.



Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino Deo nostro. ℟. Di-


gnum et iustum est.


Prefatio.


Vere dignum et iustum est, equum et salutare, nos tibi semper et vbique gratias agere, domine sancte, pater omnipotens, eterne deus: Qui cum vnigenito filio tuo, et spiritu sancto, vnus es deus, vnus es dominus: Non

in


in vnius singularitate perso-



nę, sed in vnius Trinitate sub-


stantię. Quod enim de tua



gloria reuelāte te credimus,



hoc de filio tuo, hoc de spi-


ritu sctō, sine differētia discre-



tionis sentimus. Ut in cōfes-



sione verę sempiternęq; dei-


tatis, & in personis proprietas,


& in essentia vnitas, & in maie-


state adoretur ęqualitas.


Quā laudant Angeli, atque


Archangeli, Cherubim quo-


que ac Seraphim, qui non



cessant clamare quotidie


vna voce dicentes.

Sequens Prefatio cū suo cantu dicit in omnibus festis duplicib. & per octauas eorū, & in omnibus semiduplicibus, & dominicis diebus, vbi propria non habetur.



Per omnia secula seculo-



⁊ nostras voces vt admitti



iubeas deprecamur, sup pli-



ci confessio ne dicentes.

S áctus, Sáctus, Sáctus dñs Deus sabaoth. P leni sunt celi ⁊ terra gloria tua. O sana in excelsis. B ñdictus q venit in nomine dñi. O sanna in excelsis.

Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in diebus ferialibus Quadragesime, à quarta feria Cinerum vsq; ad sabbatũ ante Dominicã passionis inclusiue.




Er omnia secula secu-




lorũ. ℟. Amen. ℣. Dñs



vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu



tuo. ℣. Sursum corda.



℟. Habemus ad dominum.



℣. Gratias agamus domi-



no Deo nostro. ℟. Di-



gnum ⁊ iustum est. Prefatio.



V ere dignum ⁊ iustum est,




equum ⁊ salutare, nos tibi



semper ⁊ vbiq; gratias age-



re, domine sancte, pater



omnipotens, eterne deus. Q ui

Qui corporali ieiunio vitia cō-
primis, mentē eleuas, virtu-
tem largiris & pmia: per Chri-
stum dñm nostrū. Per quē
maiestatem tuā laudant An-
geli, adorant dominationes,
tremūt potestates. Celi celo-
rumque virtutes ac beata
Seraphim, so cia exulta-
tione concelebrant. Cū qui-
bus & nostras voces vt ad-
mitti iubeas deprecamur sup-
plici confessione dicentes.

Sequens Prefatio cum suo can-
tu dicit in diebus ferialib⁹, a do-
minica Passionis vsq; ad feriā
quintam in Cena domini. Et in
Missis votiuis sancte Crucis.


Er omnia secula secu-
lorū. ℟. Amen. ℣. Dñs
vobiscum. ℟. Et cū spiritu
tuo. ℣. Sur sum corda.
℟.



℟. Habemus ad dominum.




℣. Gratias agamus domi-



no Deo nostro. ℟. Di-



gnum ⁊ iustum est. Prefa-tio.



Uere dignum ⁊ iustum est,



equum ⁊ salutare: nos tibi




semper ⁊ vbique gratias



agere, domine sancte, pater



omnipotens, eterne Deus.



Qui salutem humani gene-



ris in ligno Crucis cōstitui-




sti, vt vnde mors oriebatur,



inde vita resurgeret, ⁊ q in



ligno vincebat, in ligno quo-



que vinceretur, Per Christū



dominum nostrū. Per quez



maiestatez tuam laudant an-



geli, adorant dominationes,

tremunt potestates. Celi ce-
lorumqz virtutes, ac beata
Seraphim, socia exultatio-
nē cōcelebrant. Cū quibus
⁊ nostras voces, vt admitti
iubeas deprecamur, sup pli-
ci confessione dicentes.


Sequens Prefatio cuz suo can-
tu dicitur in diebus ferialibus ab
octaua Pasche vsqz ad Ascēsio-
nem Domini. Et in festis simpli-
cibus eo tēpore occurrentibus.



Er omnia secula secu-
lorū. ℟. Amen. ℣. Dñs
vobiscū. ℟. Et cū spiritu
tuo. ℣. Sur sum corda.
℟. Habe mus ad dominum.
℣. Gratias aga mus domi-
no Deo nostro. ℟. Di-
gnum ⁊ iustum est.

Prefatio.

Vere dignum ⁊ iustum est,
equum ⁊ salutare: Te qui-
dem


dem domine omni tempore,


sed in hoc potissimũ glorio-


sius predicare, cum Pascha


nostrũ imolatus est Christus.


Ipse enim verus est Agnus,


qui abstulit peccata mundi.


Qui mortẽ nostrã moriendo


destruxit, & vitã resurgendo


reparauit. Et ideo cuz ange-


lis & archangelis, cuz thro-


nis & dominationibus, cũqz


omni militia celestis exerci-


tus, hymnum glorie tue ca-


nimus, sine fine dicentes.

Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in Missis votiuis de Spiritu Sancto.



Er omnia secula secu-


lorũ. ℟. Amen. ℣. Dñs


vobiscuz. ℟. Et cũ spiritu

tuo. ℣. Sursum corda.

℟. Habemus ad dominuz.

℣. Gratias agamus domi-

no deo nostro. ℟. Di-

gnum et iustum est. Prefa-tio.

Vere dignum et iustum est,

equum et salutare: nos tibi

semp et vbiqz gratias agere:

domine sancte, pater om-

nipotens, eterne Deus.

Per Christuz dominū nostrū.

Qui ascendens super omnes

celos, sedensque ad dexte-

ram tuam, promissum Spi-

ritum sanctum in filios ado-

ptionis effudit. Quapre-

pter profusis gaudijs, totus

in orbe terrarum mundus

exul-

exultat. Sed ⁊ superne vir-

tutes, atq; angelice pote-

states hymnum glorie tue

concinunt, sine fine dicentes.

Sequens Prefatio cum suo can tu dicitur in Missis votiuis de Apostolis.

PEr omnia secula secu-

loru3. ℟. Amen. ℣. Dñs

vobiscu3. ℟. Et cũ spiritu

tuo. ℣. Sursum corda.

℟. Habe mus ad dominum.

℣. Gratias aga mus domi-

no Deo nostro. ℟. Di-

gnum ⁊ iustum est.

Prefatio.

Vere dignum ⁊ iustum est,


equum ⁊ sa lu ta re:

Te domine suppliciter exo-


rare, vt gregem tuu3 pastor


eterne non deseras: sed per



beatos apostolos tuos con-



tinua protectione custodi-


as. Ut ijsdem rectoribus


gubernetur: quos operis tui


vicarios eidem contulisti


preesse pastores. Et ideo


cum Angelis, et Archange-


lis, cum thronis et domina-



tionibus, cumque omni


mi li tia ce le stis exer citus,


hymnuz glorie tue canimus,


si ne fi ne di cen tes.

Sequens Prefatio cum suo can tu dicitur in Missis votiuis de sancta Trinitate.




Per omnia secula secu-







loruz. ℟. Amen. ℣. Dñs


vobiscuz. ℟. Et cuz spiritu



tuo. ℣. Sur sum corda.





℟. Habemus ad dominuz.

℣.



℣. Gratias agamus domi-

no Deo nostro. ℞. Di-

gnum ⁊ iustum est. Prefa-tio.

Vere dignum ⁊ iustum est,

equum ⁊ salutare, nos tibi



semper ⁊ vbiq; gratias age-

re, domine sancte, pater om-

nipotens, eterne Deus:

Qui cum vnigenito filio tuo,

⁊ spiritu sancto, vnus es deus,

vnus es dominus, Non in

vnius singularitate perso-

ne, sed in vnius trinitate sub-

stantie. Quod enim de tua

gloria reuelante te credimus,

hoc de filio tuo, hoc de spi-

ritu sancto, sine differentia

discretionis sentimus: vt in

confessione vere, sempiter-

neque deitatis, et in personis

proprietas, et in essentia vnitas,

et in maiestate adoretur equa-

litas. Quez laudant angeli,

atque Archangeli, Cheru-

bim quoque ac Seraphim,

qui non cessant clamare quo-

tidie vna voce dicentes.

Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur in festis simplicibus, et diebus ferialibus, vbi propria non habetur.



Er omnia secula seculoruz. ℟. Amen. ℣. Dñs

vobiscuz. ℟. Et cuz spiritu

tuo. ℣. Sursum corda.

℟. Habemus ad dominum.

℣. Gratias agamus domino Deo nostro. ℟. Di-

gnum et iustum est. Prefatio.

Vere dignum ⁊ iustum est,

equum ⁊ salutare, nos tibi

semper ⁊ vbique gratias

agere, domine sancte, pa-

ter omnipotens, eterne

Deus, Per Christum do-

minum nostrum. Per quem

maiestatem tuam laudant

angeli, adorant dominatio-

nes, tremunt potestates.

Celi celorumque virtutes,

ac beata Seraphim, socia

exultatione concelebrant.

Cum quibus ⁊ nostras

voces, vt admitti iubeas

deprecamur, supplici con-

fessi one di cen tes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus sabaoth. Pleni sunt celi, ⁊ terra gloria tua. Osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini. Osanna in excelsis.


I·N·R·I



SACERDOS

extendens & iungens manus, eleuans ad celum oculos & statim demittens, inclinatus ante altare dicit.



TE igitur clementissime Pater, per Jesum Christum filium tuum dominum nostrum, supplices rogamus, ac petimus, Osculatur altare, Uti accepta habeas, & benedicas, Ter signet super oblata. Hec ✠ dona, hec ✠ munera, hec ✠ sancta sacrificia illibata. Extensis manibus prosequitur. In primis que tibi offerimus pro Ec



clesia tua sancta catholica; quam pacificare: custodire: adunare, et regere digneris toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo Papa nostro N. et antistite nostro N. et omnibus orthodoxis: atque catholice et apostolice fidei cultoribus.

Commemora. pro viuis.

Memento domine famulorum famularumque tuarum N. iungit manus: orat aliquantulum pro quibus orare intendit: et extensis manibus prosequitur. Et omnium circunstantium: quorum tibi fides cognita est: et nota deuotio: pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis: pro se, suisque omnibus: pro redemptione animarum suarum: pro spe salutis et incolumitatis sue tibi reddunt vota sua eterno deo viuo et vero.

Infra actionem.

Communicantes: et memoriam venerantes: in primis gloriose semper virginis Marie, genitricis dei et domini nostri Jesu Christi. Sed et beatorum apostolorum: ac martyrum tuorum: Petri et pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis, et Thadei, Lini, Cleti, Clementis, Xisti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosme et Damiani. Et omnium sanctorum tuorum: quorum meritis precibusque concedas, vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. iungit manus. Per eundem Christum dominum nostrum.

Tenens manus extensas super oblata dicit.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre, sed et cuncte familie tue, quesumus domine, vt placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab eterna damnatione nos eripi,

et in

⁊ in electorum tuorum iubeas grege numerari. Iungit manus. Per christum dominum nostrum.

Quam oblationem tu deus in omnibus, q̃sumus, signat ter super oblata. bene ✠ dictam, ascri ✠ ptam, ra ✠ tam, rationabilē, acceptabilēqʒ facere digneris, signat semel super hostias, ⁊ semel super calicem. vt nobis cor ✠ pus, ⁊ san ✠ guis fiat dilectissimi filii tui dñi nostri Jesu Christi.

Qui pridie, quam pateretur, accipit hostiam, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, eleuat oculos ad celum. Et eleuatis oculis in celum ad te Deum patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens, signat super hostiam, bene ✠ dixit, fregit, deditque discipulis suis dicens, accipite ⁊ mãducate ex hoc omnes. Tenens ambabus manibus hostiam: profert verba consecrationis distincte, secrete, ⁊ attente.

Hoc est enim corpus meum.

Prolatis verbis consecrationis, statim hostiam consecratã genuflexus adorat, surgit, ostendit populo, reponit super corporale, iterum adorat, ⁊ non disiungit pollices ⁊ indices, nisi quando hostia tractanda est, vsque ad ablutionem digitorũ. Tũc detecto calice dicit.

Simili modo postquam cenatum est, ambabus manibus accipit calicem, accipiens ⁊ hunc preclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agens, sinistra tenens calicem, dextra signat super eum. Bene ✠ dixit, deditqʒ discipulis suis, dicens. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes. Profert verba consecrationis

super calicem tenens il- lum parum eleuatum.

Hic est enim calix sangui- nis mei: noui ⁊ eterni te- stamenti: mysterium fi- dei: qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur in re- missionem peccatorum.

Prolatis verbis cõsecra tionis, deponit calicez su- per Corporale, ⁊ genufle- xus adorat: surgit, ⁊ osten dit populo, dicens. Hec quotiescunqz feceritis, in mei memoriam facietis. Deponit, cooperit, ⁊ ite- rum adorat. Deinde dis- iunctis manibus dicit.

Unde ⁊ memores do mine nos serui tui, sed ⁊ plebs tua sãcta, eius- dem Christi filii tui domi ni nostri, taz beate passio- nis, necnon ⁊ ab inferis Resurrectionis, sed ⁊ in celos gloriose Ascensio- nis, offerimus preclare maiestati tue, de tuis do- nis ac datis, signat ter su- per hostiam ⁊ calicem si- mul. hostiam ✠ puram, hostiam ✠ sanctam, ho- stiam ✠ immaculatam, signat semel super ho- stiam, ⁊ semel super cali- cem. panem ✠ sanctum vite eterne, ⁊ calicem ✠ salutis perpetue. extensis manibus prosequitur.

Supra que propitio ac sereno vultu respi cere digneris, ⁊ accepta habere: sicuti accepta ha- bere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, ⁊ sa- crificium patriarche nr̃i Abrahe: ⁊ qđ tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedec, sãctũ sacri- ficium, imaculatã hostiã. Profunde inclinatus iun ctis manibus dicit.

Supplices te roga- mus omnipotens Deus: iube hec perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuuz in conspectu diuine maie statis tue. Ut quotquot osculatur altare, ex hac altaris participatione, sa- cro-

crosanctum filii tui, signat semel super hostiaz, ꝛ semel super calicem. Cor ✠ pus ꝛ san ✠ guinem sumpserimus, omni benedictione celesti ꝛ gratia repleamur. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis.

Memento etiam domine famulorũ famularumque tuarum: qui nos precesserunt cuz signo fidei, ꝛ dormiunt in somno pacis. Hic iungit manus, orat aliquantulum pro his defunctis, pro quibus orare intendit: ꝛ extensis manibus prosequitur. Ipsis domine, ꝛ omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis, ꝛ pacis, vt indulgeas, deprecamur. Per eundez Christũ dominũ nostruz. Amen. Percutit pectus elata parum voce dicens.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis, de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam ꝛ societatem donare digneris, cum tuis sanctis apostolis ꝛ martyribus: cuz Joanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anastasia: ꝛ omnibus sanctis tuis. Intra quorum nos consortium, non estimator meriti, sed venie, q̃sumus, largitor admitte. Per Christum dominum nostruz.

Per quem hec omnia domine semper bona creas: signat ter super hostiam ꝛ calicem simul dicens. San ✠ ctificas: viui ✠ ficas: bene ✠ dicis, ꝛ prestas nobis, discooperit calicem, genuflectit, accipit sacramentum dextera, tenens sinistra calicem: signat cum hostia ter a labio ad labium calicis dicens. Per ip ✠ sum, ꝛ cum ip ✠ so, ꝛ in ip ✠ so: bis signat inter pectus ꝛ calicem. est tibi deo patri ✠ omnipotenti, in vnitate spiritus ✠ sancti, cic

inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

Sacerdos secrete respondet. Amen. Sequens cãtus dicitur in festis simplicibus, et ferialibus diebus.


Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Oremus. Preceptis salutaribus moniti, et diuina institutione formati audemus dicere.

M. N. R.

Pater noster, qui es in celis: Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in celo et in terra.


Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus de-



℟. Sed libera nos a malo.

Sacerdos submissa voce dicit Amē. Deinde accipit patenā inter indicē ⁊ mediū digitos, ⁊ dicit.

Libera nos, quęsumus, domine, ab omnibus malis, pręteritis, pręsentibus, ⁊ futuris: ⁊ intercedente beata ⁊ gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, ⁊ sanctis apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque Andrea cum omnibus sanctis: signat se cum patena a fronte ad pectus. Da propitius pacem in diebus nostris: vt ope misericordię tuę adiuti, ⁊ a peccato simus semp liberi, ⁊ ab omni perturbatione securi. Submittit patenam hostię, discooperit calicez, genuflectit, surgit, accipit hostiam, frangit eam super calicem per mediū, dicens. Per eundez dn̄m nostrum Jesum Christum filium tuū. Partez que in dextera est, ponit super patena. Deinde ex parte, que in sinistra remanserat, frangit particulaz dicens. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Aliam mediam partez cum ipsa sinistra ponit super patenam, ⁊ dextera tenens particulam paruam super calice, sinistra calicem, dicit.



lorum. ℟. Amen.

Cum ipsa particula signat ter super calicem, dicens.



Particulam ipsam imponit in calicem, dicens secrete.

Haec commistio ⁊ consecratio corporis ⁊ sanguinis domini nostri Jesu Christi, fiat accipientibus nobis in vitam ęternam. Amen. cooperit calicem, genuflectit, surgit, ⁊ inclinatus sacramento, iunctis manibus, ⁊ ter pectus percutiēs dicit.

Agnus Dei, qui tollis peccata mun-

mundi, miserere nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.
In missis pro defunctis, omisso miserere nobis, dicitur, dona eis requiē: ⁊ tertio additur sēpiternā. Tunc iunctis manibus inclinatus dicit sequētes orationes.

Domine Iesu Christe, qui dixisti apostolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata mea, sed fidem ecclesię tuę, eamque secundum voluntatem tuam pacificare ⁊ coadunare digneris. Qui viuis ⁊ regnas deus: per om. si danda est pax, osculatur altare, ⁊ dans pacem dicit. Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo. In missis defunctorum non datur pax, neque dicitur precedens Oratio.

Domine Iesu Christe, fili dei viui, qui ex volūtate patris cooperante spiritu sancto, per mortem tuam mundum viuificasti: libera me per hoc sacrosanctum corpus, ⁊ sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, ⁊ vniuersis malis: ⁊ fac me tuis inherere mandatis, ⁊ a te nunquam separari permittas. Qui cum eodem deo patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas deus in secula seculorum. Amen.

Perceptio corporis ⁊ sanguinis tui dn̄e Iesu Christe, quod ego indignus sumere presumo, non mihi proueniat in iudicium ⁊ condemnationem, sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis ⁊ corporis, ⁊ ad medelam percipiendā. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre, in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Amē. genuflectit, surgit, ⁊ dicit.

Panem celestē accipiam, ⁊ nomen domini inuocabo. accipit ambas partes hostię inter pollicem, ⁊ indicem sinistrę manus, ⁊ patenam inter eundē ⁊ indicem ⁊ medium, ⁊ dextera percutiens pectus, dicit ter.

Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meū: sed tantū dic verbo, ⁊ sanabitur anima mea. Postea dextera se signãs cū hostia sup patenā, dicit.

Corpus domini nostri Iesu Christi custodiat animā meam in vitam ęternam. Amē. sumit ambas partes hostię, iungit manus, ⁊ quiescit aliquantulū. Deinde discooperit calicē, genuflectit, extergit patenam super illum, ⁊ dicit.

Quid retribuā dn̄o pro omnibus, quę retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, ⁊ nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo dominum, ⁊ ab inimicis meis saluus ero. accipit Calicem, ⁊ eo se signans dicit.


Sanguis domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam ęternam. Amen. Sumit totum sanguinem cum particula. Quo sumpto, si qui sunt communicandi,


eos communicet, antequam se purificet. Postea dicit.

Quod ore sumpsimus Domine, pura mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.


Interim porrigit calicem ministro, qui infūdit ei parū vini, quo se purificat: deinde prosequitur.

Corpus tuū, domine, quod sumpsi, & sanguis quem potaui, adhereat visceribus meis, & presta: vt in me non remaneat scelerum macula: quem pura & sancta refecerunt sacramenta. Qui viuis & regnas in secula seculorū. Amen. Sumit ablutionez, extergit, & operit calicez more solito, & prosequitur Missam. Tempore Paschali, hoc est, a Missa sabbati sancti vsque ad sabbatū in Albis inclusiue.







In festis duplicibus.







In missis beate Marie.






In festis semiduplicibus: infra octauas: & Dominicis diebus infra annum.





In festis simplicibus.



In ferijs.




In missis defunctorum.



In Dominicis diebus tempore Aduentus & Quadragesime.





Dicto Ite missa est, vel Benedicamus domino, inclinat se ante medium Altaris, ⁊ dicit.

PLaceat tibi sancta Trinitas obsequium seruitutis meę, ⁊ pręsta: vt sacrificiuȝ, quod oculis tuę maiestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihique, ⁊ omnibus pro quibus illud obtuli, sit te miserante propitiabile. Per Christum dominum nostrum. Amen. Deinde benedicit populum. Benedicat voȝ omnipotēȝ Deuȝ, pa ✠ ter: ⁊ fi ✠ lius: ⁊ Spiritus ✠ sanctus. Deinde prosequitur.


Initiū sancti euang. sm Joanē.

ca.1



IN principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud Deum: ⁊ Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deū. Omnia per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factum est nihil, quod factū est. In ipso vita erat: ⁊ vita erat lux hominū. Et lux in tenebris lucet: ⁊ tenebrę eaȝ non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joanneȝ. Hic venit in testimonium, vt testimoniuȝ perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnem hominem venienteȝ in hunc mundū. In mundo erat: ⁊ mundus per ipsum factus est: ⁊ mundus eum non cognouit. In propria venit, ⁊ sui eum nō receperunt. Quotquot aūt receperunt eū, dedit eis potestatem filios Dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui nō ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factuȝ est, ⁊ habitauit in nobis (⁊ vidimus gloriam eiuȝ, gloriam quasi vnigeniti à patre) plenum gratię ⁊ veritatis.

¶ Dominica resurrectionis Domini. Statio ad sanctam Mariā maiorem. Introitus.



REsurrexi, ⁊ adhuc tecū sum, alleluia: posuisti super me manuȝ tuā, Alleluia: mirabilis facta est scientia tua, Alleluia, alleluia. psal. 138

Psalmuȝ. Domine probasti me: ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam ⁊ resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut. Oratio.

DEus, qui hodierna die, per vnigenitum tuum, ęterni-

tatis nobis aditum deuicta morte reserasti: vota nostra, que preueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. ca. 5 Fratres. Expurgate vetus fermentum: vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum imolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitie et nequitie: sed in azymis synceritatis et veritatis. Graduale.

psal. 117 Hec dies quam fecit dominus, exultemus et letemur in ea. ℣. Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Alleluia, alleluia. ℣. Pascha nostrum immolatus est Christus. Sequentia.

Victime paschali laudes immolent Christiani. Agnus redemit oues: Christus innocens patri reconciliauit peccatores. Mors, et vita, duello confixere mirando: dux vite mortuus regnat viuus. Dic nobis Maria, quid vidisti in via? Sepulcrum Christi viuentis et gloriam vidi resurgentis. Angelicos testes, sudarium, et vestes. Surrexit Christus spes mea: precedet vos in Galileam. Scimus Christum surrexisse a mortuis vere: tu nobis victor rex miserere. Amen. Alleluia.

Sequentia dicitur vsque ad sabbatum in albis inclusiue.

Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.



In illo tempore: Maria Magdalene, et Maria Jacobi, et Salome, emerunt aromata: vt venientes vngerent Jesum. Et valde mane vna sabbathorum, veniunt ad monumentum orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida: et obstupuerunt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Jesum queritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hic: ecce locus, vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius, et Petro: quia precedet vos in Galileam. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Credo. Offer. Terra tremuit, et quieuit, dum resurgeret in iudicio Deus, Alleluia. Secre.

Suscipe, quesumus domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiata mysterijs, ad eternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per dominum.

Com. Pascha nostrum immolatus est Christus, Alleluia: itaque epulemur in azymis synceritatis et veritatis, Alleluia, alleluia, alleluia. Postcommunio.

Spiritum nobis domine tue

tue charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per dñm. in vnitate eiusdem. post Dñs vobiscũ, dicitur Ite missa est, alleluia allia. ℟. Deo gratias, alleluia alla. Sic dicit vsque ad sabbatū in Albis inclusiue. Infra octauā pasche non fit de aliquo festo duplici vel semiduplici, sed post octauā celebratur. De simplici autem fit tantū commemoratio post triduum.

¶ Feria ij. Statio ad sanctum Petrum. Introitus.



Introduxit vos dominus in terram fluentem lac et mel, Alleluia: et vt lex domini semper sit in ore vestro Alleluia, alleluia. psal. Confitemini domino, et inuocate nomen eius: annũciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri. Oro.

psal. 104

O Deus, qui sollemnitate paschali mundo remedia contulisti: populum tuũ, quesumus, celesti dono prosequere: vt et perfectam libertatem consequi mereamur: et ad vitam proficiat sempiternam. Per dominum nost.

Lectio actuum apostolorum.

ca 10

In diebus illis: Stans Petrus in medio plebis, dixit. Viri fratres, vos scitis quod factum est verbum per vniuersam Judeam: incipiens enim à Galilea, post baptismū quod predicauit Joānes, Jesũ à Nazareth: quomodo vnxit eũ deus spiritu sancto et virtute: qui pertransijt benefaciendo, et sanando omnes oppressos à diabolo: quoniam Deus erat cũ illo. Et nos testes sumus omnium que fecit in regione Judeorum et Hierusalē: quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc deus suscitauit tertia die: et dedit eū manifestū fieri, non omni populo: sed testibus preordinatis à deo, nobis qui manducauimus et bibimus cũ illo postquam surrexit à mortuis. Et precepit nobis predicare populo et testificari: quia ipse est qui constitutus est à deo iudex viuorum et mortuorum. Huic omnes prophete testimonium perhibent, remissionē peccatorũ accipere p nomē eius oēs qui credunt in eũ. Gradu. Hec dies, quā fecit dñs: exultemus: et letemur in ea. ℣. Dicat nũc Israel quoniam bonus, quoniā in seculū misericordia eius. Alleluia, alleluia. ℣. Angelus domini descendit de celo: et accedens reuoluit lapidē, et sedebat super eũ.

psal. 117

Seq. sancti euange. sm Lucam.



ca. 24

In illo tempore: Duo ex discipulis Jesu ibāt ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emmaus. Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus que

accideránt. Et factum est: dum fabularentur & secum quererent, & ipse Jesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti que facta sunt in illa, his diebus? Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt. De Jesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram deo & omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes & principes nostri in dánationem mortis: & crucifixerunt eú. Nos aút sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel. Et nunc super hec omnia, tertia dies est hodie q̄ hec facta sút. Sed & mulieres quędá ex nostris, terruerunt nos, que ante lucem fuerút ad monumentú: & nó inuéto corpore eius, venerunt, dicentes se etiá visionem angelorum vidisse, qui dicunt eú viuere. Et abiérút quidá ex nostris ad monumétú: & ita inuenerút, sicut mulieres dixerunt: ipsú vero nó inuenerút. Et ipse dixit ad eos. O stulti, & tardi corde ad credendum in oíbus q̄ locuti sunt prophete. Nónne hec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriá suam? Et incipiens á Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in oíbus scripturis que de ipso erát. Et appropinquauerunt castello quo ibant: & ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illú dicentes. Mane nobiscum, qm̄ aduesperascit, & inclinata est iá dies. Et intrauit cum illis. Et factú est: dum recúberet cú illis, accepit paně, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorú, & cognouerunt eum: & ipse euánuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem. Nónne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes: quia surrexit dominus vere, & appáruit Simóni. Et ipsi narrabant que gesta erát in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Offertorium.

Angelus dñi descendit de cęlo, Mat.
& dixit mulieribus: quě queritis, 28
surrexit, sicut dixit, Allá. Secre.

Suscipe, quesumus domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiata mysteriis, ad eternitatis nobis medelá te operáte proficiát. Per dñm. Coio.

Surrexit dñs, & apparuit Petro, Alleluia. Postcommunio.

Spiritum nobis dñe tue charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per dominú. in vnitate eiusdě.

¶ Feria iii. Statio ad sanctum Paulum. Introitus.

Aqua

Nu. 20 Eccl. 15

Qua sapientię potauit eos, Alleluia: firmabitur in illis, ⁊ non flectet, Alleluia: ⁊ exaltauit eos in eter-
psal. 104
nū, Alleluia, Alleluia. ps. Confitemini dño, ⁊ inuocate nomen eius: annūciate inter gētes opa eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui ecclesiam tuam nouo semper fętu multiplicas: concede famulis tuis: vt sacramentū viuēdo teneant, quod fide perceperunt. Per dominū.

Lectio actuum apostoloꝝ.

ca. 13
In diebus illis. Surgens Paulus, ⁊ manu silentiū indicens, ait. Uiri fratres, filij generis Abraham, ⁊ qui in vobis timent deū: vobis verbū salutis huius missū est. Qui enim habitant Hierusalē, ⁊ principes eius ignorantes Iesum, ⁊ voces prophetarum, quę per omne sabbatum leguntur, iudicantes impleuerunt: ⁊ nullam causam mortis inueniētes in eo, petierūt à Pilato, vt interficerēt eū. Cumqꝫ cōsummassent omnia quę de eo scripta erāt: deponētes eū de ligno posuerunt eum in monumento. Deus autē suscitauit eum à mortuis tertia die. Qui visus est per dies multos his, qui ascenderāt simul cum eo de Galilęa in Hierusalem. qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eā, quę ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc deus adimpleuit filijs vestris, resuscitans Jesum Christū dominum nostrū.

Graduale. Hęc dies quam fecit dominus: exultemus ⁊ lętemur in ea. psal. 117
℣. Dicant nunc qui redempti sunt à dño: quos redemit de manu inimici: ⁊ de regionibus congregauit eos. Alla, Alla. ℣. Surrexit dñs de sepulcro, q pro nobis pepēdit i ligno.

Sequentia sancti euangelij secūdum Lucam.

In illo tempore. Stetit Jesus in medio discipulorum ca 24
suorum, ⁊ dixit eis. Pax vobis. Ego sū: nolite timere. Conturbati vero ⁊ conterriti, existimabant se spiritū videre. Et dixit eis. Quid turbati estis, ⁊ cogitationes ascendūt in corda vestra? Uidete manus meas ⁊ pedes meos: quia ego ipse sū. Palpate ⁊ videte: quia spiritus carnem ⁊ ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cū hoc dixisset, ostēdit eis manus ⁊ pedes. Adhuc autē illis non credentibus, ⁊ mirātibꝰ prę gaudio dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partē piscis assi, ⁊ fauū mellis. Et cū manducasset corā eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hęc sūt verba quę locutus sū ad vos: cū adhuc essē vobiscū: quoniā necesse est impleri omnia q̄ scripta sūt in lege Moysi, ⁊ pphetis, ⁊ psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Et dixit eis. Qm̄ sic scriptū est,

⁊ sic

ꝛ sic oportebat Christum pati, ꝛ resurgere a mortuis die tertia: ꝛ predicari in nomine eius penitentiam ꝛ remissionem peccatorum in omnes gentes. Credo.

psal. 17 Offerto. Intonuit de celo dominus: ꝛ altissimus dedit vocē suam: ꝛ apparuerunt fontes aquarum, Alleluia. Secreta.

SUscipe domine fideliū preces cum oblationibus hostiarum: vt per hec pie deuotionis officia, ad celestem gloriam transeamus. Per dominum nostrū.

Col. 3 Comu. Si consurrexistis cū Christo, que sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera dei sedens, Alleluia, que sursum sunt sapite, Alleluia. Postcōio.

COncede, quesumus omnipotens deus: vt paschalis perceptio sacramēti, cōtinua in nostris mentibus perseueret. Per.

¶ Feria iiij. Statio ad sanctum Laurentium extra muros. Introitus.

Mat. 25 
Enite benedicti patris mei: pcipite regnū, Alleluia: qd vobis paratū est ab origine mūdi, Alleluia, Alleluia, alleluia.

psal. 95 Ps. Cātate dño canticū nouū: cātate dño omnis terra. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus qui nos resurrectionis dominice annua sollemnitate letificas: concede propitius: vt per temporalia festa que agimus, puenire ad gaudia eterna mereamur. Per eundem dñm.

Ab hac die vsqꝫ ad octauā, post orōnem dici dr vna et sequentibus orationibus tantū. Cōtra persecutores ecclesie. Oratio.

ECclesie tue, quesumus dñe, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, ꝛ erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per. Uel p papa.

DEus omnium fidelium pastor, ꝛ rector, famulum tuū N. quē pastorē ecclesie tue preesse voluisti, propitius respice: da ei, qsumus, verbo ꝛ exemplo quibus preest, proficere: vt ad vitā, vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dñm.

Lectio actuum apostolorum. ca. 3

IN diebus illis. Aperiens Petrus os suū, dixit. Uiri Israelite, ꝛ qui timetis deum, audite. Deus Abrahā, ꝛ deꝰ Isaac, ꝛ deus Jacob, deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Jesum, quē vos quidem tradidistis ꝛ negastis ante faciē Pilati, iudicante illo dimitti. Uos autē sanctum ꝛ iustum negastis, ꝛ petistis virum homicidā donari vobis: authorē vero vite interfecistis, quem deus suscitauit a mortuis, cuius nos testes sumus. Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis, sicut ꝛ principes vestri. Deus autem qui prenunciauit per os omniū prophetarū pati Christum suū impleuit sic. Penitemini igitur, ꝛ conuertimini: vt deleantur peccata vestra.

Graduale. Hec dies quam fecit. psal. 117

cit dominus: exultemus, & letemur in ea. ℣. Dextera domini fecit virtuté: dextera domini exaltauit me: dextera dñi fecit virtuté. Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit dñs vere: & apparuit Petro.

Seq. sancti euange. s'm Joánẽ.

ca. 24



In illo tempore. Manifestauit se iterum Jesus discipulis suis ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael q erat à Cana Galileę, & filij Zebedęi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simõ Petrus. Vado piscari. Dicũt ei. Venimus & nos tecum. Et exierũt & ascenderunt in nauiz: & illa nocte nihil prendiderũt. Mane autem facto, stetit Jesus in litor: nõ tamẽ cognouerunt discipuli quia Jesus est. Dicit ergo eis Jesus. Pueri, nunquid pulmẽtarium habetis? Responderũt ei: Non. Et dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: & inuenietis. Miserũt ergo: & iam non valebant illud trahere prę multitudine pisciuz. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Jesus, Petro. Dñs est: Simon ergo Petrus cum audisset quia dominus est: tunicá succinxit se, (erat eniz nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt (non eniz longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahẽtes rete pisciuz. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panez. Dicit eis Jesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon petrus, & traxit rete in terraz plenũ magnis piscibus, centũ quinquaginta tribus. Et cũ tanti essent, non est scissuz rete. Dicit eis Jesus. Venite, prandéte. Et nemo audebat discumbentium interrogare eũ, Tu quis es? sciẽtes quia dñs est. Et venit Jesus, & accepit panẽ, & dabat eis: & piscez similiter. Hoc iaz tertio manifestatus est Jesus discipulis suis, cum resurrexisset à mortuis.

Credo. Offerto. Portas cęli aperuit dominus: & pluit illis mã psal. 77
na vt ederent: panem cęli dedit eis: panem angeloruz manducauit homo, Alleluia. Secreta.

Sacrificia domine paschalibus gaudijs immolamus: quibus ecclesia tua mirabiliter & pascitur & nutritur. Per dominum nostruz Jesũ. Alia secreta.

Protege nos dñe tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominuz nostrũ. Vel pro papa.

Oblatis, quęsumus, domine, placare muneribus: & famulũ tuum N. quem pastorez ecclesię tuę esse voluisti, assidua protectione guberna. Per do.

Cõmu. Christus resurgens ex Ro. 6
mortuis, iã non moritur, alleluia: mors

mors illi vltra non dominabitur, Alleluia, Alleluia. Postcōmu.

AB omni nos, quesumus domine, vetustate purgatos, sacramenti tui venerāda perceptio in nouā transferat creaturā. Qui viuis ꝛ. Alia postcōio.

QUesumus domine deus noster, vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nō sinas subiacere periculis. Per dominum. Vel pro papa.

HAec nos, quesumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: ꝛ famulū tuū N. quē pastorē ecclesie tue esse voluisti, vna cū cōmisso sibi grege, saluet semper ꝛ muniat. Per dn̄z.

¶ Feria v. Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introi.

Sap. 10



VIctricem manum tuam domine laudauerūt pariter, Alleluia: q2 sapientia aperuit os mutū, ꝛ linguas infantiū fecit disertas, Alleluia, alleluia. ps. Cantate domino canticum nouū: quia mirabilia fecit. ℣. Gloria patri. Oratio.

psal. 97

DEus, qui diuersitatem gentium in confessione tui nominis adunasti: da, vt renatis fōte baptismatis, vna sit fides mētiū, ꝛ pietas actionū. Per dn̄z. vel Ecclesie tue. vel Deus omnium. Ut in feria precedenti.

Lectio actuum apostolorum.

ca. 8

IN diebus illis. Angelus domini locutus est ad Philippū, dicens. Surge, ꝛ vade cōtra meridianum, ad viam que descendit ab Hierusalem in Gazam: hec est deserta. Et surgens abijt. Et ecce, vir ethiops eunuchus, potens Candacis regine Aethiopū, qui erat super omnes gazas eius, venerat adorare in Hierusalē: ꝛ reuertebat sedēs super currū suū, legensque Isaiam prophetam. Dixit autē spiritus Philippo. Accede, ꝛ adiūge te ad currum istū. Accurrens autem Philippus, audiuit illum legentem Isaiā prophetam: ꝛ dixit. Putas ne intelligis q̄ legis? Qui ait. Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitq3 Philippum, vt ascēderet, ꝛ sederet secum. Locus autem scripture, quam legebat, hic erat. Taquam ouis ad occisionē ductus est: ꝛ sicut agnus corā tondente se, sine voce, sic nō aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationē eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Respondens autem eunuchus Philippo, dixit. Obsecro te, de quo propheta dicit hoc: de se, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os suum, ꝛ incipiens a scriptura ista, euangelizauit illi Iesum. Et dum irent per viā, venerunt ad quandam aquā: ꝛ ait eunuchus. Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Dixit autē Philipp9. Si credis ex toto corde, licet. Et respondēs, ait. Credo filiū dei esse Iesū Christū.

Et

Et iussit stare currum: ⁊ descenderunt vterq; in aquam, Philippus ⁊ eunuchus: ⁊ baptizauit eũ. Cum autẽ ascendissent de aqua, Spiritus dñi rapuit Philippuz, ⁊ amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem per viam suaz gaudens. Philippus autem inuentus est in Azoto. Et pertransiens euãgelizabat ciuitatibus cũctis, donec veniret Cesareaz, nomen dñi Jesu Christi. Gradua.

psal. Hec dies quam fecit dominus:
117 exultemus ⁊ letemur in ea. ℣. Lapidez quem reprobauerunt edificãtes, hic factus est in caput anguli: à domino factũ est istud: ⁊ est mirabile in oculis nostris. Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit Christus, qui creauit omnia: ⁊ misertus est humano generi.

ca. Seq. sancti euang. sm Joãnez.
20



In illo tempore. Maria stabat ad monumentum foris, plorãs. Duz ergo fleret, inclinauit se, ⁊ pspexit in monumẽtũ. Et vidit duos angelos in albis, sedẽtes, vnũ ad caput ⁊ vnũ ad pedes, vbi positũ fuerat corpus Jesu. Dicũt ei illi. Mulier, quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dñm meuz: ⁊ nescio vbi posuerũt euz. Hec cũ dixisset, conuersa est retrorsum, ⁊ vidit Jesuz stãtẽ: ⁊ nõ sciebat q: Jesus est. Dicit ei Jesus. Mulier quid ploras? Quez queris? Illa existimãs quia hortulanus esset, dicit ei. Dñe, si tu sustulisti euz, dicito mihi vbi posuisti eũ, ⁊ ego eũ tollã. Dicit ei Jesus. Maria. Cõuersa illa, dicit ei. Rabboni, qd dicitur magister. Dicit ei Jesus. Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, ⁊ dic eis. Ascendo ad patrez meũ ⁊ patrem vestrum, deum meum ⁊ deum vestrum. Venit Maria Magdalene annuncians discipulis, quia vidi dñm, ⁊ hec dixit mihi. Credo. Offertori. In die Exo.
sollemnitatis vestre, dicit domi- 13
nus, inducã vos in terram fluentem lac ⁊ mel, Alleluia. Secreta.

Suscipe, quesumus dñe, munera populorum tuorum propitius: vt confessione tui nominis, ⁊ baptismate renouati sẽpiternã beatitudinẽ consequantur. Per dominum nostrum Jesum Christũ. vel Protege nos. vel Oblatis. vt in feria precedẽti. Cõio. Populus acquisitio- 1.pet.
nis annunciate virtutes eius, al- 2
leluia: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum, Alleluia. Postcommunio.

Exaudi dñe preces nostras: vt redemptionis nostre sacrosancta commercia, ⁊ vite nobis conferant presentis auxiliuz, ⁊ gaudia sempiterna concilient. Per dominum no. vel Quesumus domine, vel Hec nos. vt in feria precedenti. Feria. vj. Statio ad sanctam Mariam rotundam. Introitus.

Eduxit

psal. 77

Duxit eos dñs in spe, alleluia: & inimicos eorum operuit mare, alleluia, alleluia alleluia. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui paschale sacramentum in reconciliationis humane federe contulisti: da mentibus nostris, vt quod professione celebramus, imitemur effectu. Per dominum nostrum Je. vel Ecclesie tue. vel Deus omnium, vt in iiii. feria precedenti. Lectio epistole beati Petri apostoli.

1. ca. 3 Charissimi. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant spiritibus, veniens predicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca: in qua pauci, idest octo aie salue facte sunt per aquam. Quod & vos nunc similis forme saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientie bone interrogatio in deum, per resurrectionem Jesu Christi domini nostri, qui est in dextera dei. Graduale. Hec dies quam fecit dominus: exultemus & letemur in ea. ℣. Benedictus qui venit in nomine domini: deus dominus & illuxit nobis. Alleluia alleluia. ℣. Dicite in gentibus: quia dominus regnauit a ligno. Seq. sancti euang. secundum Matthe.

In illo tempore. Undecim discipuli abierunt in Galileam, in montem vbi constituerat illis Jesus. Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens Jesus locutus est eis, dicens. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Euntes ergo, docete oes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quecunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Credo. Offertori. ca. 28

Erit vobis hec dies memorialis, Alleluia: & diem festum celebrabitis sollenem dño in progenies vestras: legitimum sempiternum diem, Alleluia, alleluia, alleluia. Secr. Leu. 23

Hostias, quesumus dñe, placatus assume: quas & pro renatorum expiatione peccati deferimus, & pro acceleratione celestis auxilij. Per dñm nostrum Jesum. vel Protege nos. vel Oblatis. vt in iiij. feria precedenti. Cōio.

Data est mihi omnis potestas in celo & in terra, alleluia, euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris & filij & spiritus sancti, Alleluia. Postcōio.

Respice, quesumus domine, populum tuum: &, quem eternis dignatus es renouare my-

mysterijs à temporalibus culpis dignanter absolue. Per dñm. vel Quesumus dñe. vel Hec nos. Ut in iiij. feria precedenti.

¶ Sabbato in albis. Statio ad sanctũ Joãnẽ in Later. Intro.

psal. 104



Eduxit dominus populum suum in exultatione, Alleluia: et electos suos in letitia, Alleluia, alleluia. ps. Confitemini dño, et inuocate nomen eius: annunciate inter gẽtes opera eius. ℣. Gloria patri. Oro.

Concede quesumus omnipotens deus: vt, qui festa paschalia venerãdo egimus, per hec cõtingere ad gaudia eterna mereamur. Per dominuz nost. vel Ecclesie tue. vel Deus omnium. vt in iiij. feria precedenti.

Lectio eple beati Petri apli.

1. ca. 2

Charissimi: Deponentes omnẽ malitiã, et omnez dolũ, et simulationes, et inuidias, et oẽs detractiones: sicut modò geniti infãtes, rationabiles, sine dolo, lac cõcupiscite: vt in eo crescatis in salutẽ: si tamẽ gustatis, quoniã dulcis est dominus. Ad quẽ accedentes, lapidẽ viuum, ab hominibus quidez reprobatum, à deo autem electum et honorificatũ, et ipsi tanquez lapides viui superedificamini, domus spiritualis, sacerdotiũ sanctuz, offerẽtes spirituales hostias, acceptabiles deo per Jesum Christum: Propter quod continet scriptura. Ecce ponã in Sion lapidez summum angularem, probatum, electum, preciosuz. Et qui crediderit in illuz, nõ confundetur. Uobis igitur honor credentibus. Nõ credẽtibus autẽ, lapis quez reprobauerũt edificantes, hic factus est in caput anguli: et lapis offẽsionis et petra scãdali, his qui offendũt verbo, nec credunt, in quo et positi sunt. Uos autez genus electũ, regale sacerdotiũ, gẽs sancta, populus acquisitionis: vt virtutes eius annũcietis q de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suũ. Qui aliquando nõ populus: nunc autem populus Dei. Qui nõ consecuti misericordiã: nunc autez misericordiã consecuti. ¶ Ab hac die vsq3 ad octaua Pẽtecostes, tam in officio de tempore, quàm de sanctis, nõ dicitur Graduale: sed eius loco dicuntur duo versus cũ quatuor Alleluia, ordine infrascripto: preterquam in missis Rogationuz, et vigilie Pentecostes, in quibus dicitur vnũ Alleluia, cũ vno versu: similiter et post quamlibet prophetiaz in sabbato Quatuor tẽporuz post Pent. Alio tempore vsq3 ad Septuagesimã, quando dicitur Graduale, dicuntur tria Alleluia, post Graduale, bis ante versuz, et semel post versuz, cuz aũt dicitur Sequentia Alleluia, quod dicendum est post versum, dicitur post Sequentiam.

Alleluia, alleluia. ℣. Hec dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea. Alleluia. ℣. Laudate

date pueri dñm, laudate nomen dñi. Victime Paschali, et in fine Alleluia. Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

ca. 20


In illo tempore. Una sabbati, Maria Magdalene venit mane cũ adhuc tenebre essent, ad monumẽtuz: et vidit lapidẽ sublatuz a monumẽto. Cucurrit ergo, et venit ad Simonẽ Petruz, et ad aliũ discipulũ quẽ diligebat Jesus: et dicit eis. Tulerũt dñm de monumẽto: et nescimus vbi posuerunt eum. Exijt ergo Petrus et ille alius discipulus: et venerũt ad monumentum. Currebant autem duo simul: et ille alius discipulus pcucurrit citius Petro, et venit primus ad monumẽtũ. Et cuz se inclinasset, vidit liteamina posita: non tamẽ introiuit. Uenit ergo Simon Petrus sequẽs eũ, et introiuit in monumentum: et vidit linteamina posita, et sudariuz qd fuerat super caput eius, nõ cũ linteaminibus positum, sed separatim inuolutũ in vnum locũ. Tũc ergo introiuit et ille discipulus q venerat primus ad monumentum: et vidit, et credidit. Nonduz enim sciebant scripturas, quia oportebat eum a mortuis resurgere. Credo. Offerto. Benedictus qui venit in nomine domini: benedirimus vobis de domo domini: deus dñs et illuxit nobis, Alleluia, alleluia. Secreta.

psal. 117

Concede, quesumus domine, semper nos per hec sacramysteria paschalia gratulari: vt continua nostre reparationis operatio, pptue nobis fiat causa letitie. Per do. vel Protege. vel Oblatis. vt in feria precedẽti. Cõio. Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis, Alleluia. Postcommunio.

gal. 3

Redemptionis nostre munere vegetati, quesumus dñe: vt hoc perpetue salutis auxilio, fides semper vera pficiat. Per. vel Quesumus dñe. vel Hec nos. vt in feria precedẽti.

¶ Dominica in octaua Pasche. Statio ad sanctum Pancratium. Introitus.



Quasi modo geniti infantes, alleluia: rationabiles sine dolo, lac concupiscite, Alleluia, Alleluia. Psalm. 1. pet. 2

Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo Jacob. V. Gloria. Oro.

psal. 80

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui paschalia festa peregimus: hec te largiẽte moribus et vita teneamus. Per dominum nostrum Je. Lectio epistole beati Joannis apostoli.

Charissimi. Omne quod natuz est ex deo: vincit mũduz. Et hec est victoria que vincit mundum: fides nostra. Quis est autez, qui vincit mundum: nisi qui credit, quoniam Jesus est filius 1. ca. 5

filius Dei: Hic est, qui venit per
aquam ꝛ sanguinem Jesus Chri
stus. Non in aqua solum: sed in
aqua ꝛ sanguine. Et spiritus est,
qui testificatur, quoniam Chri
stus est veritas. Quoniã tres sũt
qui testimoniũ dãt in celo: pater,
verbum, ꝛ spiritus sanctus: ꝛ hi
tres, vnũ sunt. Et tres sunt, qui
testimoniũ dãt in terra: spiritus,
aqua, ꝛ sanguis: ꝛ hi tres, vnum
sunt. Si testimoniũ hominuʒ ac
cipimus: testimoniuʒ Dei maius
est. Quoniam hoc est testimo
nium dei quod maius est: quiã
testificatus est de filio suo. Qui
credit in filiuʒ dei: habet testimo
Mat. nium dei in se. Alleluia, alleluia.
28 ℣. In die resurrectionis mee, di
cit dominus, precedã vos in Ga
Joã. lileam. Alleluia. ℣. Post dies
20 octo, ianuis clausis, stetit Jesus
in medio discipulorum suorum,
ꝛ dixit: pax vobis. Alleluia.

Seq. san. euang. scdm Joãnem.

ca. 20 
In illo tem
pore. Cuʒ
esset sero die il
la, vna sabbato
rum, ꝛ fores es
sent clause, vbi
erant discipuli
congregati pro
pter metum Ju
deorũ: venit Jesus, ꝛ stetit in me
dio eorũ, ꝛ dicit eis. Pax vobis.
Et cum hoc dixisset, ostendit eis
manus ꝛ latus. Gauisi sunt er
go discipuli viso dño. Dixit ergo
eis iterũ. Pax vobis. Sicut mi
sit me pater, ꝛ ego mitto vos.

Hec cũ dixisset, insufflauit: ꝛ dicit
eis. Accipite spiritum sanctum:
quorũ remiseritis peccata, remit
tuntur eis: ꝛ quorũ retinueritis:
retẽta sunt. Thomas autẽ vnus
de duodecim, q dicit Didymus,
nõ erat cũ eis, quando venit Je
sus. Dixerunt ergo ei alij discipu
li. Vidimus dñʒ. Ille autẽ dixit
eis. Nisi videro in manibus eius
fixuraʒ clauorũ, ꝛ mittã digitum
meũ in locũ clauorum, ꝛ mittam
manũ meaʒ in latus eius: nõ cre
daʒ. Et post dies octo, iteruʒ e
rant discipuli eius intus: ꝛ Tho
mas cum eis. Venit Jesus ianu
is clausis, ꝛ stetit in medio, ꝛ di
xit. Pax vobis. Deinde dicit
Thome. Infer digitũ tuũ huc, ꝛ
vide manus meas, ꝛ affer manuʒ
tuã, ꝛ mitte in latus meuʒ: ꝛ noli
esse incredulus, sed fidelis. Respõ
dit Thomas, ꝛ dixit ei: Dñs me
us, ꝛ deus meus. Dicit ei Jesus.
Quia vidisti me Thoma, credidi
sti: beati q nõ viderũt, ꝛ credide
rũt. Multa qdem ꝛ alia signa fe
cit Jesus in conspectu discipulo
rũ suorũ, que non sunt scripta in
libro hoc. Hec aũt scripta sunt,
vt credatis qꝛ Jesus est filius dei:
ꝛ vt credentes, vitaʒ habeatis in
noie eius. Credo. Offer. An mat.
gelus dñi descendit de celo, ꝛ di 28
xit mulieribus: queʒ queritis, sur
rexit, sicut dixit, Alleluia. Secre.
Suscipe munera, quesumus
dñe, exultantis ecclesie: ꝛ
cui causaʒ tãti gaudij prestitisti, p
petue fructũ ꝯcede letitie. Per.
Comu. Mitte manũ tuã, ꝛ co Joã.
20

gnosce loca clauorum, alleluia: & noli esse incredulus, sed fidelis, alleluia, alleluia. Postcõmunio.

Quesumus domine Deus noster: vt sacrosancta mysteria, que pro reparationis nostre munimine cõtulisti, & presens nobis remedium esse facias, & futurũ. Per do. ¶ A feria ij. post octa. Pasche, vsq; ad Ascẽ. post orationẽ diei dicunt orationes sequẽtes, si non est festũ duplex.

De beata virgine Oratio.

Concede nos famulos tuos, quesumus domine deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beate Marie semper virginis intercessione, a presenti liberari tristitia, & eterna perfrui letitia. Per.

Contra persecutores Ecclesie.

Ecclesie tue, quesumus domine, preces placatus admitte: vt, destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostruz. Vel pro Papa.

Deus omnium fidelium pastor & rector, famulũ tuum N. quẽ pastorez ecclesie tue preesse voluisti, propitius respice: da ei q̃sumus, verbo & exemplo, quibus preest, proficere: vt ad vitaz, vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dñm.

De beata virgine. Secreta.

Tua dñe propitiatione, & beate Marie semper virginis intercessione, ad perpetuã atque presentez, hec oblatio nobis proficiat, prosperitatez & pacez.

Cõtra psecutores ecclesie. Secr.

Protege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt, diuinis rebus inherentes, & corpore tibi famulẽmur, & mente. Per dominũ nostrũ. Vel pro Papa.

Oblatis, quesumus domine, placare muneribus: & famulũ tuuz N. quem pastorem ecclesie tue pesse voluisti, assidua protectione guberna. Per do.

De beata virgine. Postcõmu.

Sumptis domine salutis nostre subsidijs, da q̃sumus, beate Marie semp virginis patrocinijs nos vbiq; protegi: in cuius veneratione, hec tue obtulimus maiestati. Contra persecutores Ecclesie. Postcõmun.

Quesumus dñe deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudẽre, humanis nõ sinas subiacẽre periculis. Per dominum. Vel pro Papa.

Haec nos, quesumus dñe, diuini sacramenti pceptio protegat: & famulũ tuũ N. quez pastorez ecclesie tue pesse voluisti, vna cuz cõmisso sibi grege, saluet semper & muniat. Per dñm.

¶ Dominica Secunda post Pascha. Introitus.



Misericordia domini plena est terra, alleluia: verbo dñi celi firmati sunt, alleluia, alleluia. Psal. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria pat. Oratio. psal. 32

Deus,

Deus, qui in filij tui humilitate iacentē mundū erexisti: fidelibus tuis perpetuā cōcede letitiā: vt, quos ppetue mortis eripuisti casibus, gaudijs facias sēpiternis perfrui. Per eun. Et dicitur Concede nos famulos tuos. Ecclesie tue. vel Deus omniū fidelium pastor. vt in dnica in octaua pasche. Lectio epistole beati Petri apostoli.

i. ca. 2 Charissimi: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplū, vt sequamini vestigia eius. Qui peccatū nō fecit: nec inuētus est dolus in ore eius. Qui cū malediceretur, non maledicebat. Cū pateretur, nō cōminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra ipse ptulit in corpore suo super lignū: vt peccatis mortui iustitie viuamus. Cui⁹ liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorē et episcopum animarum vestrarū. Alleluia, alleluia.

Luc. 24 ℣. Cognouerunt discipuli dominū Jesū in fractione panis. Alleluia. ℣. Ego sum pastor bonus, et cognosco oues meas, et cognoscunt me mee. Alleluia.

Seq. sancti euang. sm Joannē.

ca. 10 In illo tēpore: Dixit Jesus phariseis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animā suā dat pro ouib⁹ suis. Mercenari⁹ autē, et qui non est pastor, cuius non sunt oues proprie, videt lupū venientē, et dimittit oues, et fugit: et lupus rapit, et dispgit oues. Mercenarius autē fugit, qa mercenarius est: et nō pertinet ad eū de ouibus. Ego sum pastor bonus, et cognosco oues meas, et cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater, et ego agnosco patrē: et animā meā pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, que nō sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere, et vocē meam audient: et fiet vnum ouile et vnus pastor. Credo. Offer. Deus de⁹ meus ad te de luce vigilo: et in nōie tuo leuabo man⁹ meas, allā. psal. 62

Secr. Benedictionē nobis domine conferat salutarē sacra semper oblatio: vt, qd agit mysterio virtute perficiat. Per. Tua dñe. Protege. vel Oblatis. vt in dominica in octaua Pasche. Cōio. Ego sum pastor bonus, Alleluia: et cognosco oues meas, et cognoscunt me mee, alleluia, alleluia. Jo. 10

Postcommunio. Presta nobis, quesumus omnipotens deus, vt viuificationis tue gratiam consequētes, in tuo semper munere gloriemur. Per dominum nostrum. Sumptis dñe. Quesumus. vel Hec nos quesumus. vt in Dominica in octaua Pasche.

¶ Dominica tertia post pascha. Introitus.



Jubilate deo omnis terra, alleluia: psalmū dicite nomini eius, allā: date gloriam laudi eius, alleluia. psal. 65

alleluia. Psalmus. Dicite deo quàm terribilia sunt opera tua domine: in multitudine virtutis tuę mentientur tibi inimici tui. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

DEus, qui errantibus, vt in viam possint redire iustitię, veritatis tuę lumen ostendis: da cunctis, q̄ christiana professione cēsentur, ⁊ illa respuere quę huic inimica sunt nomini, ⁊ ea q̄ sunt apta sectari. Per do. Et dicitur Concede nos. Ecclesię: vel Deus omnium fidelium, vt in Dominica in octaua Paschę.

Lectio ep̄lę beati Petri aposto.

1.ca. 2 CHarissimi: Obsecro vos tanquam aduenas, ⁊ peregrinos, abstinére vos à carnalibus desiderijs quę militant aduersus animam, conuersationē vestram inter gentes habentes bonam: vt in eo quod detrectát de vobis tanquam de malefactoribus: ex bonis operibus vos cō siderantes, glorificent deum in die visitationis. Subiecti igitur estote omni humanę creaturę ꝓpter deum: siue regi, quasi pręcellenti: siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: quia sic est voluntas dei, vt bene facientes obmutéscere faciatis imprudentium hominū ignorā tiam: quasi liberi, ⁊ non quasi velámen habentes malitię libertatem, sed sicut serui dei. Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deū timéte. Regem honorificate. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis ⁊ modestis, sed etiam dyscolis. Hęc est enim gratia: in Christo Iesu domino nostro. Alla, alla. ℣. Redemptionem psal. 110 misit dominus populo suo. Alleluia. ℣. Oportebat pati Chri- Luc. 24 stum, ⁊ resurgere à mortuis: ⁊ ita intrare in gloriam suam, alleluia.

Seq. sancti euang. sm̄ Ioannē.

ca. 16 IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Modicū ⁊ iam non videbitis me: ⁊ iterū, modicū ⁊ videbitis me: quia vado ad patrē. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicē. Quid est hoc qd̄ dicit nobis: Modicū ⁊ non videbitis me: ⁊ iterū modicū, ⁊ videbitis me, ⁊ quia vado ad patrē? Dicebát ergo: Quid est hoc qd̄ dicit nobis: Modicum? Nescimus quid loquit̄. Cognouit autē Iesus q̄a volebát eū interrogare: ⁊ dixit eis. De hoc q̄ritis inter vos, quia dixi: Modicū, ⁊ non videbitis me: ⁊ iterum modicū, ⁊ videbitis me. Amen amē dico vobis, q̄a plorábitis ⁊ flébitis vos, mūdus autē gaudebit: vos vero cōtristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. Mulier cū parit, tristitiā habet, quia venit hora eius: cū autē péperit puerū, iam non meminit pressurę propter gaudiū, quia natus est homo in mundū. Et vos igitur nunc quidem tristitiā habetis. Iterū aūt videbo vos, ⁊ gaudebit cor vestrum: ⁊ gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Credo in vnum deū pa.


psal. Offertori. Lauda anima mea
145 dominum: laudabo dominum
in vita mea: psallã deo meo quan
diu ero, alleluia. Secreta.
His nobis domine myste-
rijs conferatur, quo terre-
na desideria mitigantes, disca-
mus amare celestia. Per domi.
Tua dñe. Protege, vel Obla
tis. vt in dñica in octaua pasche.
Joã. Cõmu. Modicũ & non videbi
16 tis me, alla: iterũ modicum, & vi
debitis me, quia vado ad patrẽ
alleluia, alleluia. Postcomunio.
Sacramenta que sumpsi-
mus, quesumus dñe, & spi-
ritualibus nos instaurent alimẽ-
tis, & corporalibus tueãtur auxi-
lijs. Per do. Sumptis domine.
Quesumus. vel Hec nos. vt
in Dominica in octaua pasche.

Dominica quarta post pa-
scha. Introitus.

psal. 97



Cantate domi-
no canticũ no-
uum, alleluia:
quia mirabilia
fecit dominus,
alleluia: ante
conspectũ gen-
tium reuelauit iustitiam suam,
alleluia, alleluia, alleluia. Psal.
Saluauit sibi dextera eius, & bra
chium sanctum eius. ℣. Gloria
patri, & filio, & spiritui. Oratio.
Deus, qui fidelium mentes
vnius efficis voluntatis:
da populis tuis id amare quod
precipis, id desiderare quod pro
mittis: vt inter mundanas va-
rietates ibi nostra fixa sint cor-
da, vbi vera sunt gaudia. Per
dominum nostrũ Jesum Chri.
Et dicitur Concede. Eccle-
sie. vel Deus omnium, vt in dñi
ca in octaua pasche. Lectio epi-
stole beati Jacobi apostoli.
Charissimi. Oẽ datũ opti- ca. 1
mũ, & omne donum perfe-
ctum desursum est, descendens
a patre luminum: apud quem
non est transmutatio, nec vicissi-
tudinis obumbratio. Volunta-
rie enim genuit nos verbo veri-
tatis: vt simus initium aliquod
creature ei⁹. Scitis fratres mei
dilectissimi. Sit autẽ omnis ho-
mo velox ad audiendũ, tardus
autem ad loquendum, & tardus
ad irã. Ira enĩ viri, iustitiã dei
non operatur. Propter quod
abijcientes omnẽ immunditiã,
& abundantiam malitie, in man-
suetudine suscipite insitum ver-
bum, quod potest saluare ani-
mas vestras. Alleluia, alla. ℣. psal.
Dextera domini fecit virtutem: 117
dextera dñi exaltauit me, dexte-
ra domini fecit virtutem, Alla.
℣. Christus resurgens ex mor-
tuis, iam non moritur: mors illi
vltra non dominabitur, alleluia.
Seq. sancti euang. scdm Joannẽ.



In illo tem- ca.
pore. Di- 16
xit Jesus disci-
pulis suis. Va-
do ad eum, qui
misit me: & ne-
mo ex vobis in-
terrogat me,
quo vadis?

Sed, quia hec locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrũ. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, paraclitus nõ veniet ad vos. si autẽ abiero, mittam eũ ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, et de iustitia, et de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderũt in me. De iustitia vero: quia ad patrem vado: et iam nõ videbitis me. De iudicio autem: quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc habeo multa vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cũ autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatẽ. Non enim loquetur a semetipso: sed quecunque audiet, loquetur: et que ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, et annunciabit vobis. Credo. Offertori. Iu-
psal. 65 bilate deo omnis terra, iubilate deo vniuersa terra: psalmũ dicite nomini eius: venite, et audite et narrabo vobis omnes qui timetis deum, quanta fecit dominus anime mee, alleluia. Secreta.

Deus, qui nos per huius sacrificij venerãda commercia, vnius, summeque diuinitatis participes esse fecisti: presta quesumus: vt sicut tuam cognouimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium. Tua domine. Protege, vel Oblatis, vt in dominica in octaua pasche. Cõmunio.

Cum venerit paraclitus spiritus veritatis, ille arguet mundũ de peccato, et de iustitia, et de iudicio, alleluia, alleluia. Postcõmu. Io. 16

Adesto nobis domine deus noster: vt per hec, que fideliter sumpsimus, et purgemur a vitijs, et a periculis omnibus eruamur. Per do. Sumptis domine. Quesumus, vel Hec nos: vt in dñica in octaua Pasche.

Dominica quinta post pascha. Introitus.



Vocem iucunditatis annunciate, et audiatur alleluia: annunciate vsque ad extremum terre: liberauit dominus populum suum, alleluia, alleluia. Psal. Iubilate deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. psal. 65
℣. Gloria patri et filio. Oratio.

Deus, a quo bona cuncta procedunt: largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirante que recta sunt: et te gubernante, eadem faciamus. Per do. Et dicitur Concede nos famulos tuos. Ecclesie, vel Deus omnium fidelium pastor. vt in Dominica in octaua pasche.

Lc. epistole beati Iacobi Apli.

Charissimi: Estote factores verbi, et non auditores tantum fallentes vosmetipsos. ca. 1
Quia siquis auditor est verbi, et non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis

uitatis

uitatis suę in speculo. Conside-
rauit enim se, & abijt, & statim o-
blitus est qualis fuerit. Qui au-
tem perspexerit in lege perfectę
libertatis, & permanserit in ea,
non auditor obliuiosus factus,
sed factor operis: hic beatus in
facto suo erit. Siquis autem pu-
tat se religiosum esse, non refrę-
nans linguam suam, sed sedu-
cens cor suum: huius vana est re
ligio. Religio munda & imma-
culata apud deum & patrem, hęc
est. Uisitare pupillos & viduas
in tribulatione eorũ: & immacula
tum se custodire ab hoc seculo.
Joã. 19 Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit
Christus, & illuxit nobis, quos
redemit sanguine suo. Alleluia.
℣. Exiui à patre, & veni in mun-
dum: iterum relinquo mundũ,
& vado ad patrem, Alleluia.
Seq. sancti euang. sm Joannẽ.

ca. 16



In illo tem-
pore: Di-
xit Jesus disci-
pulis suis. Amẽ
amen dico vo-
bis: siquid pe-
tieritis patrem
in nomine meo,
dabit vobis.
Usque modo non petistis quic-
quam in nomine meo. Petite, &
accipietis: vt gaudiũ vestrũ sit
plenũ. Hęc in prouerbijs locu-
tus sũ vobis. Uenit hora cũ iã
nõ in ꝓuerbijs loquar vobis, sed
palã de Patre annunciabo vo
bis. Jllo die in nomine meo pe-
tetis. Et nõ dico vobis, quia ego
rogabo patrem de vobis. Ipse
enĩ pater amat vos, quia vos me
amastis, & credidistis quia à deo
exiui. Exiui à patre, & veni in mũ
dum, iterum relinquo mundum
& vado ad patrem. Dicunt ei di-
scipuli eius. Ecce, nunc palam
loqueris, & prouerbium nullum
dicis. Nunc scimus quia scis om
nia, & non est opus tibi vt quis te
interroget. In hoc credimus,
quia à deo existi. Credo. Of-
fer. Benedicite gentes dñm deũ psal. 65
nostrum, & obaudite vocem lau
dis eius: qui posuit animã meã
ad vitã, & non dedit cõmoueri pe
des meos: benedictus dñs q nõ
amouit deprecationẽ meã, & mi
sericordiã suã à me, alla. Secre.
Suscipe domine fidelium
preces cum oblationibus
hostiarum: vt per hęc pię deuo-
tionis officia, ad cęlestem gloriã
transeamus. Per do. Tuadñe.
Protege, vel Oblatis, vt in
Dominica in octaua pascę.
Communio. Cantate domi-
no, alleluia, cantate domino, &
benedicite nomini eius: bene
nunciate de die in diem saluta-
re eius, alla, alleluia. Postcomu.
Tribue nobis domine cę-
lestis mensę virtute satia-
tis, & desiderare quę recta sunt,
& desiderata percipere. Per do-
minum nostrum. Sumptis do
mine. Quęsum⁹. vel Hęc nos.
vt in dominica in octa. Paschę.
¶ In litanijs maioribus. Sta
tio ad sanctũ Petrum. Et in mi-
noribus. Feria ij. Rogationum

Statio ad sanctam Mariã Maiorem. Feria iij. Ad sanctum Joannẽ in Laterano. Feria iiij. Ad sanctum Petrum. Introit.

psal. 77

Xaudiuit de tẽplo sancto suo vocem meam, alleluia: τ clamor meus in cõspectu eius introiuit in aures eius, alleluia, alleluia. Psal. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum τ refugium meum τ liberator meus. ℣. Gloria patri. In hac Missa non dicitur Gloria in excelsis: neque Credo. Oratio.

Presta, quesumus omnipotens deus: vt, q in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra aduersa omnia, tua semper protectione muniamur. Per do. Et dicitur Concede nos famulos. Ecclesię. vel Deus omnium fidelium, vt in Dominica in octaua pasche.

Lectio epistolę beati Jacobi apostoli.

ca. 5
Charissimi: Confitemini alterutruz peccata vestra: τ orate pro inuicem vt saluẽmini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias, homo erat similis nobis passibilis: τ oratione orauit vt nõ plueret super terram, τ non pluit annos tres τ menses sex. Et rursum orauit: τ cęlum dedit pluuiaz, τ terra dedit fructum suũ. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, τ cõuerterit quis euz: scire debet quoniaz qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vię suę, saluabit animaz eius à morte, τ operiet multitudinem peccatorum. Alleluia. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniaz in sęculum misericordia eius.

Seq. sancti euang. sm Lucam.



ca. 11
In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Quis vestrum habebit amicũ, τ ibit ad illum media nocte, τ dicet illi. Amice, accõmoda mihi tres panes: quoniaz amicus meus venit de via ad me, τ non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondẽs dicat, Noli mihi molestus esse: iã ostiuz clausum est, τ pueri mei mecuz sunt in cubili: non possuz surgere τ dare tibi. Et, si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, τ si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatez tamen eius surget, τ dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis: Petite, τ dabitur vobis: quęrite, τ inuenietis: pulsate, τ aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: τ qui quęrit, inuenit: τ pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid

quid porriget ei scorpionem? Si ergo vos cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis pater vester de celo dabit spiritũ bonũ petentibus se?

psal. 108 Offerto. Confitebor domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum, qui astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam, alleluia. Secreta.

HAec munera, quesumus domine, & vincula nostre prauitatis absoluant, & tue nobis misericordie dona concilient. Per dominum nostrum Iesuz. Tua domine. Protege, vel Oblatis, vt in Dominica in octaua pasche. Communio.

Lu. 11 Petite, & accipietis: querite, & inuenientis: pulsate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit: & qui querit, inuenit, & pulsanti aperietur, alleluia. Postco.

VOta nostra, quesumus domine, pio fauore prosequere: vt dum dona tua in tribulatione percipimus, de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Sumptis domine. Quesumus, vel Hec nos, vt in Dominica in octaua pasche.

¶ In vigilia Ascensionis. si hodie occurrat festum simplex, fit de ipso tantum commemoratio in missa. Si occurrat festum duplex, vel semiduplex, missa dicitur de festo cũz commemoratione vigilie. Introitus.



VOcem iucunditatis annunciate, & audiatur, alleluia: annunciate vsque ad extremũ terre: liberauit dñs populũ suuz, alleluia, alleluia. Ps. Iubilate deo omnis terra: psalmũ dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri. psal. 65

Et dicit Gloria in excelsis. Oro.

DEus, à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirante que recta sunt, & te gubernante eadem faciamus. Per domi. Secunda oratio de rogationibus. Presta quesumus. tertia de sancta Maria. Concede nos famulos tuos. Vbi autez in Ecclesijs collegiatis dicit alia quoque Missa de Rogationib᷒: secunda oratio erit de sancta Maria: tertia contra persecutores ecclesie, vel pro Papa. vt in Dominica in octaua Pasche.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Ephesios.

FRatres. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuraz donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuaz duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autez ascendit: quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terre? Qui descendit: ipse est & qui ascendit super omnes celos, vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam ca. 4

dam quidem Apostolos, quosdam autē Prophetas, alios vero Euāgelistas, alios autem pastores ꝛ doctores ad cōsummationem sanctorum, in opus ministerij, in ędificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei ꝛ agnitionis filij dei: in virum perfectum, in mensuraꝫ ętatis plenitudinis
Jo. 19 Christi. Alleluia, all'a. ℣. Surrexit Christus, ꝛ illuxit nobis, quos redemit sanguine suo. Alleluia. ℣. Exiui a patre, ꝛ veni in mundum: iteruꝫ relinquo munduꝫ, ꝛ vado ad patrem, alleluia. Seq. sancti euang. sm Joanne.

ca. 17



IN illo tempore: Subleuatis Jesus oculis in cęlum dixit. Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt omne quod dedisti ei, det eis vitā ęternam. Hęc est autem vita ęterna; Vt cognoscant te, solum deum verum, ꝛ quem misisti Jesum Christum. Ego te clarificaui super terraꝫ: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quam habui, priusquam mundus fieret, apud te. Manifestaui nomen tuuꝫ hominibus, quos dedisti mihi de mūdo. Tui erant: ꝛ mihi eos dedisti: ꝛ sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt qa omnia q̄ dedisti mihi, abs te sunt: qa verba quę dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt: ꝛ cognouerūt vere q̄ a te exiui: ꝛ crediderūt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Nō pro mūdo rogo, sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt. Et mea oīa, tua sunt: ꝛ tua, mea sunt: ꝛ clarificatus suꝫ in eis. Et iā nō sum in mūdo: ꝛ hi in mundo sunt: ꝛ ego ad te venio. Dicitur Pręfatio de pascha. Offert.
psal. 65 Benedicite gentes dominum deum nostrum: ꝛ obaudite vocem laudis eius, qui posuit animam meam ad vitam: ꝛ non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus, qui nō amouit deprecationem meam, ꝛ misericordiā suaꝫ a me, all'a. Secre.

SUscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hęc pię deuotionis officia, ad cęlestē gloriam transeamus. Per dominum nostrum. Tua domine. Protege, vel Oblatis, vt in Dominica in octaua paschę. Cōmunio.
psal. 95 Cantate domino, alleluia: cantate domino, ꝛ benedicite nomini eius, alleluia, alleluia. Postco.

TRibue domine cęlestis mēsę virtute satiatis, ꝛ desiderare quę recta sunt, ꝛ desiderata percipere. Per d. Sūptis dn̄e. Quęsumus, vel Hęc nos, vt in dn̄ica in octaua paschę.

¶ In die Ascensionis. Statio ad sanctū Petrum. Introitus.

Act. 1



Viri galilei, quid admiramini aspicientes in celum? alleluia: quemadmodum vidistis eum ascendentem in celum, ita veniet, alleluia, alleluia, alleluia. Psal. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio.

Concede, quesumus, omnipotens deus: ut qui hodierna die unigenitum tuum redemptorem nostrum ad celos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in celestibus habitemus. Per eundem do. Lectio actuum apostolorum.

ca. 1 Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, que cepit Jesus facere, et docere, usque in diem qua precipiens apostolis per spiritum sanctum, quos elegit assumptus est: quibus et prebuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno dei. Et convescens, precepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, quam audistis (inquit) per os meum: quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui convenerant, interrogabant eum dicentes. Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, et eritis mihi testes in Hierusalem, et in omni Judea, et Samaria, et usque ad ultimum terre. Et cum hoc dixisset, videntibus illis elevatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in celum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui et dixerunt: Viri galilei, quid statis aspicientes in celum. Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in celum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Alleluia, alleluia. ℣. Ascendit deus in iubilatione: et dominus in voce tube, Alleluia. ℣. Dominus in Sina, in sancto, ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, alleluia. Sequentia sancti evang. secundum Marcum.



In illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Jesus: et exprobravit incredulitatem eorum et duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum universum, predicate evangelium omni creature. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit. Qui vero non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint ca. 17

diderint, hec sequuntur. In nomine meo demonia eijcient, Linguis loquentur nouis, Serpentes tollent, Et, si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, Super egros manus imponent, et bene habebunt. Et dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumptus est in celum, et sedet a dextris dei. Illi autem profecti, predicauerunt vbique: domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis. ¶ Dicto euangelio extinguitur cereus paschalis, nec amplius accenditur. Credo. Offertorium. Ascendit deus in iubilatione, et dominus in voce tube, alleluia. Secreta.

S Uscipe domine munera, que pro filij tui gloriosa Ascensione deferimus: et concede propitius: vt a presentibus periculis liberemur, et ad vitam perueniamus eternam. Per eum. Prefatio.


Per Christum dominum nostrum. Qui post resurrectionem suam. Et dicitur vsque ad vigiliam pentecostes exclusiue. Infra actionem. Communicantes, et diem sacratissimum celebrantes. Et dicitur per octauam tantum. Comunio. Psallite

psal. 67 domino, qui ascendit super celos celorum ad orientem, alleluia. Postco.

P Resta nobis, quesumus omnipotens et misericors deus: vt, que visibilibus mysterijs sumenda percepimus, inuisibili consequamur effectu. Per.

¶ Infra octauam Ascensionis quotidie dicitur missa de Ascensione, nisi festum duplex vel semiduplex occurrat, de quo tunc fit cum commemoratione octaue: de simplici autem fit tantum commemoratio. Post orationem diei dicitur secunda oratio de sancta Maria. Concede nos famulos tertia. Ecclesie, vel pro Papa. vt in Dominica in octa. Pasche.

¶ Dominica infra octauam Ascensionis introitus.



Exaudi domine vocem meam, qua clamaui ad te: alleluia: tibi dixit cor meum, quesiui vultum tuum, psal. 65 vultum tuum domine requiram: ne auertas faciem tuam a me, alleluia, alleluia. Psal. Dominus illuminatio mea, et salus mea: quem timebo? V. Gloria. Oro.

O Mnipotens sempiterne deus, fac nos tibi semper et deuotam gerere voluntatem, et maiestati tue syncero corde seruire. Per dominum nostrum. Et fit commemoratio de Ascensione. Concede quesumus.

Le. epistole beati Petri aposto.

C Harissimi. Estote prudentes: et vigilate in orationibus. 1. ca. 4 Ante omnia autem, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Si quis

quis loquitur quasi sermones dei. Siquis ministrat: tanquã ex virtute, quaz administrat deus. Ut in omnib⁹ honorificetur deus p Jesũ Christũ dñm nostrũ.
psal. 46 Alleluia, alleluia. ℣. Regnauit dominus super omnes gentes: deus sedet super sedem sanctam suã, all'a. ℣. Non vos relinquam orphanos: vado, ⁊ venio ad vos: ⁊ gaudebit cor vestruz, all'a.
ca. 15 ⁊ 16 Seq. sancti euang. sm Joannẽ.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Cuz venerit paraclitus, quem ego mittaz vobis a patre, spiritũ veritatis, qui a patre procedit: ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimoniũ perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hec locutus suz vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequiuz se prestare deo. Et hec facient vobis: quia non nouerũt patrez, neque me. Sed hec locutus suz vobis: vt cũ venerit hora eoruz reminiscamini, qa ego dixi vobis.
psal. 46 Credo. Offertori. Ascendit deus in iubilatione: ⁊ dominus in voce tube, alleluia. Secreta.

Sacrificia nos domine immaculata purificent, ⁊ mentibus nostris superne gratie dẽt vigorem. Per dominum. Pro Ascensione. Suscipe domine munera. Communio. Pater cum essem cũ eis, ego seruabam eos, quos dedisti mihi, all'a: nunc autez ad te venio: nõ rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo, all'a, alleluia. Postcõ.

Repleti dñe muneribus sacris, da quesumus, vt in gratiarũ semper actione maneamus. Per do. Pro Ascensione. Presta nobis. ¶ Die veneris post octauã Ascensionis si festũ duplex, vel semiduplex non fuerit, missa dĩde dñica preterita, de qua sit tantũ cõmemoratio.

¶ In vigilia Pẽtecostes. Statio ad sanctũ Joannẽ in Latera.



Hora cõpetenti dicit Nona. Qua finita, sacerdos ⁊ ministri induti vestimẽtis violaceis facta reuerẽtia an altar, in locis suis sedent: postea legitur pphetie sine titulo. In fine prophetiarũ dicunt orationes sine Flectamus genua. Prophetia prima. In diebus illis. Tentauit deus Abraham. vt in sabbato sancto. fo. 97. qua finita sacerdos dicit. Oremus.

Deus, qui in Abrahe famuli tui opere, humano generi obedientie exempla prebuisti: concede nobis, ⁊ nostre voluntatis prauitatem frangere, ⁊ tuorum preceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per do.

Pro-

Prophetia secũda. In diebus illis. Factũ est in vigilia matutina. vt in sabbato sancto. fol.98.
Exo. 15 Tract. Cantemus dño, gloriose eniz honorificatus est: equũ et ascensoré proiecit in mare: adiutor et protector factus est mihi in salute. ℣. Hic deus me⁹, et honorificabo eũ, deus patris mei, et exaltabo eũ. ℣. Dñs cõterés bella: dñs nomé est illi. Oremus.

Deus, qui in primis temporibus impleta miracula noui testamenti luce reserasti, vt et mare rubruz forma sacri fontis exsisteret, et liberata plebs ab Aegyptiaca seruitute, Christiani populi sacraméta proferret: da, vt oés gentes, Israelis priuilegium merito fidei consecutę, spiritus tui participatione regenerentur. Per dominum nostruz. in vnitate eiusdez. Prophetia tertia. In diebus illis. Scripsit Moyses canticum, et docuit filios Israel, vt in sabbato sancto. fo.100. Tractus. Attende
Deu. 32 cęlum, et loquar: et audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquiuz meũ: et descendat sicut ros verba mea. ℣. Sicut imber super gramen, et sicut nix super fęnum: quia nomen domini inuocabo. ℣. Date magnitudinem deo nostro: deus verax: opera eius, et omnes vię eius iudicia. ℣. Deus fidelis, in quo nõ est iniquitas: iustus et sanctus dominus. Oremus.

Deus glorificatio fidelium, et vita iustorũ, qui p Moysen famulum tuum nos quoque modulatione sacri carminis erudisti: vniuersis gentibus misericordię tuę munus operare, tribuendo beatitudinem, auferendo terrorem: vt quod pronunciatum est ad suppliciuz, in remedium transferatur ęternũ. Per dominum. Prophetia quarta. Apprehendent septez mulieres virum vnũ in die illa dicétes. vt in sabbato sancto. fol.99. Trac.
Vinea facta est dilecto meo in cornu in loco vberi. ℣. Et maceriam circundedit, et circunfodit, et plantauit vineaz Sorech, et ędificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim domini sabaoth, domus Israel est. Oremus. Isa. 5

Omnipotens sempiterne deus, qui per vnicum filiũ tuum ecclesię tuę demonstrasti te esse cultorem: vt omnem palmitem, fructum in eodem Christo tuo, qui vera vitis est, afferétez, clementer excolens, fructus afferat ampliores: fidelibus tuis, quos velut vineaz ex Aegypto, per fontem baptismi transtulisti nullę peccatorum spinę pręualeant: vt spiritus tui sanctificatione muniti, perpetua fruge ditentur. Per eundez. in vnitate eius. Prophetia quinta. Audi Israel mandata vitę: auribus percipe, vt scias pru. vt in sabbato sãcto. fo.98. Oremus.

Deus, qui nobis p prophetarum ora pręcepisti temporalia relinquere, atque ad ęterna

na festinare: da famulis tuis, vt, quę a te iussa cognouimus, implere cęlesti inspiratione valeamus. Per dominum nostrum. Prophetia sexta. In diebus illis. Facta est super me manus domini. vt in sabbato sancto. folio. 99. Oremus.

Domine deus virtutũ, qui collapsa reparas, & reparata conseruas, auge populos in tui nominis sanctificatione renouandos: vt omnes, qui sacro baptismate diluuntur, tua semper inspiratione dirigãtur. Per do. His finitis, descendendo ad fontes cantat Trac. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ: ita desiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deũ fontem viuum: quando veniã, & apparebo ante faciem dei mei? ℣. Fuerunt mihi lacrymę meę panes die ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies, vbi est deus tuus? Deinde ad fontes, antequam sacerdos intret ad benedictionem fontium, dicit Dominus vobiscum. Oremus.

psal. 41

Concede quęsumus omnipotens deus: vt, qui solennitatem doni sancti spiritus colimus, cęlestibus desiderijs accensi, fontẽ vitę sitiamus. Per do. in vni. eius. Deinde proceditur ad benedictionem fontiũ. vt in sabbato sancto. ¶ Ubi vero non fuerint fontes, Tractus. Sicut ceruus. & oratio sequẽs tractuz, & fontiuz benedictio, prętermittuntur: sed finita oratione, Domine deus virtutũ, sacerdos casula deposita, cũ ministris ante altare procũbit: similiter & alij omnes in locis suis, & cãtantur litanię a duobus cantoribus in medio chori, vtroque choro idẽ simul respõdente. Peruẽto autẽ ad Peccatores te rogam[9], audi nos: sacerdos & ministri, sollenniter induuntur vestimentis rubeis, & accenduntur luminaria circa altare. Peruento autez ad Kyrie eleison Litaniarũ, Kyrie eleison pro missa a cantorib[9] solemniter incipitur. Quo incępto, sacerdos cuz ministris facit cõfessionez: & ascendens ad altare, finito Kyrie eleis. incipit solẽniter Gloria in excelsis Deo. Et campanę pulsantur, Oratio.

Presta, quęsumus omnipotens deus, vt claritatis tuę super nos splendor effulgeat: & lux tuę lucis, corda eorum qui per gratiam tuam renati sunt, sancti spiritus illustratione confirmet. Per do. in vnitate eius. Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis. Factum est cum Apollo esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partib[9] veniret Ephesum, & inueniret quosdam de discipulis: dixitque ad eos. Si spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad euz. Sed neque si spiritus sanctus est, audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerũt. In Joannis baptismate. Dixit autem Paulus. Joannes baptizauit ca. 19

nibus, et litaniis vt supra: Missa absolute incipitur ab Introitu, vt infra. Introi.

Eze. 36.

Cum sanctificatus fuero in vobis: congregabo vos de vniuersis terris: et effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: et dabo vobis spiritum nouum. Psalm. Benedicam dominum
Ps. 73. in omni tempore: semper laus eius in ore meo. V. Gloria pat. deinde dicitur Kyrie eleison. Gloria in excel. et alia vt supra.

¶ In die Pentecostes. Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

Sap. 1.

Spiritus domini repleuit orbem terrarum, alleluia: et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vobis, alleluia, alleluia, alleluia. psal. Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. V. Gloria. Oro.

Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis, in eodem spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere. Per dominum. in vnitate eius.

Lectio actuum Apostolorum.

c. 2. In diebus illis. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de celo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, et repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tanquam ignis, seditque supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, et ceperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Hierusalem habitantes Iudei, viri religiosi ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce conuenit multitudo: et mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, et mirabantur, dicentes. Nonne, ecce, omnes isti qui loquuntur Galilei sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, et Medi, et Aelamite, et qui habitant Mesopotamiam, Iudeam, et Cappadociam, Pontum, et Asiam, Phrygiam, et Pamphiliam, Aegyptum, et partes Libye que est circa Cyrenen, et aduene Romani: Iudei quoque, et Proselyti, Cretes, et Arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei.

Alleluia, alleluia. V. Emitte spiritum tuum, et creabuntur: et renouabis faciem terre. Alleluia. Ps. 103.
V. Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia.

Veni sancte spiritus, et emitte celitus lucis tue radium.

Veni pater pauperum, veni da-
tor munerum, veni lumen cor-
dium. Consolator optime, dul
cis hospes anime, dulce refrige-
rium. In labore requies, in estu
temperies, in fletu solatium. O
lux beatissima, reple cordis inti-
ma tuorū fideliū. Sine tuo nu
mine, nihil est in hoie, nihil est in-
noxiū. Laua qd est sordidū, ri-
ga qd est aridum, sana qd est sau-
ciū. Flecte qd est rigidū, foue
quod est frigidū, rege quod est
deuium. Da tuis fidelibus, in
te confidentibus, sacrum septe-
narium. Da virtutis meritum,
da salutis exitū, da perenne gau
dium. Amen. Alleluia. Et dici-
tur quotidie per totā octauam.
Seq. sancti euang. sm Joannē.

C.14.



In illo tē-
pore: Di-
xit Jesus disci-
pulis suis. Si-
quis diligit me,
sermonem me-
um seruabit: &
Pater meus di
liget eum, & ad
eum veniemus, & mansionem a-
pud eum faciemus. Qui nō dili-
git me, sermones meos non ser-
uat. Et sermonē quē audistis,
non est meus: sed eius qui misit
me, patris. Hec locutus sum vo
bis, apud vobis manēs. Paracli
tus autē, spiritus sanctus, quē
mittet pater in nomine meo: ille
vos docebit oia, & suggeret vo-
bis omnia quecūque dixero vo-
bis. Pacē relinquo vobis: pacē
meā do vobis. Nō quomodo
mundus dat, ego do vobis. Nō
turbetur cor vestrū, neq; formi-
det. Audistis quia ego dixi vo-
bis: Vado & venio ad vos. Si di
ligeretis me, gauderetis utiq;, q
vado ad patrē: quia pater maior
me est. Et nunc dixi vobis prius-
quā fiat: vt, cū factū fuerit, creda
tis. Jā non multa loquar vobis
cū. Venit enim princeps mūdi
huius, & in me non habet quic-
quam. Sed vt cognoscat mun-
dus, quia diligo patrē: & sicut mā
datū dedit mihi pater, sic facio.
Credo in. Offerto. Cōfirma ps. 67
hoc deus, quod operatus es in
nobis a templo tuo, quod est in
Hierusalem: tibi offerent reges
munera, alleluia. Secreta.
Munera, quesumus domi-
ne, oblata sanctifica: & corda no-
stra sancti spiritus illustratione
emunda. Per dominum. in vni
tate eiusdem spi. Communio.
Factus est repente de celo so- Act. 2
nus tanquā aduenientis spiritus
vehemētis, vbi erant sedētes, al-
leluia: & repleti sunt omnes spiri
tu sancto, loquentes magnalia
dei, alleluia, alleluia. Postcōm.
Sancti spiritus domine cor
da nostra mundet infusio:
& sui roris intima aspersione fecū
det. Per do. in vnitate eiusdē.
Infra octa. pent. non fit de ali-
quo festo dup. vel semidup. sed
post octa. celebrātur: de simplici
fit commemoratio post triduū.
Feria ij. Statio ad sanctum
Petrū ad vincula. Introitus.

Ciba-

ps. 80. Cibauit eos ex adipe frumenti, alleluia: et de petra melle saturauit eos, alleluia, alleluia, alleluia. Psal. Exultate deo adiutori nro: iubilate deo Jacob. ℣. Gloria. Oro.

Deus, q apostolis tuis sanctũ dedisti spiritũ: cõcede plebi tue pie petitionis effectuz: vt quibus dedisti fidem, largiaris et pacẽ. Per do. in vnit. eius.

Lectio actuum Apostolorum.

c. 10. In diebus illis: Aperiens Petrus os suuz, dixit. Viri fratres, et patres: nobis precepit dominus predicare populo, et testificari, quia ipse est, qui constitutus est à deo iudex viuorum et mortuorum. Huic omnes prophete testimoniuz perhibent: remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credũt in euz. Adhuc loquente Petro verba hec, cecidit spiritus sãctus sup omnes qui audiebãt verbũ. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles qui venerant cum Petro: quia et in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebãt enim illos loquentes linguis, et magnificantes deum. Tunc respondit Petrus. Nũquid aquã quis prohibere potest, vt nõ baptizentur hi, qui spirituz sanctuz acceperũt, sicut et nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini Jesu Christi. Alleluia, alla. ℣. Loquebantur varijs linguis apostoli magnalia dei. Alleluia. ℣. Veni sancte spiritus: reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignez accende, alleluia.

Seq. sancti euang. sm Joannẽ. ca. 3.

In illo tempore: Dixit Jesus Nicodemo. Sic deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in ipsum, non pereat: sed habeat vitã eternaz. Non enim misit deus filiuz suum in mundũ, vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundũ: et dilexerunt homines magis tenebras, quã lucez. Erant eniz eorum mala opera. Omnis eniz qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucez, vt nõ arguantur opera eius. Qui autez facit veritatẽ, venit ad lucẽ, vt manifestentur opera eius: quia in deo sunt facta. Credo. Offert. Intonuit de celo dñs: et altissimus dedit vocẽ suã: et apparuerunt fontes aquarum, alleluia. ps. 17. Secreta.

Propitius, domine quesumus, hec dona sanctifica: et hostie spiritalis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi perfice munus eternũ. Per dominum no.

Communio. Spiritus sanctus docebit vos, alleluia, quecunqz dixero vobis, alla, alla. Joã. 14. Postco.

Adesto, quesumus domine, populo tuo: et quem myste-

rijs cęlestibus imbuisti, ab hostiũ furore defende. Per dominum.

¶ Feria iij. Statio ad sanctam Anastasiam. Introitus.

Joã. 2.

Accipite iucunditatem glorię vestrę, alleluia: gratias agẽtes deo, alleluia: qui vos ad cęlestia regna vocauit, alleluia, alleluia, alleluia. Ps. Attẽdite popule meus legem meã:
Ps. 77. inclinate aurem vestrã in verba oris mei. V. Gloria p. Oratio.

Adsit nobis, quęsumus domine, virtus spiritus sancti: quę et corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur aduersis. Per dominum nostrũ. in vnitate eiusdẽ spiritus sancti.

ca. 8. Lectio actuum Apostolorum.

In diebus illis. Cum audissent apostoli qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum dei: miserunt ad eos Petrum et Joannem. Qui cum venissent, orauerũt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctũ. Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine dñi Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant spiritum sanctum.

Joã. 4. Alleluia, alleluia. V. Spiritus sanctus docebit vos, quęcunque dixero vobis. Alleluia. V. Ueni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende, alleluia.

Seq. [illegible] eti euang. sm Joannẽ.


In illo tempore. Dixit Jesus Phariseis. Amẽ dico vobis: qui nõ intrat per ostiũ in ouile ouium, sed ascendit aliunde: ille fur est et latro. Qui autẽ intrat per ostium: pastor est ouium. Huic ostiarius aperit: et oues vocem eius audiunt: et proprias oues vocat nominatim, et educit eas. Et cum proprias oues emiserit, ante eas vadit: et oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienũ autem non sequuntur, sed fugiũt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Jesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Jesus. Amen amen dico vobis, quia ego sum ostiũ ouiũ. Omnes quotquot venerũt, fures sunt et latrones: sed non audierũt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur: et ingredietur et egredietur, et pascua inueniet. Fur non venit, nisi vt furetur, et mactet, et perdat. Ego veni, vt vitam habeant: et abundantius habeãt. Credo. Offerto. C. 10.

Portas cęli aperuit dominus: et pluit illis manna, vt ederent: panẽ cęli dedit eis: panem angelorũ mãducauit homo, alleluia. Sec. Ps. 77.

Purificet nos, quęsumus domine, muneris pręsentis oblatio: et dignos sacra participatio-

pationem efficiat. Per dominum.
Joã. 15. & Com. Spiritus qui a patre pro
cedit, alleluia, ille me clarificabit,
16 alleluia, alleluia. Postcommunio.
Mentes nostras, quesumus domine, spiritus sanctus diuinis reparet sacramentis: quia ipse est remissio omnium peccatorum. Per do. in vnitate eius.

¶ Feria iiii. Statio ad sanctam Mariam Maiorem. Introitus.



Deus dum egrederis coram populo tuo, alleluia, iter faciens eis, habitans in illis, alleluia: terra mota est, celi distillauerunt, alleluia alleluia. Ps. Exurgat deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum a facie eius. ℣. Gloria pa. dicto Kyrie eleison. dicitur Oremus. Et nõ di. Flectamus ge.
Mentes nostras, quesumus domine, paraclitus, qui a te procedit, illuminet: & inducat in omnem, sicut tuus promisit filius, veritatem. Qui tecum. in vni. ei.

c. 2. Lectio actuum Apostolorum.
In diebus illis. Stans Petrus cum vndecim, leuauit vocem suam, & locutus est eis. Viri Judei, & qui habitatis Hierusalem vniuersi: hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos existimatis, hi ebrij sunt cum sit hora diei tertia: sed hoc est quod dictum est per prophetam Joel. Et erit, in nouissimis diebus, dicit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri & filie vestre: iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, & prophetabunt. Et dabo prodigia in celo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus & manifestus. Et erit: Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Alleluia. ℣. Verbo domini celi firmati sunt: & spiritu oris eius omnis ps. 32.
virtus eorum. Hic dicitur Gloria in excelsis. Postea dicitur Dominus vobiscum. Oratio.
Presta, quesumus, omnipotens & misericors deus: vt spiritus sanctus adueniens, templum nos glorie tue dignanter inhabitando perficiat. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem.

¶ Ab hac die vsque ad dominicam sequentem, post orationem diei dicitur Ecclesie tue quesu. vel Deus omnium. vt in feria iiii. Dominice resurrectionis.

Lectio actuum Apostolorum. ca. 5.
In diebus illis. Per manus autem apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceterorum autem nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos po-

populus. Magis autez augebatur credentium in dño multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateis eijcerent infirmos: et ponerent in lectulis et grabatis: vt veniente Petro saltem vmbra illius obumbraret quenquã illorum, et liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem et multitudo vicinarum ciuitatum, Hierusalem, afferentes egros et vexatos à spiritibus immundis: qui curabantur omnes. Alleluia, alleluia. ℣. Ueni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

ca. 6.



In illo tẽpore. Dixit Jesus turbis Judeoruz. Nemo potest venire ad me, nisi pater, q misit me, traxerit eum: et ego resuscitabo euz in nouissimo die. Est scriptũ in prophetis. Et erunt oẽs docibiles dei. Omnis qui audiuit à patre, et didicit: venit ad me. Non quia patrez vidit quisquã, nisi is qui est à deo: hic vidit patrez. Amen, amen dico vobis: q credit in me habet vitaz eternã. Ego sum panis vite. Patres vestri manducauerũt manna in deserto: et mortui sunt. Hic est panis de celo descendens: vt siquis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, q de celo descendi. Siquis mãducauerit ex hoc pane, viuet in eternũ. Et panis, quez ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Credo. Offertoriũ. Meditabor in mandatis tuis: que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mãdata tua que dilexi, alleluia. Secr. ps. 118.

Accipe, quesumus domine, munus oblatum: et dignanter operare: vt quod mysterijs agimus, pijs effectibus celebremus. Per dominum nostrum. vel Protege nos. vel Oblatis, vt in feria iiij. Dominice resurrectionis. Communio. Pacem relinquo vobis, Alleluia: pacem meam do vobis, alleluia, alleluia. Postcommunio. Joã. 14.

Sumentes domine celestia sacramenta, quesumus clementiam tuam, vt quod temporaliter gerimus, eternis gaudijs consequamur. Per dominũ nostruz. vel Quesumus domine. vel Hec nos quesumus. vt in feria iiij. Dominice resurrectiõis.

¶ Feria v. Statio ad sanctum Laurentium foris murum.

Introitus.



Spiritus domini repleuit orbem terrarum, alleluia: et hoc quod continet omnia, scientiã habet vocis, alleluia, alleluia, alleluia. Psalm⁹. Emitte spiritum tuum, et creabuntur: et renouabis faciem terre. Sa. 1.

re. ℣. Gloria patri, ꝛc. Oratio.

DEus, qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, ꝛ de eius semper consolatione gaudere. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem. vel Ecclesię tuę. vel Deus omnium. vt in feria iiij. Dñicę resurrectionis.

Lectio actuum Apostolorum.

ca. 8. IN diebus illis. Philippus descendens in ciuitatē Samarię, prędicabat illis Christum. Intendebant autem turbę his quę dicebātur à Philippo: vnanimiter audientes ꝛ videntes signa quę faciebat. Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos, clamātes voce magna exibant. Multi aūt paralytici ꝛ claudi curati sunt. Factum est ergo gaudiū magnū i illa ciuitate. Alleluia, alleluia. ℣. Emitte spiritum tuum, ꝛ creabuntur: ꝛ renouabis faciem terrę. Alleluia. ps. 103. ℣. Ueni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium, ꝛ tui amoris in eis ignem accende, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

c. 9.



IN illo tēpore. Cōuocatis Jesus duodecim apostolis, dedit illis virtutem ꝛ potestatem super omnia demonia: ꝛ vt languores curarent. Et misit illos prędicare regnū dei: ꝛ sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neque virgam, neq; perā, neq; panem, neque pecuniā, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete: ꝛ inde ne exeatis. Et quicunque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella euangelizātes, ꝛ curantes vbiq; . Credo in vnum deū. Offertorium. Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis: à templo tuo, quod est in Hierusalem, tibi offerent reges munera, alleluia. ps. 67. Secret.

MUnera, quęsumus domine, oblata sanctifica: ꝛ corda nostra sancti spiritus illustratione emūda. Per dnm nostrū. in vnitate eiusdem. vel Protege. vel Oblatis. vt in feria iiij. Dominicę resurrectionis. Cōi.

Factus est repente de cęlo sonus aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedentes, alleluia: ꝛ repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia dei, alleluia, alleluia. Act. 2 Postcōmunio.

SAncti spiritus domine corda nostra mundet infusio: ꝛ sui roris intima aspersione fęcūdet. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdem. vel Quęsumus. vel Hęc nos. vt in feria iiij. Dominicę resurrectionis.

¶ Feria vj. Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introitus.

ps. 70. 
Epleat os meum laude tua, alleluia: vt possim cantare, alleluia: gaudebūt labia mea, dum cantauero tibi, alleluia, alleluia. Psalm. In te domine speraui, non confundar in eternū: in iustitia tua libera me, & eripe me. V. Gloria patri, & filio, & spiritui. Oratio.

O A, quesumus, ecclesie tue misericors deus: vt spiritu sancto congregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per dominum nostrū in vnitate eiusdem spiritus. vel A ecclesie tue. vel D eus omnium. vt in feria iiij. Dominice resurrectionis.

Lectio Joelis prophete.

ca. 2. H Aec dicit dominus deus. Exultate filie Sió, & letamini in domino deo vestro: quia dedit vobis doctorem iustitie, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serótinum sicut in principio. Et implebuntur aree frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo. Et comedétis vescentes, & saturabimini: & laudabitis nomen domini dei vestri, qui fecit vobiscū mirabilia: & non confundetur populus meus in sempiternum. Et scietis, quia in medio Israel ego sum: & ego dominus deus vester, & nō est amplius: & non confundetur populus meus in eternum. Ait dominus omnipotens. A llia, alleluia. V. O quàm bonus & sua

Sa. 1. uis est, dñe, spiritus tu⁹ in nobis. Alleluia. V. Ueni sancte spirit⁹, reple tuorum corda fideliū, & tui amoris in eis ignē accéde, allia.

Seq. sancti euang. sm Lucam. ca. 5.


I N illo tépore. Factum est in vna dierū, & Jesus sedébat docés. Et erant pharisei sedentes & legisdoctores, q venerát ex omni castello Galilee, & Judee, & Hierusalē: & virtus dñi erat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominē qui erat paralyticus: & querebant eū inferre, & pónere ante illū. Et non inuenientes qua parte illum inferrent pre turba, ascenderunt supra tectū, & per tegulas submiserunt illum cum lecto in mediū, ante Jesum. Quorum fidem vt vidit, dixit. Homo, remittūtur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare scribe & pharisei, dicétes, Quis est hic, qui loquit blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus deus? Ut cognouit aūt Jesus cogitationes eorū, respódens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid ē facili⁹, dicere dimittunt tibi peccata tua: an dicere, Surge, & ámbula? Ut aūt sciatis quia filius hominis habet potestatē in terra dimittendi peccata, ait paralytico. Tibi dico, surge, tolle lectū tuū, & vade in domū tuá.

Et confestim surgens coram illis, tulit lectũ in quo iacebat: ⁊ abijt in domũ suá, magnificans deum. Et stupor apprehendit omnes: ⁊ magnificabant deũ. Et repleti sunt timore, dicentes: q2 vidimus mirabilia hodie. Credo. Offertoriũ. Lauda anima mea
ps. dominum: laudabo dominum
145. in vita mea: psallá deo meo quá diu ero, alleluia. Secreta.

Sacrificia domine tuis oblata conspectibus, ignis ille diuinus assumat, q discipulorũ Christi filij tui per spiritũ sanctũ corda succẽdit. Per eũ. in vni. eius. vel Protege nos domine, vel Oblatis quesumus. vt in feria iiij. Dominice resurrectionis.

Cõio. Nõ vos relinquá orpha
Joã. nos: veniá ad vos iterum, allu̾a, ⁊
14. gaudebit cor vestrũ, allu̾a. Post.

Sumpsimus domine sacri dona mysterij humiliter deprecantes: vt, que in tui cõmemoratione nos facere precepisti, in nostre proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis ⁊ regnas cum. vel Quesumus domine, vel Hec nos quesumus. vt in feria iiij. Dominice resurrectio.

Sabbato. Statio ad sanctum
ps. Petrum. Introitus.
102.



Charitas Dei diffusa est i cordibus nostris, alleluia, per inhabitantem spiritum eius in nobis, alleluia, alleluia. Ps. Benedic anima mea domino, ⁊ omnia que intrá me sunt nomini sancto eius. V. Gloria pa. Orationes subscripte dicuntur sine Flectamus ge. Orem⁹.

Mentibus nostris, quesumus domine, spiritum sanctum benignus infunde: cuius ⁊ sapientia conditi sumus, ⁊ prouidentia gubernamur. Per dominum. in vnitate eiusdẽ spiritus.

Lectio Joelis prophete.

Hec dicit dominus deus. cap. 2.
Effundam spiritum meũ super omnem carnem: ⁊ prophetabunt filij vestri, ⁊ filie vestre. Senes vestri sõnia somniabunt: ⁊ iuuenes vestri visiones videbunt. Sed ⁊ super seruos meos ⁊ ancillas meas, in diebus illis effundam spiritum meum. Et dabo prodigia in celo sursum, ⁊ signa in terra deorsum: sanguinem, ⁊ ignem, ⁊ vaporem fumi. Sol cõuertetur in tenebras, ⁊ Luna in sanguinem: antequam veniat dies domini magnus, ⁊ horribilis. Et erit. Omnis, quicunque inuocauerit nomẽ domini, saluus erit. Alleluia. V. Spiritus est, Joã.
qui viuificat: caro autẽ non pro- 16.
dest quicquam. Oratio.

Illo nos igne quesumus domine, spiritus sanctus inflammet, quẽ dominus noster Jesus Christus misit in terrá: ⁊ voluit vehementer accendi. Qui tecum viuit ⁊ regnat: in vnitate eiusdẽ.

Lectio libri Leuitici.

In diebus illis. Locutus c. 23.
est dominus ad Moysen: dicens. Loquere filijs Israel: ⁊

dices ad eos. Cum ingressi fue-
ritis terram quam ego dabo vo
bis, et messueritis segetem: fere-
tis manipulos spicarum primi-
tias messis vestrę ad sacerdotē.
Qui eleuabit fasciculū corā dño,
vt acceptabile sit pro vobis alte
ro die sabbati: et sāctificabit illū.
Numerabitis ergo ab ipso die
sabbati, ī quo obtulistis manipu
los primitiarū, septē hebdoma
das plenas vsq; ad alterā diē ex
pletionis hebdomadę septimę.
Et sic offeretis sacrificiū nouū
dño ex omnibus habitaculis ve-
stris: panes primitiarum duos
de duabus decimis similę, quos
eleuabit sacerdos coram domi-
no. Cumque eleuauerit eos sa-
cerdos cum panibus primitia-
rum corā domino, cedent in vsū
eius. Et vocabitis hunc diē ce-
leberrimū, atq; sanctissimū. Oē
opus seruile non facietis in eo.
Legitimū sempiternum erit in
cunctis habitaculis, et generatio
nibus vestris: dicit dominus om
Joā. nipotēs. Alleluia. ℣. Spiritus
26. eius ornauit cęlos. Oratio.
Deus, qui ad animarū me-
delā ieiunij deuotione ca-
stigari corpora pręcepisti: conce-
de nobis propitius: et mente et
corpore tibi semper esse deuo-
tos. Per dominum nostrum.
Lectio libri Deuteronomij.
c. 26 In diebus illis. Dixit Moy
ses filijs Israel. Audi Isra-
el quę ego pręcipio tibi hodie.
Cum intraueris terram, quam
dominus deus tuus daturus est
tibi possidendam, et obtinueris
eam, atq; habitaueris in ea: tol-
les de cunctis frugibus tuis pri-
mitias, et pones in cartallo: per-
gēsque ad locum, quē dominus
deus tuus elegerit, vt ibi inuoce
tur nomē eius. Accedesq; ad sa-
cerdotem, qui fuerit in diebus il-
lis, et dices ad eū. Profiteor ho
die coram domino deo tuo, qui
exaudiuit nos, et respexit humili
tatē nostrā, et laborē atq; angu-
stias: et eduxit nos de Aegypto
in manu forti, et brachio extento,
in ingenti pauore, in signis atq;
portentis: et introduxit ad locū
istū, et tradidit nobis terrā lacte,
et melle manātē. Et idcirco nūc
offero primitias frugum terrę,
quam dominus dedit mihi. Et
dimittes eas in conspectu domi
ni dei tui. Et adorato domino
deo tuo, epulaberis in omnibus
bonis, quę dominus deus tuus
dederit tibi. Alleluia. ℣. Dū cō-
plerentur dies Pētecostes, erāt Act.
omnes pariter sedentes. Orō. 2.
Pręsta, quęsumus, omnipo
tens deus: vt salutaribus
ieiunijs eruditi, ab omnibus etiā
vitijs abstinentes, propitiationē
tuam facilius impetremus. Per
dominum nostrum Jesū Chri.
Lectio libri Leuitici.
In diebus illis. Dixit domi c. 26.
nus ad Moysen. Loque-
re filijs Israel, et dices ad eos. Si
in pręceptis meis ambulaueritis,
et mandata mea custodieritis, et
feceritis ea: dabo vobis pluuiā
temporibus suis, et terra gignet

germen

germen suũ: ⁊ pomis arbores re plebuntur. Apprehẽdet messiũ tritura vindemiam, ⁊ vindemia occupabit sementem: ⁊ comedẽtis panem vestrum in saturitate, ⁊ absq; pauore habitabitis i terra vestra. Dabo pacẽ in finibus vestris: dormietis, ⁊ nõ erit qui exterreat. Auferã malas bestias: ⁊ gladius non transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros: ⁊ corruent coraz vobis. Persequentur quinque de vestris centum alienos, ⁊ centum de vobis decẽ millia: cadẽt inimici vestri gladio in cõspectu vestro. Respiciam vos, ⁊ crescere faciam: multiplicabimini, ⁊ firmabo pactum meum vobiscuz. Comedetis vetustissima veterũ, ⁊ vetera nouis superuenietibus proijcietis. Ponam tabernaculum meuz in medio vestri, ⁊ non abijciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter vos, ⁊ ero vester deus, vos que eritis populus meus: dicit dominus omnipotẽs. Alleluia. ℣. Ueni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende. Oremus. Oratio.

Presta, q̃s omnipotens deus, sic nos ab epulis carnalibus abstinere: vt a vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per d.

Lectio Danielis prophete.

cap. 3. In diebus illis. Angelus domini descendit cum Azaria ⁊ socijs eius in fornacem: ⁊ excussit flammã ignis de fornace: ⁊ fecit mediũ fornacis quasi ventuz roris flantem. Flãma autem diffusa est super fornacem, cubitis quadragintanouẽ: ⁊ icẽdit quos repperit iuxta fornacẽ de Chaldeis ministros regis qui eã incẽdebant. Illos aũt omnino nõ tetigit ignis: neq; cõtristauit: nec quicquam molestię intulit. Tũc hi tres quasi ex vno ore laudabant, ⁊ glorificabant, ⁊ benedicebãt deũ in fornace, dicẽtes. Alleluia. ℣. Benedictus es domine deus patrum nostroruz, ⁊ laudabilis in secula. Finito versu, dicitur Gloria in excelsis. Sequit Dñs vo. ℟. Et cũ spi. Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flãmas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum nostrum.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor ⁊ rector, famuluz tuuz N. quem pastorem ecclesię tuę pręesse voluisti, ꝓpitius respice: da ei, quęsumus, verbo ⁊ exemplo quibus pręest, proficere: vt ad vitã vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternã. Per. vel Ecclesię tuę. vt in feria iiij. Dominicę resurrectionis.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos. ca. 5.

Fratres. Iustificati igitur ex fide, pacez habeamus ad deum per Iesum Christum dominum nostrum: per quem ⁊ accessum habemus per fidẽ in gratiam istam, in qua stamus, ⁊ gloriamur in spe glorię filioruz dei. Non

Non solum autem: sed ꝛ gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero spez. Spes autem non confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctuz, qui datus est nobis. Tractus. Laudate dominum omnes gentes: ps. 116.
ꝛ collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: ꝛ veritas domini manet in eternum.

Seq. sancti euang. scđm Lucam. c. 4.



In illo tempore: Surgens Jesus de synagoga, introiuit in domuz Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: ꝛ rogauerunt illuz pro ea. Et stans super illam, imperauit febri: ꝛ dimisit illam. Et continuo surgens, ministrabat illis. Cum sol autem occidisset, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Jesuz. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibāt autem demonia a multis, clamātia ꝛ dicētia: quia tu es filius dei. Et increpans, non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsuz esse Christum. Facta autem die, egressus ibat in desertum locum: ꝛ turbe requirebant eum, ꝛ venerunt vsque ad ipsum: ꝛ detinebant illū, ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia ꝛ alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnuz dei: quia ideo missus sum. Et erat predicans in synagogis Galilee. Credo in vnum. Offertoriū. Domine deus salutis mee, in ps. 87.
die clamaui ꝛ nocte coram te: intret oratio mea in cōspectu tuo domine, alleluia. Secreta. Ut accepta tibi sint domine nostra ieiunia, presta nobis, que sumus, huius munere sacramenti, purificatum tibi pectus offerre. Per dominum no. Altera secreta, vel Oblatis quesumus domine. vel Protege. vt in feria iiij. Dūice resurrectionis. Cōio. Spiritus, vbi vult, spirat: ꝛ vocem eius audis, alleluia, alleluia: Joā. 3.
sed nescis vnde veniat, aut quo vadat, alleluia, allā, allā. Postcō. Prebeāt nobis domine diuinum tua sancta feruorez, quo eorum pariter ꝛ actu delectemur ꝛ gustu. Per dominum. Altera postcō. vel Hec nos qs. vel Quesumus domine. vt in feria iiij. Dominice resurrectiōis.

In festo sancte Trinitatis. Introitus.



Benedicta sit sācta Trinitas, atque idiuisa vnitas, confitebimur ei, quia fecit nobiscuz misericordiā suā. ps. Domine domin⁹ noster quā admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. ℣. Gloria. Oratio. Om-

OMnipotens sempiterne deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verę fidei ęternę Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia maiestatis adorare vnitatem: quęsumus, vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Per D. Deinde fit cōmemora. de Dñica j. post Pente. Orō vt infra habet̃ in eius missa. Lcō epl'ę beati Pauli apl'i ad Roma.

ca. 2. FRatres. O altitudo diuitiarum sapientię et scientię dei: quàm inincōprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vię eius. Quis enim cognouit sensuz domini? Aut quis cōsiliari⁹ eius fuit? Aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia. Ipsi honor, et gloria, in secula seculorum. Amen. Graduale. Benedictus es domine, qui intueris abyssos, et sedes super cherubim. ℣. Benedictus es domine in firmamento cęli, et laudabilis in sęcula. Alleluia, alleluia. ℣. Benedictus es domine deus patruz nostrorum, et laudabilis in secula, all'a. Seq. sancti euang. fm Matthę.

c. 26. 

IN illo tēpore. Dixit Jesus discipulis suis. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, et filij, et spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quęcunque mandaui vobis. Et ecce, ego vobiscum sum vsqz ad cōsummationē seculi. Credo. Offert. Bñs sit deus pr̃, vnigenitus q̄ dei fili⁹, scūs quoqz spūs: q: fecit nobiscū misericordiā suā.

Secre. SAnctifica, q̄s domine deus noster, per tui sancti nominis inuocationem, huius oblationis hostiam: et per eā nosmetipsos tibi perfice munus ęternum. Per dominuz no. Prefatio. Qui cum vnigenito. Cōmunio. Benedicimus deuz cęli, et coraz omnibus viuētibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiā suaz. Postcō. PRoficiat nobis ad salutez corporis et animę, domine deus noster, huius sacramenti susceptio: et sempiternę sanctę Trinitatis, eiusdémque indiuiduę vnitatis confessio. Per do.

¶ Dominica prima post Pentecosten. Introitus.



DOmine in tua misericordia speraui: exultauit cor meuz in salutari tuo: cātabo domino, qui bona tribuit mihi. Psalmus. Vsquequo domine obliuisceris me in finē? vsquequo auertis faciem tuam à me? ℣. Gloria patri. Oratio. ps. 12.

DEus in te sperantium fortitudo, adesto propitius inuo-

uocationibus nostris: & quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, presta auxiliũ gratie tue: vt in exequẽdis mandatis tuis, & volũtate tibi, & actione placeamus. Per dominum nostrum.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quesumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente gloriosa virgine dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro, & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: salutẽ nobis tribue benignus & pacẽ: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eundem dñm nostrum Jesum.

¶ Et dr̃ in missa tam de tempore, quam de sancto vsque ad aduentum, nisi sit duplex, vel infra octauam. Tertia vero oratio dicatur ad libitum sacerdotis.

Lectio epistole beati Joannis apostoli.

1.c.4 Charissimi. Deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniam filiũ suum vnigenitum misit deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suũ propitiatorẽ pro peccatis nostris. Charissimi, si deus dilexit nos, & nos debemus alterutrũ diligere. Deũ nemo vidit vnquam. Si diligimus inuicẽ, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus, quoniã in eo manemus, & ipse in nobis: qm̃ de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur: quoniã pater misit filium suũ saluatorẽ mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniã Jesus est filius dei: deus in eo manet, & ipse in deo. Et nos cognouimus, & credidimus charitati, quã habet deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. In hoc pfecta est charitas dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mũdo. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor penã habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deũ: quoniã deus prior dilexit nos. Siquis dixerit quoniã diligo deum: & fratrem suum oderit: mendax est. Qui enim nõ diligit fratrem suum, quem videt: deũ, quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatũ habemus a deo: vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum. Graduale.

Ego dixi dñe, miserere mei: sana animam meam, quia peccaui Ps.
tibi. ℣. Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem: 40.
in die mala liberabit eum dñs.

Alleluia, alleluia. ℣. Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum, alleluia. Ps. 5.

Seq. sancti euang. sm̃ Lucam.

c.6. 

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Estote misericordes, sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare, et non iudicabimini. Nolite cõdemnare, et non condemnabimini. Dimittite, et dimittemini. Date, et dabitur vobis. Mensuram bonam, et confertam, et coagitatam, et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis et similitudinem. Nunquid potest cęcus cęcuz ducere? Nonne ambo in foueaz cadunt? Non est discipulus super magistrũ. Perfectus aũt omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid aũt vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem, quę in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater, sine eijciã festucam de oculo tuo: ipse trabẽ in oculo tuo non videns? Hypocrita, eijce primũm trabẽ de oculo tuo: et tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Credo in vnũ. Offert.
Intende voci orationis meę,
ps. rex meus, et deus meus: quoniaz
5. ad te orabo domine. Secreta.

Hostias nostras, q̃s domine, tibi dicatas placatus assume, et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum nostrum Jesuz Chri.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis et corporis hostibus tueãris: gratiaz tribuens in pręsenti, et gloriam in futuro. Per dominum nostrũ Jesum. in vnit. eius.

Communio. Narrabo omnia ps.
mirabilia tua: lętabor, et exulta- 9.
bo in te: psallam nomini tuo altissime. Postcommunio.

Tantis domine repleti muneribus, pręsta, quęsumus: vt et salutaria dona capiamus, et à tua laude nunquam cessemus. Per dominum. Ad poscenda suffragia sanctoruz. Postcommunio.

Mundet et muniat nos, quęsumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: et intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atqz beato N. et omnibus sanctis: à cunctis nos reddat et peruersitatibus expiatos, et aduersitatibus expeditos. Per eundem domi.

¶ In sollemnitate sacratissimi Corporis Christi. Introitus. ps. 80.



Cibauit eos ex adipe frumẽti, alleluia, et de petra melle saturauit eos, alleluia, alleluia, allũa. Psalmus. Exultate deo adiutori

tori nostro: iubilate deo Jacob. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuę memoriam reliquisti: tribue, quęsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tuę fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis & regnas cum deo patre.

1. C. 11 Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

FRatres. Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis: quoniam dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ, & gratias agens, fregit, & dixit. Accipite, & manducate: Hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradet̃. Hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter & calicem postquam cęnauit, dicens: Hic calix nouum testamentũ est ĩ meo sanguine. Hoc facite quotiescunque bibetis, in meam commemorationẽ. Quotiescunque enim manducabitis panẽ hunc, & calicẽ bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat. Itaque quicunque manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne: reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autẽ seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne: iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus dñi. Grad.

Ps. 44. Oculi omnium in te sperant domine: & tu das illis escam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione. Alleluia, alleluia. ℣. Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus: qui manducat meam carnẽ, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Sequentia.

LAuda Sion Saluatorem, lauda ducem & pastorem, in hymnis, & canticis. Quantum potes, tantum aude: quia maior omni laude, nec laudare sufficis. Laudis thema specialis, panis viuus & vitalis, hodie proponitur. Quem in sacrę mensa cęnę, turbę fratrum duodenę, datum non ambigitur. Sit laus plena, sit sonora, sit iucunda, sit decora mentis iubilatio. Dies enim sollemnis agitur, in qua mensę primò recolitur huius institutio. In hac mensa noui regis, nouum pascha nouę legis, phase vetus terminat. Vetustatem nouitas, vmbram fugat veritas, noctem lux eliminat. Quod in cęna Christus gessit, faciendum hoc expressit in sui memoriam. Docti sacris institutis, panem vinum in salutis consecramus hostiam. Dogma datur christianis, quod in carnem transit panis, & vinum in sanguinem. Quod nõ capis, quod non vides, animosa firmat fides, pręter rerum ordinem. Sub diuersis speciebus, signis tantum, & non rebus, latent res eximię. Caro cibus, sanguis potus: manet Christus tamen totus sub vtraque specie. A sumente non concisus, nõ

con-

confractus, nõ diuisus: integer accipitur. Sumit vnus, sumũt mille: quantũ isti, tantum ille: nec sumptus cõsumitur. Sumunt boni, sumũt mali: sorte tamen inequali, vitę vel interitus. Mors est malis, vita bonis: vide, paris sumptionis quã sit dispar exitus. Fracto demũ sacramẽto, ne vacilles: sed mẽmento, tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura: signi tantum fit fractura: qua nec status, nec statura signati minuitur. Ecce panis angelorum factus cibus viatorum: verè panis filiorũ, non mittendus canibus. In figuris presignatur, cum Isaac immolatur: agnus paschę deputatur: datur manna patribus. Bone pastor, panis vere, Jesu nostri miserere: tu nos pasce, nos tuere: tu nos bona fac videre, in terra viuentium. Tu qui cuncta scis ⁊ vales: qui nos pascis hic mortales: tuos ibi commensales coheredes ⁊ sodales fac sanctorũ ciuiũ. Amen. Alleluia.

Sequẽ. S. euang. sm Joannẽ.

C. 16.



In illo tẽpore. Dixit Jesus turbis Judęorum. Caro mea, verè est cibus: ⁊ sanguis meus verè est potus. Qui manducat meã carnem, ⁊ bibit meum sanguinẽ: in me manet, ⁊ ego in illo. Sicut misit me viuẽs pater, ⁊ ego viuo propter patrem, ⁊ qui manducat me, ⁊ ipse viuet propter me. Hic est panis qui de cęlo descendit. Non sicut manducauerũt patres vestri mãna: ⁊ mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in ęternum. Credo in vnum deũ.

Offert. Sacerdotes domini in- Le. c. 21.
censum ⁊ panes offerunt deo: ⁊ ideo sancti erunt deo suo, ⁊ non polluẽt nomẽ eius, alleluia. Secr.

Ecclesię tuę, quęsumus domine, vnitatis ⁊ pacis propitius dona cõcede: quę sub oblatis muneribus mysticè designantur. Per dominum nostrũ Jesum. Prefatio. Quia per incarnati. Et dicitur p tota octauam. Communio. Quotiescumque manducabitis panem hũc, ⁊ calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat. itaque quicunque manducauerit panem, ⁊ biberit calicem domini indignè, reus erit corporis ⁊ sãguinis dñi, alleluia. Postcõ.

Fac nos, quęsumus domine, diuinitatis tuę sempiterna fruitione repleri: quã preciosi corporis ⁊ sanguinis tui tẽporalis perceptio prefigurat. Qui viuis ⁊ regnas in vnitate.

¶ Infra octa. nõ fit de aliquo sancto, nisi fuerit duplex: die octauę nõ fit nisi de festo S. Joãnis Baptistę, ⁊ sanctorũ apostolorũ Petri ⁊ Pauli, si occurrat: ⁊ tunc fit de festo cũ cõmemoratione octauę. Secunda oratio infra octauam, de sancta Maria. Concede. tertia Ecclesię. vel p Papa.

¶ Dñica ij. post Pente. Intro.

psal. 17



Factus est dominus protector meus: et eduxit me in latitudinez: saluũ me fecit: quoniaz voluit me. Psal. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentũ meum, et refugium meum, et liberator meus. ℣. Gloria. Oratio.

Sancti nominis tui domine timorem pariter et amorez fac nos habere perpetuuz: quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tue dilectionis instituis. Per dominũ nostrum Jesum. Deinde fit cõmemoratio de octaua corporis Christi. Deus q nobis. vt sup. Lctõ eplę bti Joannis apostoli.

1. c. 3. Charissimi: Nolite mirari, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniaz translati sumus de morte ad vitã: qm̃ diligimus fratres. Qui nõ diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem suuz: homicida est. Et scitis, quoniaz omnis homicida non habet vitam ęternã in se manentez. In hoc cognouimus charitatẽ dei, qm̃ ille pro nobis animã suã posuit: et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua: sed opere et veritate. Graduale.

Ad dominum cũ tribularer clamaui, et exaudiuit me. ℣. Domine, libera animam meam a labiis iniquis, et a lingua dolosa. Alleluia, allia. ℣. Dñe deus in te speraui, saluũ me fac ex oĩbus persequentibus me, et libera me, allia. psal. 119.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam. c. 14.

In illo tẽpore. Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam fecit cęnam magnã: et vocauit multos. Et misit seruum suum hora cęnę dicere inuitatis vt venirẽt: quia iam parata sunt omnia. Et cęperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei. Villam emi: et necesse habeo exire, et videre illaz. Rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit. Juga boum emi quinque: et eo probare illa. Rogo te, habe me excusatũ. Et ali⁹ dixit. Uxorem duxi: et ideo non possuz venire. Et reuersus seruus nunciauit hęc domino suo. Tunc ira t⁹ paterfamilias, dixit seruo suo. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis: et paupes ac debiles, et cęcos et claudos introduc huc. Et ait seruus. Domine factuz est vt imperasti: et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias et sepes: et cõpelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cęnaz meã. Credo in. Offertoriũ. Domine conuertere, et eripe animam meam: saluuz me fac propter misericordiam tuam. Secreta. ps.

Obla-

OBlatio nos, quesumus domine, tuo nomini dicanda purificet: & de die in diem ad celestis vite transferat actionem. Per dominum n. Communio.
psal. 12. CAntabo domino, qui bona tribuit mihi: & psallam nomini domini altissimi. Postcommunio.
SUmptis muneribus sacris, quesumus domine, vt cum frequentatione mysterij, crescat nostre salutis effectus. Per do.

¶ Dominica tertia post Pentecosten. Introitus.

psal. 24 REspice in me, & miserere mei dñe: quoniam vnicus, & pauper sum ego: vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte oia peccata mea deus meus. ps. Ad te dñe leuaui animam meam: deus meus in te cõfido, non erubescam. v. Gloria p. Oratio.
PRotector in te sperantium deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, vt nõ amittamus eterna. Per dominum nostrum Jesum Ch. A cunctis nos quesumus domi. vt in prima Dominica post Pentecost.
Lectio epistole btí Petri apli.
1. c. 5 CHarissimi: Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum: quoniam ipsi est cura de vobis. Sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei que in mundo est, vestre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie, qui vocauit nos in eternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, cõfirmabit, solidabitque. Ipsi gloria, & imperium in secula seculorum. Amen. Gra. Iacta cogitatum tuum in dño: & ipse te enutriet. v. Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocẽ meam ab his, qui appropinquant mihi. psal. 54
Alleluia, alleluia. v. Deus iustus, fortis, & patiens, nũquid irascetur p singulos dies? alleluia. ps. 7
Sequen. S. euang. sm Lucam.



IN illo tempore: Erant appropinquantes ad Jesum publicani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant pharisei & scribe, dicentes. Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam que perierat, donec inueniat illam? Et cũ inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudẽs: & veniens do- c. 15.

mum, cóuocat amicos & vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi, quia inuéni ouem meam quę perierat. Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cęlo super vno peccatore pęnitentiam agente, quàm supra nonagintanouem iustis, qui non indigent pęnitentia. Aut quę mulier habés drachmas decem: si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quęrit diligenter, donec inueniat eam? Et cum inuenerit, cóuocat amicas & vicinas, dicens. Congratulamini mihi: quia inuéni drachmam quam perdideram. Ita, dico vobis, gaudium erit coram angelis dei super vno peccatore pęnitentiam agente. Credo. Offerto.

ps. 9 Sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum domine: quoniam non derelinquis quęrentes te: psallite domino: qui habitat in Sion: quoniam non est oblitus orationé pauperũ. Secreta.

Respice, quęsumus domine, munera supplicantis ecclesię: & saluti credentium perpetua sanctificatione sumenda cócede. Per do. Exaudi nos deus salutaris. vt iii. Dominica. Cómunio.

Lu. 15 Dico vobis, gaudiũ est angelis dei super vno peccatore penitétiam agente. Postcómu.

Sancta tua domine nos sumpta viuificent: & misericordię sempiternę pręparent expiatos. Per dominũ. Muniat, & muniat. vt iiij. dominica. Dñica iiij. post Pente. Introi.



Dominus illumina- psal. 26
tio mea, & salus mea,
quem timebo? dominus defensor vitę meę, à quo trepidabo? qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Psal. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. ℣. Gloria patri, & filio, &c. Oratio.

Da nobis, quęsumus domine, vt & mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: & ecclesia tua tranquilla deuotione lętetur. Per dñm. A cunctis nos. vt in prima Dominica.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos

Fratres: Existimo, quòd ca. 8
non sunt condignę passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturę, reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem glorię filiorũ dei. Scimus enim, quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Nó solum autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gémimus, adoptionem filiorũ dei expectantes, redéptionem corporis nostri. In Christo Iesu domino nostro. Gradua.

Propitius esto domine peccatis psal. 87
nostris: nequando dicant
gen-

gentes, vbi est deus eorum? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, ⁊ propter honorem nominis tui domine libera nos. Alleluia, alleluia. ℣. Deus, qui sedes super thronum, ⁊ iudicas equitatem, esto refugium pauperum in tribulatione, alleluia. Sequē. S. euange. scdm Lucam.

ca. 5. 

In illo tempore. Cū turbe irruerent in Jesuz, vt audirent verbū dei: ⁊ ipse stabat secus stagnū Genesareth. Et vidit duas naues stātes secus stagnuz. Piscatores autem descēnderant, ⁊ lauabant retia. Ascēdens autē in vnaz nauim que erat Simōnis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens, docebat de nauicula turbas. Ut autez cessauit loqui, dixit ad Simōnem. Duc in altū, ⁊ laxāte retia vestra in capturaz. Et respondens Simon, dixit illi. Preceptor, per totam noctez laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinez copiosaz. Rumpebatur autem rete eorū. Et annuerūt sociis, qui erant in alia naui: vt venirēt, ⁊ adiuuarēt eos. Et venerūt, ⁊ impleuerunt ambas nauiculas: ita vt pene mergerentur. Quod cū vidēret Simō petrus, prōcidit ad genua Jesu, dicens. Exi à me, q2 homo peccator sum, dñe. Stupor eniz circundederat eum, ⁊ omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autez ⁊ Jacobum ⁊ Joannem filios Zebedei, qui erant socij Simōnis. Et ait ad Simōnem Jesus. Noli timere: ex hoc iā eris homines capiēs. Et subductis ad terram nauibus, relictis oībus secuti sunt eum. Credo. Offertor.

Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, p̄ualui aduersus eum. psal. 12. Secreta.

Oblationibus nr̄is, q̄s dñe placare susceptis: ⁊ ad te nostras etiam rebelles cōpelle, propitius voluntates. Per domi. Exaudi n. vt in j. dñica. Cōio.

Dñs firmamentū meum, ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus, adiutor meus. psal. 17 Postcōmunio.

Mysteria nos, dñe, q̄s, sumpta purificent: ⁊ suo munere tueantur. Per. Mundet ⁊ muniat. vt in prima dominica.

¶ Dñica v. post Pent. Introi.



Exaudi domine vocē meā, qua clamaui ad te: adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias me deus salutaris meus. psal. 26 psal. Dñs illuminatio mea, ⁊ salus mea: quē timebo? ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus, qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti, infūde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te in omnibus ⁊

super omnia diligentes: promissiones tuas, que omne desiderium superant, consequamur. Per dominum nostrum. A cunctis nos quesumus dne. vt in i. dnica.
Lectio epistole beati Petri apli.
1.c.3 Charissimi: Omnes vnanimes in oratione estote, compatiétes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. Nó reddentes malú pro malo: nec maledictum pro maledicto, sed econtrario, benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitaz diligere, et dies vidére bonos, coérceat linguam suam à malo, et labia eius ne loquantur dolum. Declinet à malo, et faciat bonuz: inquirat pacem, et sequatur eaz. Quia oculi domini super iustos: et aures eius in preces eorum. Uultus autem domini super facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni emulatores fuéritis? Sed et si quid patimini propter iustitiaz, beati. Timoré autem eorum ne timuéritis, vt non conturbemini. Dominú autem Jesum Christum sanctificate in cordibus vestris. Grad.
psal. 83 Protector noster aspice deus, et réspice super seruos tuos. V. Domine deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Alleluia, alleluia. V. Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehemeter, alleluia.
psal. 20 Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.



In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Amen dico vobis: nisi abúdauerit iustitia vestra plusquá scribaruz et pharisęoruz, non intrábitis i regnú celoz. Audistis, qz dictú est antiquis. Non occides: qui aút occiderit, reus erit iudicio. Ego autez dico vobis: qz omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui auté dixérit fratri suo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehéne ignis. Si ergo offers munus tuú ad altare, et ibi recordatus fueris qz frater tuus habet aliqd aduersum te: relinque ibi munus tuuz ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens ófferes munus tuum. Credo. Offer. Benedicam dominú, qui tribuit mihi intellectú, prouidebá deú in cóspectu meo semp: quoniá à dextris est mihi, ne commouear. Secre. ca.3.
psal. 15
Propitiare domine supplicationibus nostris: et has oblationes famulorum, famularumque tuarum benignus assume: vt, quod singuli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutez. Per d. Exaudi nos. vt in i. dominica.
Communio. Unam petij à domino, hanc requiram: vt inhábitem in domo domini omnibus diebus vite mee. Postcommu.
psal. 26
Quos

Quos domine cęlesti dono satiasti: pręsta quęsumus: vt a nostris mundemur occultis: et ab hostium liberemur insidiis. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecuz viuit et regnat in vn. (I) undet et muniat. vt in prima Dominica.

Dominica sexta post Pentecosten. Introitus.

psal. 77 

Dominus fortitudo plebis suę: et protector salutarium Christi sui est: saluum fac populuz tuum domine, et bndic hereditati tuę, et rege eos vsqz in seculum. Psalmus. Ad te domine clamabo: deus meus ne sileas a me: nequando taceas a me: et assimilabor descendentibus in lacum. ℣. Gloria. Oro.

Deus virtutum, cuius est totū, qđ est optimū, insere pectoribus nostris amorem tui nominis: et pręsta i nobis religionis augmentum: vt quę sunt bona nutrias: ac pietatis studio, quę sunt nutrita, custodias. Per dominum nostrū. A cunctis n. vt in prima Dominica. Lectio epistole bti Pauli apli ad Roman.

ca. 6. Fratres: Quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte: vt quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate vitę ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes, qz vetus homo noster simul crucifixus est: vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui eniz mortuus est, iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo: credimus qz simul etiā viuemus cū illo. Scientes, qz Chrs resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autez viuit, viuit deo. Ita et vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato: viuentes autem deo in Christo Jesu domino nostro. Grad.

Conuertere dn̄e aliquantuluz: et deprecare super seruos tuos. psal. 89

℣. Dn̄e refugium factus es nobis, a generatione in generatione. Alleluia, allia. ℣. In te dn̄e speraui, non confundar in ęternuz: in iustitia tua libera me, et eripe me: inclina ad me aurem tuaz: accelera: vt eripias me, alleluia. Sequē. S. euang. bm Marcuz.



In illo tempore. Cum turba multa esset cum Jesu, nec haberent qđ manducarent: conuocatis discipulis suis, ait illis. Misereor sup turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Et, si dimisero eos ieiunos in domuz suam, deficient in ca. 8.

via. Quidaz enim ex eis de lõge venerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Unde istos põterit quis hic saturare panibus in soli tudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixe runt. Septez. Et precepit turbe discumbere super terram. Et ac cipiens septem panes, gratias agens fregit, ⁊ dabat discipulis suis, vt apponerent: ⁊ apposue runt turbe. Et habebant pisci culos paucos: ⁊ ipsos benedixit, ⁊ iussit apponi. Et manducaue runt, ⁊ saturati sunt. Et sustule runt quod superauerat de frag mentis, septem sportas. Erant aũt qui mãducauerãt, quasi qua tuor millia: ⁊ dimisit eos. C re do. Offer. Perfice gressus me

psal. 16 os in semitis tuis, vt non mouea tur vestigia mea: inclina aurẽ tuã ⁊ exaudi verba mea: mirifica mi sericordias tuas, q saluos facis sperantes in te domine. Secre.

PRopitiare domine suppli cationibus nostris: ⁊ has populi tui oblationes benignus assume: ⁊ vt nullius sit irritum votuz, nullius vacua postulatio, presta quesumus: vt, quod fide liter petimus, efficaciter conse quamur. Per dominũ nostruz. Exaudi nos deus salutaris. vt in prima Dominica. Communio.

psal. 26 Circuibo, ⁊ immolabo in taber naculo eius hostiaz iubilationis: cantabo, ⁊ psalmum dicam do mino. Postcommunio.

REpleti sumus domine mu neribus tuis: tribue quesu mus: vt eorum mundemur effe ctu, ⁊ muniamur auxilio. Per do minum nostruz. Mundet ⁊ mu niat nos. vt in prima Dominica.

¶ Dominica septima post Pen tecosten. Introitus.



OMnes gẽtes plau dite manibus: iu bilate deo in voce exultationis. psal mus. Quoniam dominus excelsus, terribilis, rex magnus super om nem terrã. V. Gloria. Oratio. psal. 46

DEus, cuius prouidentia in sui dispositione nõ fallitur: te supplices exoramus: vt noxia cuncta submoueas: ⁊ omnia no bis profutura cõcedas. Per do minum no. A cunctis nos que sumus. vt in prima Dominica.

Lectio epistole beati Pauli apo stoli ad Romanos.

FRatres: Humanum dico propter infirmitatem car nis vestre. Sicut enim exhibui stis membra vestra seruire immũ ditie ⁊ iniquitati ad iniquitatez: ita ⁊ nunc exhibete membra ve stra seruire iustitie, in sactificatio nem. Cum enim serui essetis pec cati, liberi fuistis iustitie. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorũ, mors est. Nũc vero liberati a peccato, serui au tem facti deo, habetis fructũ ve strum in sanctificationem, finem vero vitam eternam. Stipendia enim peccati mors. Gratia autẽ dei, vita eterna, in Christo Iesu ca. 6.

domino

domino nostro. Graduale.
psal. Venite filij, audite me: timorez
33. domini docebo vos. ℣. Accedi
te ad euz, & illuminamini: & facies
vestrę non confundentur. Alle
psal. luia, alleluia. ℣. Omnes gen-
46 tes plaudite manibus, iubilate
deo in voce exultationis, allia.
Seque. sctieuag. fm Mattheu.
ca. 7.



In illo tē-
pore: Di-
xit Jesus disci-
pulis suis. Attē-
dite a falsis pro
phetis, qui ve-
niunt ad vos in
vestimētis oui-
um, intrinsecus
autē sunt lupi rapaces. A fructi-
bus eorū, cognoscetis eos. Nū-
quid colligunt de spinis vuas,
aut de tribulis ficus? Sic, omnis
arbor bona, bonos fructus fa-
cit: mala autem arbor malos fru
ctus facit. Non potest arbor bo
na malos fructus facere: neque
arbor mala, fructus bonos face-
re. Omnis arbor, quę non facit
fructum bonum, excidetur, & in
ignez mittetur. Igitur ex fructi-
bus eoruz cognoscetis eos. Nō
omnis qui dicit mihi, Domine
domine intrabit in regnum cęlo
rum: sed qui facit voluntatez pa-
tris mei qui in cęlis est, ipse intra
bit in regnum cęloruz. Credo
Dan. in Offerto. Sicut in holocau-
3. stis arietum & taurorum, & sicut
in millibus agnorum pinguium:
sic fiat sacrificium nostruz in con
spectu tuo hodie, vt placeat tibi,
quia non est confusio confiden-
tibus in te domine. Secreta.
Deus, qui legalium differē-
tiam hostiarum vnius sa-
crificij perfectione sanxisti: acci-
pe sacrificium a deuotis tuis fa-
mulis: & pari benedictione, sicut
munera Abel, sanctifica: vt, qđ
singuli obtulerūt ad maiestatis
tuę honorem, cunctis proficiat
ad salutem. Per dominum no-
strum. Exaudi nos deus. vt in
prima Dominica. Communio.
Inclina aurem tuam, accelera, psal.
vt eruas me. Postcommunio. 30
Tua nos domine medicina
lis operatio, & a nostris per
uersitatibus clemēter expediat,
& ad ea quę sunt recta perducat.
Per dominuz. Mundet & mu.
vt in prima Dominica.
¶ Dominica octaua post Pen-
tecosten. Introitus.



Uscepimus deus psal.
misericordiam tu- 47
am in medio tem-
pli tui: secundum
nomen tuum de-
us, ita & laus tua in
fines terrę: iustitia plena est dex-
tera tua. Psal. Magnus domi-
nus, & laudabilis nimis: in ciuita-
te dei nostri, in mōte sancto eius.
℣. Gloria patri, & filio. Oratio.
Largire nobis, quęsumus
domine, semper spiritum
cogitandi quę recta sunt propi-
tius & agendi: vt, qui sine te esse
non possumus, secundū te viue-
re valeamus. Per d. A cunctis
nos quęs. vt in prima Dominic.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 8. FRatres. Debitores sum⁹: nō carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundū carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunqȝ enim spiritu dei aguntur: hi filij dei sunt. Nō enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Ipse enī spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei. Si autem filij: ⁊ heredes. Heredes quidem dei: coheredes autem Christi. Gradua. Esto mi-

psal. 30 hi in deū protectorem, ⁊ in locuȝ refugij, vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui dn̄e non confundar in eternum. Alleluia, al-

psal. 47 leluia. ℣. Magnus dn̄s, ⁊ laudabilis valde, in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius, alleluia.

Sequen. S. euang. s'm Lucam.

c. 16. 

IN illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidaȝ erat diues, qui habebat villicum: ⁊ hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et vocauit illum, ⁊ ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationeȝ villicationis tue: iam enim non poteris villicare. Ait auteȝ villicus intra se. Quid faciam, quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaqȝ singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. Centuȝ cados olei. Dixitqȝ illi. Accipe cautionē tuaȝ: ⁊ sede cito, ⁊ scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Centum coros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas, ⁊ scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, q: prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego dico vobis. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. Credo. Offerto.

Populum humilem saluum facies domine, ⁊ oculos superborum humiliabis: quoniam quis deus preter te domine? Secre. psal. 17

SUscipe, quesumus domine, munera, que tibi de tua largitate deferimus, vt hec sacrosancta mysteria, gratie tue operate virtute, ⁊ presentis vite nos conseruatione sanctificent, ⁊ ad gaudia sempiterna perducant. Per dominū nostrum. Exaudi nos deus. vt in j. Dominica.

Commnnio. Gustate, ⁊ vide- psal.

te, quoniam suauis est dn̄s: bea- 33.


tus

tus vir qui sperat in eo. Postcō.
S It nobis domine repara-
tio mentis & corporis cele-
ste mysterium: vt, cuius exequi-
mur cultum, sentiamus effectū.
Per dominum nostrum. M un
det & muniat. vt in j. Dominica.
¶ Dominica nona post Pen
tecosten. Introitus.

psal. 53



Ecce deus adiuuat
me: & dominus su
sceptor est anime
mee: auerte mala
inimicis meis: & in
veritate tua disp-
de illos protector meus domi-
ne. Psal. Deus ī nomine tuo sa-
luum me fac: & in virtute tua libe
rame. ℣. Gloria pa. Oratio.
P Ateant aures misericordie
tue domine precibus sup-
plicantium: &, vt petentibus de-
siderata concedas, fac eos que
tibi sunt placita postulare. Per
dominum nost. A cunctis nos
quesum⁹. vt in prima dominica.
Lectio epistole beati Pauli apo
stoli ad Corinthios.
1.ca. 10 F Ratres: Non scimus con-
cupiscentes malorū, sicut
& illi cōcupierunt. Neq; idola-
tre efficiamini, sicut quidaz ex ip-
sis: quemadmodum scriptuz est.
Sedit populus manducare & bi
bere, & surrexerunt ludere. Ne-
que fornicemur: sicut quidam ex
ipsis fornicati sunt, & ceciderunt
vna die vigintitria millia. Neq;
tentemus Christum: sicut quidā
eorum tentauerunt, & à serpenti-
bus periérunt. Neq; murmura-
ueritis: sicut quidā eorū murmu
rauerunt, & periérūt ab extermi-
natore. Hec autez omnia in figu
ra contingebant illis: scripta sūt
autem ad correptioné nostrā, in
quos fines seculorū deuenerūt.
Itaque qui se existimat stare, vi-
deat ne cadat. Tentatio vos nō
apprehendat, nisi humana. Fide
lis autez deus est, qui non patie-
tur vos tentari supra id quod po
testis: sed faciet cum tentatione
etiam prouentum: vt possitis su
stinére. Gradua. D omine do- p̄s.9
minus noster, quàm admirabi-
le est nomen tuum in vniuersa
terra. ℣. Quoniam eleuata est
magnificentia tua super celos.
A lleluia, allā. ℣. Eripe me de psal. 17
inimicis meis deus meus, & ab in
surgētibus in me libera me, allā.
Sequen. S. euang. sm Lucam.



I N illo tem c.19.
pore: Cūz
appropinqua-
ret Jesus Hie-
rusalem, videns
ciuitatez, fleuit
super illam, di-
cens. Quia si co
gnouisses, & tu:
& quidé in hac die tua, que ad pa
cem tibi. Nunc autem abscondi
ta sunt ab oculis tuis. Quia ve-
nient dies in te: & circundabunt
te inimici tui vallo: & circunda-
bunt te, & coangustabunt te un-
diq;: & ad terram prosternēt te,
& filios tuos qui in te sunt: & non
relinquent in te lapidez super la-
pidé: eo quòd non cognoueris

tempus visitationis tuę. Et ingressus in templum cępit eijcere vendentes in illo & ementes, dicens illis. Scriptū est: q2 domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronū. Et erat docens quotidie in templo. Credo. Offertoriū.
psal. 18 Iustitię domini rectę, lętificantes corda, & iudicia eius dulciora super mel & fauum: nam & seruus tuus custodit ea. Secreta.
Concede nobis, quęsumus domine, hęc digne frequētare mysteria: quia quoties huius hostię commemoratio celebratur, opus nostrę redemptionis exercetur. Per do. Exaudi nos deus salutaris. vt in prima Dominica. Cōmunio.
Jo. 6 Qui manducat meā carnem, & bibit meū sanguinez, in me manet, & ego in eo, dicit dominus. Postcomunio.
Tui nobis, quęsumus domine, communio sacramenti, & purificationem conferat, & tribuat vnitatē. Per do. Mundet & muniat. vt in prima dñica.

¶ Dominica x. post Penteco.

Introitus.

psal. 54



Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant mihi: & humiliauit eos qui est ante secula: & manet in ęternum: iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. Psalmus. Exaudi deus orationem meam: & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.
Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miserando manifestas: multiplica super nos gratiam tuam: vt, ad tua promissa currentes, cęlestium bonorum facias esse consortes. Per dominum nostrum Jesum Christū. A cunctis nos quęsumus. vt in prima Dñica.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Scitis quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini, euntes. Ideo notum vobis facio, quòd nemo in spiritu dei loquens, dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere, dominus Jesus: nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarum sunt, idē autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt: idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem vero deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuiqz autem datur manifestatio spiritus, ad vtilitatez. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientię: alij autez sermo scientię, secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatum in vno spiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum. Hęc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis

1. ca. 1

psal. 61 gulis prout vult. Gradua. Cu stodi me domine vt pupillaz ocu li: sub vmbra alarum tuarum p tege me. ℣. De vultu tuo iudi cium meum prodeat: oculi tui vi deant equitatem. Alleluia, alle luia. ℣. Te decet hymnus deus in Sion: et tibi reddetur votum in Hierusalem, alleluia. Sequẽ. sancti euãgelij secundum Lucã.

c. 18.



In illo tem pore: Di xit Jesus ad quosdaz qui in se confidebant tanquam iusti, et aspernaban tur ceteros, pa rabolam istam. Duo homines ascenderunt in tẽ plum vt orarent: vnus Pharise us, et alter Publicanus. Phari seus stans, hec apud se orabat. Deus, tibi gratias ago, quia non sum sicut ceteri hominum: rapto res, iniusti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. Jeiuno bis in sabbato: decimas do omniũ que possideo. Et Publicanus a lon ge stans nolebat nec oculos ad celum leuare, sed percutiebat pe ctus suum, dicens. Deus propi tius esto mihi peccatori. Amen dico vobis: descendit hic iustifi catus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat humi liabit, et qui se humiliat exaltabi tur. Credo. Offertor. Ad te

psal. 24 domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, nõ eru bescam: neqz irrideant me inimi ci mei: etenim vniuersi qui te ex pectãt non confundentur. Secr.

Tibi domine sacrificia dica ta reddãtur: que sic ad ho norem nominis tui deferenda tribuisti: vt eadem, remedia fieri nostra prestares. Per dominũ. Exaudi nos deus. vt in prima Dominica. Communio. Acce pabis sacrificiũ iustitie, oblatio nes, et holocausta, super altare tu um, domine. Postcommunio. psal. 50

Quesumus domine deus noster: vt quos diuinis re parare non desinis sacramentis, tuis non destituas benignus au xilijs. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuũ, qui tecum viuit et regnat in vnitate spirit⁹ sancti deus. Mundet et muniat. vt in prima Dominica.

¶ Dominica xi. post Penteco sten. Introitus.



Deus in loco san cto suo: deus, qui inhabitare facit v nanimes in domo: ipse dabit virtutẽ et fortitudinez ple bi sue. Psalmus. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fu giant, qui oderunt eum, a facie eius. ℣. Gloria patri. Oratio. psal. 67

Omnipotens sempiterne deus: qui abundantia pie tatis tue, et merita supplicum ex cedis, et vota: effunde super nos misericordiam tuam: vt dimit tas que cõscientia metuit: et adij cias quod oratio non presu mit. Per dominum nostrum

uocationibus nostris: ꝛ quia si-
ne te nihil potest mortalis infir-
mitas, presta auxiliuꝫ gratię tuę:
vt in exequẽdis mandatis tuis,
ꝛ volũtate tibi, ꝛ actione placeá
mus. Per dominum nostrum.

Ad poscenda suffragia san-
ctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quesumus
domine, mentis ꝛ corporis
defende periculis: ꝛ interceden-
te gloriosa virgine dei genitrice
Maria, cum beatis Apostolis
tuis Petro, ꝛ Paulo, atque bea
to N. ꝛ omnibus sanctis: saluté
nobis tribue benignus ꝛ paceꝫ:
vt destructis aduersitatibus ꝛ
erroribus vniuersis, ecclesia tua
secura tibi seruiat libertate. Per
eundem dñm nostrum Jesum.

¶ Et dr̃ in missa tam de tempo-
re, quam de sancto vsque ad ad-
uentum, nisi sit duplex, vel infra
octauam. Tertia vero oratio di
catur ad libitum sacerdotis.

Lectio epistolę beati Joannis
apostoli.

1.c.4 Charissimi. Deus charitas
est. In hoc apparuit chari-
tas dei in nobis: quoniam filiuꝫ
suum vnigenitum misit deus in
mundum, vt viuamus per eum.
In hoc est charitas: non quasi
nos dilexerimus deum: sed quo
niam ipse prior dilexit nos, ꝛ mi-
sit filium suuꝫ propitiatoreꝫ pro
peccatis nostris. Charissimi, si
deus dilexit nos, ꝛ nos debemus
alterutrũ diligere. Deũ nemo vi
dit vnquam. Si diligimus inui-
cé, deus in nobis manet, ꝛ chari
tas eius in nobis perfecta est. In
hoc cognoscimus, quoniaꝫ in eo
manemus, ꝛ ipse in nobis: qm̃ de
spiritu suo dedit nobis. Et nos
vidimus, ꝛ testificamur: quoniá
pater misit filium suuꝫ saluatoré
mundi. Quisquis confessus fue
rit, quoniá Jesus est filius dei: de
us in eo manet, ꝛ ipse in deo. Et
nos cognouimus, ꝛ credidimus
charitati, quaꝫ habet deus in no
bis. Deus charitas est: ꝛ qui ma
net in charitate, in deo manet, ꝛ
deus in eo. In hoc pfecta est cha
ritas dei nobiscum, vt fiduciam
habeamus in die iudicij: quia si-
cut ille est, ꝛ nos sumus in hoc mũ
do. Timor non est in charitate:
sed perfecta charitas foras mit-
tit timorem: quoniam timor pe-
ná habet. Qui autem timet, non
est perfectus in charitate. Nos
ergo diligamus deũ: quoniaꝫ de
us prior dilexit nos. Siquis di-
xerit quoniá diligo deum: ꝛ fra-
trem suum oderit: mendax est.
Qui enim nõ diligit fratrem su-
um, quem videt: deũ, quem non
videt, quomodo potest dilige-
re? Et hoc mandatuꝫ habemus
a deo: vt qui diligit deum, dili-
gat ꝛ fratrem suum. Graduale.

Ego dixi dñe, miserere mei: sa-
na animam meam, quia peccaui Ps.
tibi. ℣. Beatus vir, qui intelli- 40.
git super egenum, ꝛ pauperem:
in die mala liberabit eum dñs.
Alleluia, alleluia. ℣ Verba mea
auribus percipe domine: intelli- Ps.
ge clamorem meum, alleluia. 5.

Seq. sancti euang. sm Lucam.

c.6. 

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Estote misericordes, sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare, et non iudicabimini. Nolite cõdemnare, et non condemnabimini. Dimittite, et dimittemini. Date, et dabitur vobis. Mensuram bonam, et confertam, et coagitatam, et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Eádem quippe mensura, qua mensi fuéritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis et similitudinem. Nunquid potest cęcus cęcuz ducere? Nonne ambo in foueaz cadunt? Non est discipulus super magistrũ. Perfectus aũt omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid aũt vides festucam in óculo fratris tui: trabem autem, quę in óculo tuo est, non consideras? Aut quómodo potes dicere fratri tuo: frater, sine eijciã festúcam de oculo tuo: ipse trabẽ in óculo tuo non videns? Hypocrita, eijce primùm trabẽ de óculo tuo: et tunc perspicies vt educas festúcam de óculo fratris tui. Credo in vnũ. Offert.

Intende voci orationis meę,
ps. rex meus, et deus meus: quoniaz
5. ad te orabo domine. Secreta.

Hostias nostras, q̃s domine, tibi dicátas placátus assume, et ad perpétuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum nostrum Jesuz Chri.

Ad poscenda suffragia sanctorum. Secreta.

Exáudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis et corporis hostibus tueáris: gratiaz tribuens in pręsenti, et gloriam in futuro. Per dominum nostrũ Jesum. in vnit. eius.

Communio. Narrabo omnia ps.
mirabilia tua: lętabor, et exulta- 9.
bo in te: psallam nomini tuo altissime. Postcommunio.

Tantis domine repleti munéribus, pręsta, quęsumus: vt et salutária dona capiámus, et à tua laude nunquam cessemus. Per dominum. Ad poscenda suffragia sanctoruz. Postcommunio.

Mundet et muniat nos, quęsumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: et intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atqz beato N. et omnibus sanctis: a cunctis nos reddat et peruersitatibus expiatos, et aduersitatibus expeditos. Per eundem domi.

¶ In sollemnitate sacratissimi Corporis Christi. Introitus. ps.
80.



Cibauit eos ex ádipe fruméti, alleluia, et de petra melle saturauit eos, alleluia, alleluia, allũa. Psalmus. Exultate deo adiutori

tori nostro: iubilate deo Jacob. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

DEus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti: tribue, quesumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis & regnas cum deo patre.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1.C.11 FRatres. Ego enim accepi à domino quod & tràdidi vobis: quoniam dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panē, & gratias agens, fregit, & dixit. Accipite, & manducate: Hoc est corpus meū, quod pro vobis tradet. Hoc facite in meam cōmemorationem. Similiter & calicem postquam cenauit, dicens: Hic calix nouum testamentū est ī meo sanguine. Hoc facite quotiescunque bibetis, in meam commemorationē. Quotiescunque enim manducabitis panē hunc, & calicē bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat. Itaque quicunque manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne: reus erit corporis & sanguinis domini Probet autē seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne: iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus dñi. Grad.

ps. 44. Oculi omnium in te sperant domine: & tu das illis escam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione. Alleluia, alleluia. ℣. Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus: qui manducat meam carnē, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Sequentia.

LAuda Sion Saluatorem, lauda ducem & pastorem, in hymnis, & canticis. Quantum potes, tantum aude: quia maior omni laude, nec laudare sufficis. Laudis thema specialis, panis viuus & vitalis, hodie proponitur. Quem in sacre mensa cene, turbe fratrum duodene, datum non ambigitur. Sit laus plena, sit sonora, sit iucunda, sit decora mentis iubilatio. Dies enim sollemnis agitur, in qua mense primò recolitur huius institutio. In hac mensa noui regis, nouum pascha noue legis, phase vetus terminat. Vetustatem nouitas, vmbram fugat veritas, noctem lux eliminat. Quod in cena Christus gessit, faciendum hoc expressit in sui memoriam. Docti sacris institutis, panem vinum in salutis consecramus hostiam. Dogma datur christianis, quod in carnem transit panis, & vinum in sanguinem. Quod nō capis, quod non vides, animosa firmat fides, preter rerum ordinem. Sub diuersis speciebus, signis tantum, & non rebus, latent res eximie. Caro cibus, sanguis potus: manet Christus tamen totus sub vtràque specie. Asumente non concisus, nō

con-

confractus, nõ diuisus: integer accipitur. Sumit vnus, sumũt mille: quantũ isti, tantum ille: nec sumptus cõsumitur. Sumunt boni, sumũt mali: sorte tamen inequali, vite vel interitus. Mors est malis, vita bonis: vide, paris sumptionis quã sit dispar exitus. Fracto demũ sacramẽto, ne vacilles: sed memento, tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura: signi tantum fit fractura: qua nec status, nec statura signati minuitur. Ecce panis angelorum factus cibus viatorum: verè panis filiorũ, non mittendus canibus. In figuris presignatur, cum Isaac immolatur: agnus pasche deputatur: datur manna patribus. Bone pastor, panis vere, Jesu nostri miserere: tu nos pasce, nos tuére: tu nos bona fac videre, in terra viuentiũ. Tu qui cuncta scis et vales: qui nos pascis hic mortales: tuos ibi commensales coheredes et sodales fac sanctorũ ciuiũ. Amen. Allia. Seque. S. euang. sm Joannẽ.

C.16. 

In illo tẽpore. Dixit Jesus turbis Judeorũ. Caro mea, verè est cibus: et sanguis meus verè est potus. Qui manducat meã carnem, et bibit meum sanguinẽ: in me manet, et ego in illo. Sicut misit me viuẽs pater, et ego viuo propter patrem, et qui manducat me, et ipse viuet propter me. Hic est panis qui de celo descendit. Nõ sicut manducauerũt patres vestri mãna: et mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in eternum. Credo in vnum deũ. Offert. Sacerdotes domini incensum et panes offerunt deo: et ideo sancti erunt deo suo, et non pollueñt nomẽ eius, allia. Secr. Le. 21.

Ecclesie tue, quesumus domine, vnitatis et pacis propitius dona cõcede: que sub oblatis muneribus mysticé designantur. Per dominum nostrũ Jesum. Prefatio. Quia per incarnati. Et dicitur p tota octauam. Communio. Quotiescunque manducabitis panem hũc, et calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat. itaque quicunque manducauerit panem, et biberit calicem domini indignè, reus erit corporis et sãguinis dñi, allelũia. Postcõ.

Hac nos, quesumus domine, diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri: quã preciosi corporis et sanguinis tui tẽporalis perceptio prefigurat. Qui viuis et regnas in vnitate. ¶ Inf. octa. nõ fit de aliquo sancto, nisi fuerit duplex: die octaue nõ fit nisi de festo S. Joãnis Baptiste, et sanctorũ apostolorũ Petri et Pauli, si occurrat: et tunc fit de festo cũ cõmemoratione octaue. Secunda oratio infra octauam, de sancta Maria. Concede. tertia Ecclesie. vel p Papa.

Dñica ij. post Pente. Introit.

psal. 17 

Factus est dominus protector meus: et eduxit me in latitudinem: saluũ me fecit: quoniam voluit me. Psal. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentũ meum, et refugium meum, et liberator meus. ℣. Gloria. Oratio.

Sancti nominis tui domine timorem pariter et amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuę dilectionis instituis. Per dominũ nostrum Jesum. Deinde fit commemoratio de octaua corporis Christi. Deus q nobis. vt sup. Lectõ eplę btĩ Joannis apostoli.

1. c. 3. Charissimi: Nolite mirari, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitã: qm̃ diligimus fratres. Qui nõ diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam ęternã in se manentem. In hoc cognouimus charitatẽ dei; qm̃ ille pro nobis animã suã posuit: et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua: sed opere et veritate. Graduale.

Ad dominum cũ tribularer clamaui, et exaudiuit me. ℣. Domine, libera animam meam à labiis iniquis, et à lingua dolosa. Alleluia, allia. ℣. Dñe deus in te speraui, saluũ me fac ex oĩbus persequentibus me, et libera me, allia. psal. 119.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam. c. 14.

In illo tẽpore. Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam fecit cęnam magnã: et vocauit multos. Et misit seruum suum hora cęnę dicere inuitatis vt venirẽt: quia iam parata sunt omnia. Et cęperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei. Villam emi: et necesse habeo exire, et videre illam. Rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit. Juga boum emi quinque: et co[illegible] obare illa. Rogo te, habe me excusatũ. Et ali⁹ dixit. Vxorem duxi: et ideo non possum venire. Et reuersus seruus nunciauit hęc domino suo. Tunc iratus pater familias, dixit seruo suo. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis: et paupes ac debiles, et cecos et claudos introduc huc. Et ait seruus. Domine factum est vt imperasti: et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias et sepes: et cõpelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cęnam meã. ps.


Credo in. Offertoriũ. Domine conuertere, et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Secreta.

Obla-

Oblatio nos, quęsumus domine, tuo nomini dicanda purificet: & de die in diem ad cęlestis vitę transferat actionem. Per dominum n. Communio.
psal. 12. Cantabo domino, qui bona tribuit mihi: & psallam nomini domini altissimi. Postcommunio.

Sumptis muneribus sacris, quęsumus domine, vt cum frequentatione mysterii, crescat nostrę salutis effectus. Per do.

¶ Dominica tertia post Pentecosten. Introitus.

psal. 24 
Respice in me, & miserere mei dñe: quoniam vnicus, & pauper sum ego: vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte oia peccata mea deus meus. ps. Ad te dñe leuaui animam meam: deus meus in te cõfido, non erubescã. V. Gloria p. Oratio.


Protector in te sperantium deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, vt nõ amittamus ęterna. Per dominum nostrum Iesum Ch. A cunctis nos quęsumus domi. vt in prima Dominica post Pentecost.

Lectio epistolę bti Petri apli.

1. c. 5 Charissimi: Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum: quoniam ipsi est cura de vobis. Sobrii estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quęrens quẽ deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei quę in mundo est, vestrę fraternitati fieri. Deus autem omnis gratię, qui vocauit nos in ęternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, cõfirmabit, solidabitque, Ipsi gloria, & imperium in sęcula sęculorum. Amen. Gra. Iacta cogitatum tuum in dño: & ipse te enutriet. V. Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocẽ meam ab his, qui appropinquant mihi. psal. 54

Alleluia, alleluia. V. Deus iustus, fortis, & patiens, nũquid irascetur p singulos dies: alleluia. ps. 7

Sequen. S. euang. fm Lucam.



In illo tempore: Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant pharisei & scribę, dicentes. Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues: &, si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quę perierat, donec inueniat illam? Et cũ inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudẽs: & veniens do- c. 15.

mum, cónuocat amicos ⁊ vici-
nos, dicens illis. Congratulami
ni mihi, quia inuéni ouem meam
quę perierat. Dico vobis, quòd
ita gaudium erit in cęlo super v-
no peccatore pęnitentiam agen-
te, quàm supra nonagintanouez
iustis, qui non indigent pęniten
tia. Aut quę mulier habés drach
mas decem: si perdiderit drach-
mam vnaz, nonne accendit lucer
nam, ⁊ euerrit domum, ⁊ quęrit
diligenter, donec inueniat eam?
Et cum inuenerit, cónuocat ami
cas ⁊ vicinas, dicens. Congratu-
lamini mihi: qꝛ inuéni drachmaz
quam perdideram. Ita, dico vo-
bis, gaudium erit coram angelis
dei super vno peccatore pęniten
tiam agente. Credo. Offerto.
ps.9 Sperent in te omnes, qui noue
runt nomen tuum domine: quo
niam non derelinquis quęren-
tes te: psallite domino: qui habi-
tat in Sion: quoniaz non est obli
tus orationé pauperũ. Secreta.
Respice, quęsumus domi-
ne, munera supplicantis ec-
clesię: ⁊ saluti credentium perpe-
tu a sanctificatione sumenda cõ-
cede. Per do. Exaudi nos deꝰ
salutaris. vt in j. Dominica. Cõ-
Lu. munio. Dico vobis, gaudiũ est
15 angelis dei super vno peccatore
penitẽtiam agente. Postcõmu.
Sancta tua domine nos
sumpta viuificent: ⁊ mise-
ricordię sempiternę pręparent
expiatos. Per dominũ. Mun
det, ⁊ muniat. vt in j. dominica.
Dñica iiij. post Pente. Introi.


Dominus illumina psal.
tio mea, ⁊ salꝰ mea, 26
quez timebo? do-
minus defensor vi
tę meę, à quo tre-
pidabo? qui tri-
bulant me inimici mei, ipsi infir-
mati sunt, ⁊ ceciderunt. Psal.
Si consistant aduersum me ca-
stra, non timebit cor meum. V.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c. Oratio.
Da nobis, quęsumus domi-
ne, vt ⁊ mundi cursus paci-
fice nobis tuo ordine dirigatur:
⁊ ecclesia tua tranquilla deuotio
ne lętetur. Per dñm. A cunctis
nos. vt in prima Dominica.
Lectio epistolę beati Pauli
apostoli ad Romanos
Fratres: Existimo, quòd ca. 8
non sunt condignę passio-
nes huius temporis, ad futuraz
gloriam, quę reuelabitur in no-
bis. Nam expectatio creaturę,
reuelationem filiorum dei expe-
ctat. Vanitati eniz creatura sub-
iecta est, non volens, sed propter
eum qui subiecit eam in spe: qꝛ ⁊
ipsa creatura liberabitur à serui-
tute corruptionis, in libertatem
glorię filiorũ dei. Scimus enim,
quòd omnis creatura ingemi-
scit, ⁊ parturit vsque adhuc. Nõ
soluz autem illa, sed ⁊ nosipsi pri-
mitias spiritus habentes, ⁊ ipsi
intra nos gémimus, adoptionez
filiorũ dei expectantes, redéptio
nez corporis nostri. In Christo
Iesu domino nostro. Gradua.
Propitius esto domine pecca- psal.
tis nostris: nequando dicant 87
gen-

gentes, vbi est deus eorum? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui domine libera nos. Alleluia, alleluia. ℣. Deus, qui sedes super thronum, & iudicas equitatem, esto refugium pauperum in tribulatione, alleluia. Seque. S. euange. sm Lucam.

ca. 5. 

In illo tempore. Cũ turbe irruerent in Jesũ, vt audirent verbũ dei: & ipse stabat secus stagnũ Genesareth. Et vidit duas naues stãtes secus stagnũ. Piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascẽdens autẽ in vnã nauim que erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens, docebat de nauicula turbas. Ut autẽ cessauit loqui, dixit ad Simonem. Duc in altũ, & laxate retia vestra in capturã. Et respondens Simon, dixit illi. Preceptor, per totam noctẽ laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinẽ copiosã. Rumpebatur autem rete eorũ. Et annuerũt sociis, qui erant in alia naui: vt venirẽt, & adiuuarẽt eos. Et venerũt, & impleuerunt ambas nauiculas: ita vt pene mergerentur. Quod cũ videret Simõ petrus, procidit ad genua Jesu, dicens. Exi à me, q᷑ homo peccator sum, dñe. Stupor enĩ circundederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autẽ & Jacobum & Joannem filios Zebedei, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Jesus. Noli timere: ex hoc iã eris homines capiẽs. Et subductis ad terram nauibus, relictis oĩbus secuti sunt eum. Credo. Offertor.

Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, p̃ualui aduersus eum. psal. 12. Secreta.

Oblationibus nr̃is, q̃s dñe placare susceptis: & ad te nostras etiam rebelles cõpelle, p̃pitius voluntates. Per domi. Exaudi n. vt in i. dñica. Cõio.

Dñs firmamentũ meum, & refugium meum, & liberator meus, adiutor meus. psal. 17 Postcõmunio.

Mysteria nos, dñe, q̃s, sumpta purificent: & suo munere tueantur. Per. Mundet & muniat. vt in prima dominica.

¶ Dñica v. post Pent. Introi.



Exaudi domine vocẽ meã, qua clamaui ad te: adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias me deus salutaris meus. psal. 26 psal. Dñs illuminatio mea, & salus mea: quẽ timebo? ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus, qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti, infũde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te in omnibus &

super omnia diligentes: promis-
siones tuas, que omne desiderium
superant, consequamur. Per do
minum nostrum. A cunctis nos
quesumus dne. vt in i. dnica.
Lectio epistole beati Petri apli.
1.c.3 Carissimi: Omnes vna-
nimes in oratione estote,
compatiétes, fraternitatis ama
tores, misericordes, modesti, hu
miles. Nõ reddentes malũ pro
malo: nec maledictum pro male-
dicto, sed econtrario, benedicen
tes: quia in hoc vocati estis, vt
benedictionem hereditate pos-
sideatis. Qui enim vult vitaz di-
ligere, et dies vidére bonos, coér
ceat linguam suam à malo, et là-
bia eius ne loquantur dolum.
Declinet à malo, et faciat bonuz:
inquirat pacem, et sequatur eaz.
Quia oculi domini super iustos:
et àures eius in preces eorum.
Vultus autem domini super fa-
cientes mala. Et quis est, qui vo
bis noceat, si boni emulatores
fuéritis? Sed et si quid patimi-
ni propter iustitiaz, beati. Timo
ré autem eorum ne timuéritis,
vt non conturbemini. Dominũ
autem Jesum Christum sanctifi
cate in cordibus vestris. Grad.
psal. 83 Protector noster aspice deus,
et réspice super seruos tuos. ℣.
Domine deus virtutum exaudi
preces seruorum tuorum. Alle
psal. 20 luia, alleluia. ℣. Domine in vir-
te tua letabitur rex: et super salu-
tare tuum exultabit vehemẽter,
alleluia. Sequentia sancti euan
gelij secundum Mattheum.



In illo tpe: ca.3.
Dixit Je-
sus discipulis su
is. Amen dico
vobis: nisi abũ-
dauerit iustitia
vestra plusquã
scribaruz et pha
riseorũ, non in
trabitis i regnũ celorũ. Audistis,
qr dictũ est antiquis. Non occi-
des: qui aũt occiderit, reus erit
iudicio. Ego autez dico vobis:
qr omnis qui irascitur fratri suo,
reus erit iudicio. Qui auté dixe
rit fratri suo, raca: reus erit con-
cilio. Qui autem dixerit fatue, re
us erit gehẽne ignis. Si ergo of
fers munus tuũ ad altare, et ibi re
cordatus fueris qr frater tuus ha
bet aliqd aduersum te: relinque
ibi munus tuuz ante altare, et va-
de prius reconciliari fratri tuo:
et tunc veniens óffères munus
tuum. Credo. Offer. Benedi psal.
cam dominũ, qui tribuit mihi in 15
tellectũ, prouidebã deũ in cõspe
ctu meo semp: quoniã à dextris
est mihi, ne commouear. Secre.
Propitiare domine suppli-
cationibus nostris: et has
oblationes famulorum, famula
rumque tuarum benignus assu-
me: vt, quod singuli obtulerunt
ad honorem nominis tui, cun-
ctis proficiat ad salutez. Per d.
Exaudi nos. vt in i. dominica.
Communio. Unam petij à do- psal.
mino, hanc requiram: vt inhábi- 26
tem in domo domini omnibus
diebus vite mee. Postcommu.

Quos

Quos domine cęlesti dono satiasti: pręsta quęsumus: vt à nostris mundemur occultis: ⁊ ab hostium liberemur insidiis. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecuꝫ viuit ⁊ regnat in vn. Mundet ⁊ muniat. vt in prima Dominica.

¶ Dominica sexta post Pentecosten. Introitus.

psal. 77 
Dominus fortitudo plebis suę: ⁊ protector salutarium Christi sui est: saluum fac populuꝫ tuum domine, ⁊ bñdic hereditati tuę, ⁊ rege eos vsqꝫ in seculum. Psalmus. Ad te domine clamabo: deus meus ne sileas à me: nequando taceas à me: ⁊ assimilabor descendentibus in lacum. ℣. Gloria. Oro.

Deus virtutum, cuius est totū, qđ est optimū, insere pectoribus nostris amorem tui nominis: ⁊ pręsta i nobis religionis augmentum: vt quę sunt bona nutrias: ac pietatis studio, quę sunt nutrita, custodias. Per dominum nostrū. A cunctis n. vt in prima Dominica. Lectio epistolę bti Pauli apli ad Roman.

ca. 6. Fratres: Quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita ⁊ nos in nouitate vitę ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul ⁊ resurrectionis erimus. Hoc scientes, qꝛ vetus homo noster simul crucifixus est: vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui eniꝫ mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo: credimus qꝛ simul etiā viuemus cū illo. Sciētes, qꝛ Chřs resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod auteꝫ viuit, viuit deo. Ita ⁊ vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato: viuentes autem deo in Christo Jesu domino nostro. Grad.

Conuertere dñe aliquantuluꝫ: psal. 89
⁊ deprecare super seruos tuos. ℣. Dñe refugium factus es nobis, à generatione in generatione. Alleluia, alla. ℣. In te dñe speraui, non confundar in eternuꝫ: in iustitia tua libera me, ⁊ eripe me: inclina ad me aurem tuaꝫ: accelera: vt eripias me, alleluia. Sequē. S. euang. ſm Marcuꝫ.



In illo tempore. ca. 8.
Cum turba multa esset cum Jesu, nec haberent qđ manducarent: conuocatis discipulis suis, ait illis. Misereor sup turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Et, si dimisero eos ieiunos in domuꝫ suam, deficient in

via. Quidam enim ex eis de lõge venerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Unde istos põterit quis hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septem. Et precepit turbe discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, et dabat discipulis suis, vt apponerent: et apposuerunt turbe. Et habebant pisciculos paucos: et ipsos benedixit, et iussit apponi. Et manducauerunt, et saturati sunt. Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Erant aũt qui mãducauerãt, quasi quatuor millia: et dimisit eos. C. redo.

psal. 16 Offer. P erfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea: inclina aurẽ tuã et exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas, q saluos facis sperantes in te domine. Secre.

P Ropitiare domine supplicationibus nostris: et has populi tui oblationes benignus assume: et vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, presta quesumus: vt, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominũ nostrum. E xaudi nos deus salutaris. vt in prima Dominica. Communio.

psal. 26 C ircuibo, et immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis: cantabo, et psalmum dicam domino. Postcommunio.

R Epleti sumus domine muneribus tuis: tribue quesumus: vt eorum mundemur effectu, et muniamur auxilio. Per dominum nostrum. M undet et muniat nos. vt in prima Dominica.

¶ Dominica septima post Pentecosten. Introitus.



psal. 46 O Mnes gẽtes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. psalmus. Quoniam dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terrã. V. Gloria. Oratio.

D Eus, cuius prouidentia in sui dispositione nõ fallitur: te supplices exoramus: vt noxia cuncta submoueas: et omnia nobis profutura cõcedas. Per dominum no. A cunctis nos quesumus. vt in prima Dominica.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 6 F Ratres: Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immũditie et iniquitati ad iniquitatem: ita et nunc exhibete membra vestra seruire iustitie, in sãctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitie. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorũ, mors est. Nũc vero liberati a peccato, serui autem facti deo, habetis fructũ vestrum in sanctificationem, finem vero vitam eternam. Stipendia enim peccati mors. Gratia autẽ dei, vita eterna, in Christo Jesu

domino nostro. Graduale.
psal. Venite filij, audite me: timorez
33. domini docebo vos. ℣. Accedi
te ad euz, ⁊ illuminamini: ⁊ facies
vestrę non confundentur. Alle
psal. luia, alleluia. ℣. Omnes gen-
46 tes plaudite manibus, iubilate
deo in voce exultationis, allia.
Sequẽ. scti euãg. sm Mattheũ.

ca.7. 

In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis. Attẽdite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouium, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. A fructibus eorũ, cognoscetis eos. Nũquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic, omnis arbor bona, bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala, fructus bonos facere. Omnis arbor, quę non facit fructum bonum, excidetur, ⁊ in ignez mittetur. Igitur ex fructibus eoruz cognoscetis eos. Nõ omnis qui dicit mihi, Domine domine intrabit in regnum cęlorum: sed qui facit voluntatez patris mei qui in cęlis est, ipse intrabit in regnum cęloruz. Credo in Offerto.
Dan. Sicut in holocau-
3. stis arietum ⁊ taurorum, ⁊ sicut
in millibus agnorum pinguium:
sic fiat sacrificium nostruz in con
spectu tuo hodie, vt placeat tibi,
quia non est confusio confidentibus in te domine. Secreta.

Deus, qui legalium differẽtiam hostiarum vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificium a deuotis tuis famulis: ⁊ pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica: vt, qđ singuli obtulerũt ad maiestatis tuę honorem, cunctis proficiat ad salutem. Per dominum nostrum. Exaudi nos deus. vt in prima Dominica. Communio.
Inclina aurem tuam, accelera, psal.
vt eruas me. Postcommunio. 30

Tua nos domine medicinalis operatio, ⁊ a nostris peruersitatibus clemẽter expediat, ⁊ ad ea quę sunt recta perducat. Per dominuz. Aundet ⁊ mu. vt in prima Dominica.

Dominica octaua post Pentecosten. Introitus.



psal. Suscepimus deus misericordiam tu-
47 am in medio templi tui: secundum nomen tuum deus, ita ⁊ laus tua in fines terrę: iustitia plena est dextera tua. Psal. Magnus dominus, ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri, in mõte sancto eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Largire nobis, quęsumus domine, semper spiritum cogitandi quę recta sunt propitius ⁊ agendi: vt, qui sine te esse non possumus, secundũ te viuere valeamus. Per d. A cunctis nos quęs. vt in prima Dominica.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 8. FRatres. Debitores sumus: nõ carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundũ carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunqz enim spiritu dei aguntur: hi filij dei sunt. Nõ enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Ipse enĩz spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei. Si autem filij: ꝛ heredes. Heredes quidem dei: coheredes autem Christi. Gradua. Esto mihi in deũ protectorem, ꝛ in locuz

psal. 30 refugij, vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui dñe non confundar in eternum. Alleluia, alleluia. ℣. Magnus dñs, ꝛ laudabilis valde, in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius, alleluia.

psal. 47

Sequen. S. euang. s̃m Lucam.

c. 16. 

IN illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidaz erat diues, qui habebat villicum: ꝛ hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et vocauit illum, ꝛ ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationez villicationis tue: iam enim non poteris villicare. Ait autez villicus intra se. Quid faciam, quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaqz singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. Centuz cados olei. Dixitqz illi. Accipe cautionẽ tuaz: ꝛ sede cito, ꝛ scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Centum coros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas, ꝛ scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, qꝛ prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego dico vobis. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. Credo. Offerto. Populum humilem saluum facies domine, ꝛ oculos superborum humiliabis: quoniam quis deus preter te domine? Secre. psal. 17

SUscipe, quesumus domine, munera, que tibi de tua largitate deferimus, vt hec sacrosancta mysteria, gratie tue operante virtute, ꝛ presentis vite nos conseruatione sanctificent, ꝛ ad gaudia sempiterna perducant. Per dominũ nostrum. Exaudi nos deus. vt in j. Dominica. Communio. Gustate, ꝛ videte, quoniam suauis est dñs: beatus psal. 33.

tus vir qui sperat in eo. Postcō.

SIt nobis domine reparatio mentis & corporis celeste mysterium: vt, cuius exequimur cultum, sentiamus effectū. Per dominum nostrum. Mundet & muniat. vt in j. Dominica.

¶ Dominica nona post Pentecosten. Introitus.

psal. 53 

Ecce deus adiuuat me: & dominus susceptor est anime mee: auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos protector meus domine. Psal. Deus ī nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua libera me. ℣. Gloria pa. Oratio.

PAteant aures misericordie tue domine precibus supplicantium: &, vt petentibus desiderata concedas, fac eos que tibi sunt placita postulare. Per dominum nost. A cunctis nos quesum⁹. vt in prima dominica.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. ca. 10 FRatres: Non simus concupiscentes malorū, sicut & illi cōcupierunt. Neq; idololatre efficiamini, sicut quidā ex ipsis: quemadmodum scriptū est. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neque fornicemur: sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die vigintitria millia. Neq; tentemus Christum: sicut quidā eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Neq; murmuraueritis: sicut quidā eorū murmurauerunt, & perierūt ab exterminatore. Hec autē omnia in figura contingebant illis: scripta sūt autem ad correptionē nostrā, in quos fines seculorū deuenerūt. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos nō apprehendat, nisi humana. Fidelis autē deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione etiam prouentum: vt possitis sustinére. Gradua. Domine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Quoniam eleuata est magnificentia tua super celos. ps. 9

Alleluia, allá. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus, & ab insurgētibus in me libera me, allá. psal. 17

Sequen. S. euang. sēm Lucam.



IN illo tempore: Cū appropinquaret Iesus Hierusalem, videns ciuitatē, fleuit super illam, dicens. Quia si cognouisses, & tu: & quidē in hac die tua, que ad pacem tibi. Nunc autem abscondita sunt ab óculis tuis. Quia venient dies in te: & circundabunt te inimici tui vallo: & circundabunt te, & coangustabunt te vndiq;: & ad terram prosternēt te, & filios tuos qui in te sunt: & non relinquent in te lapidē super lapidē: eo quòd non cognoueris c. 19.

psal. 61 gulis prouit visit. Gradua. Custodi me domine vt pupillaz oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant equitatem. Alleluia, alleluia. ℣. Te decet hymnus deus in Sion: & tibi reddetur votum in Hierusalem, alleluia. Sequē. sancti euāgelij secundum Lucā.

c.18. 

In illo tempore: Dixit Iesus ad quosdaz qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam. Duo homines ascenderunt in templum vt orarent: vnus Phariseus, & alter Publicanus. Phariseus stans, hec apud se orabat. Deus, tibi gratias ago, quia non sum sicut ceteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in sabbato: decimas do omniū que possideo. Et Publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat humiliabit, & qui se humiliat exaltabitur. Credo. Offertor. Ad te

psal. 24 domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, nō erubescam: neqz irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectāt non confundentur. Sec. Tibi domine sacrificia dicata reddatur: que sic ad honorem nominis tui deferenda tribuisti: vt eadem, remedia fieri nostra prestares. Per dominū. Exaudi nos deus. vt in prima Dominica. Communio. Acceptabis sacrificiū iustitie, oblationes, & holocausta, super altare tuum, domine. Postcommunio. psal. 50

Quesumus domine deus noster: vt quos diuinis reparare non desinis sacramentis, tuis non destituas benignus auxilijs. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuū, qui tecum viuit & regnat in vnitate spirit⁹ sancti deus. Mundet & muniat. vt in prima Dominica.

¶ Dominica xij. post Pentecosten. Introitus.



Deus in loco sancto suo: deus, qui inhabitare facit vnanimes in domo: ipse dabit virtutē & fortitudinez plebi sue. Psalmus. Exurgat deus & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. ℣. Gloria patri. Oratio. psal. 67

Omnipotens sempiterne deus: qui abundantia pietatis tue, & merita supplicum excedis, & vota: effunde super nos misericordiam tuam: vt dimittas que cōscientia metuit: & adijcias quod oratio non presumit. Per dominum nostrum

Jesum Christum filium A cun
ctis nos. vt in prima Dominica.
Lectio epistole beati Pauli apo
stoli ad Corinthios.

1.ca. 15. Fratres: Notum vobis fa
cio euangelium, quod pre
dicaui vobis, quod et accepistis,
in quo et statis, per quod et salua
mini: qua ratione predicauerim
vobis, si tenetis, nisi frustra cre
didistis. Tradidi enim vobis in
primis quod et accepi: quoniam
Christus mortuus est pro pecca
tis nostris secunduz scripturas:
et quia sepultus est: et quia resur
rexit tertia die, secunduz scriptu
ras: et quia visus est Cephe: et
post hoc, vndeciz. Deinde visus
est plusquam quingentis fratri
bus simul: ex quibus multi ma
nent vsque adhuc, quidam autē
dormierūt. Deinde visus est Ja
cobo: deinde Apostolis omni
bus. Nouissime autem omniuz,
tanquam abortiuo, visus est et mi
hi. Ego enim sum minimus apo
stolorum: qui nō sum dignus vo
cari Apostolus, quoniam perse
cutus sum ecclesiam dei. Gratia
autē dei, sum id quod sum: et grā
eius in me vacua non fuit. Gra
psal. 27 dua. In deo sperauit cor meū,
et adiutus sum: et refloruit caro
mea: et ex voluntate mea confite
bor illi. ℣. Ad te domine clama
ui: deus meus ne sileas: ne disce
das a me. Alleluia, alleluia. ℣.
Exultate deo adiutori nr̄o: iubi
late deo Jacob: sumite psalmuz
iocundum cum cithara, alleluia.
Sequen. S. euang. sm Marcū.



In illo tem ca 7.
pore: Exi
ens Jesus de fi
nibus Tyri ve
nit per Sidō
nē ad mare Ga
lilee, inter me
dios fines De
capoleos. Et
adducunt ei surdum et mutum: et
deprecabantur euz, vt imponat
illi manū. Et apprehendens euz
de turba seorsum, misit digitos
suos in auriculas eius: et expuēs
tetigit linguam eius. Et suspi
ciens in celuz, ingemuit: et ait illi.
Ephphetha, quod est, adaperi
re. Et statim aperte sunt aures
eius: et solutum est vinculum lin
gue ei⁹, et loquebatur recte. Et
precepit illis, ne cui dicerent.
Quanto autem eis precipiebat,
tanto magis plus predicabant:
et eo amplius admirabantur, di
centes. Bene omnia fecit: et sur
dos fecit audire, et mutos loqui.
Credo in vnū. Offertorium.
Exaltabo te domine, quoniam psal. 29
suscepisti me: nec delectasti ini
micos meos super me: domine
clamaui ad te, et sanasti me. Sec.
Respice, domine, quesum⁹,
ad nostram propitius ser
uitutem: vt, quod offerimus, sit
tibi munus acceptum: et sit no
stre fragilitatis subsidium. Per
dominum nostruz Jesum Chri
stum filium tu. Exaudi nos de.
vt in j. Dominica. Communio.
Honora dominum de tua sub pro. 3.
stantia, et de primitijs frugum
tua-

tuarum: et implebuntur aree tue saturitate, et vino torcularia redundabunt. Postcommunio.

Sentiamus, quesumus domine, tui perceptione sacramenti, subsidium mentis et corporis: vt in vtroque saluati, celestis remedij plenitudine gloriemur. Per dominum. M undet et muniat. vt in prima Dominica

¶ Dominica xij. post Pentecosten. Introitus.

psal. 69



Deus in adiutorium meũ intẽde: domine ad adiuuandũ me festina: cõfundantur et reuereantur inimici mei, qui querunt animam meam. Psal. Auertantur retrorsum et erubescant, qui volunt mihi mala. ℣. Gloria patri et. Oratio.

Omnipotens et misericors deus: de cuius munere venit, vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur: tribue nobis, quesumus: vt ad promissiones tuas, sine offensione curramus. Per dominum nostrum. A cunctis nos. vt i prima dñica.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

2. c. 3 Fratres: Fiduciam talem habemus per Christum ad deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non litera, sed spiritu. Litera enim occidit: spiritus autem viuificat. Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, que euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitie in gloria. Gradua.

Benedicam dominum in omni psal.
tẽpore: semper laus in ore meo. 33.
℣. In dño laudabitur anima mea: audiant mansueti, et letentur.

Alleluia, alleluia. ℣. Domine psal.
deus salutis mee, in die clamaui 87
et nocte coram te, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Beati oculi, qui vident que vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophete et reges voluerunt videre que vos videtis, et nõ viderunt: et audire que auditis, et nõ audierũt. Et ecce, quidam legisperitus surrexit tentans illũ, et dicẽs. Magister, quid faciendo vitam eternam possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens, dixit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus

c. 10.


viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Dixitque illi. Recte respondisti: hoc fac, & vives. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Jesum. Et quis est meus proximus? Suspiciens autem Jesus, dixit. Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Jericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum, & plagis impositis abierunt semivivo relicto. Accidit aut, vt sacerdos quidam descenderet eadē via: & viso illo preterijt. Similiter & leuita, cum esset secus locum, & videret eū, pertransijt. Samaritanus autem quidam, iter faciens, venit secus eū: & videns eum, misericordia motus est. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundēs oleum, & vinum: & imponens illū in iumentū suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait. Curam illius habe: & quodcūq; supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus. Vade, & tu fac similiter. Credo in. Offertor. Precatus est Moyses in conspectu domini dei sui, & dixit: quare domine irasceris in populo tuo? parce ire anime tue: memento Abrahā, Isaac, & Jacob, quibus iurasti dare terram fluentem lac & mel: & placatus est dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo. Secreta.

Hostias, quesumus domine, propitius intende, quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini dent honorem. Per dominum nostrum Jesum Christum filium. Exaudi nos deus. vt in j. Dominica. Communio.

De fructu operum tuorum domine satiabitur terra, vt educas panem de terra, & vinum letificet cor hominis: vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. psal. 103. Postcommunio.

Vivificet nos quesum⁹ domine, huius participatio sancta mysterij: & pariter nobis expiationē tribuat, & munimen. Per dominum. Mundet & muniat. vt in prima Dominica.

¶ Dominica xiiij. post Pentecost. Introitus.



Respice domine in testamentum tuum, & animas pauperum tuorum ne derelinquas in finem: exurge domine, & iudica causam tuam: & ne obliuiscaris voces querentium te. psal. 73 Psalmus. Ut quid deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascue tue? V. Gloria patri, & filio. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: da nobis fidei, & spei, & charitatis augmentum: &, vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod precipis. Per

Per dominum nostrum Jesum Christum. A cunctis nos quesumus. vt in prima Dominica. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Galathas.

ca.3. FRatres: Abrahe dicte sūt promissiones: et semini eius. Nō dicit, Et seminibus quasi in multis: sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testamentuz confirmatuz a deo: que post quadringentos et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuādam promissionem. Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahe autem per repromissionem donauit deus. Quid igitur lex? Propter transgressionez posita est, donec veniret semē cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem, vnius non est: deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Jesu Christi daretur credētibus. Gradua. Respice domine in testamentū tuum: et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge domine, et iudica causam tuaz: memor esto opprobrii seruorū tuorum. Alleluia, alleluia. ℣. Domine refugium factus es nobis a generatione in generatione, alleluia.

psal. 89

Sequentia sancti euangelij secundum lucam.

M. R. N.



IN illo tempore: Dum iret Jesus in Hierusalez, trāsibat per mediam Samariam et Galileaz. Et cum ingrederetur quoddaz castellū, occurrerunt ei decē viri leprosi. Qui steterunt a longe: et leuauerunt vocem dicentes. Jesu preceptor, miserere nr̄i. Quos vt vidit, dixit. Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est: dū irent, mundati sunt. Unus autem ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans deum: et cécidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Jesus, dixit. Nōnne decem mūdati sunt? et nouem vbi sunt? Nō est inuentus qui rediret, et daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge, vade: quia fides tua te saluuz fecit. Credo. c.17.

Offerto. In te sperauí domine: dixi, tu es deus meus, in manibus tuis tempora mea. Secre. psal. 30

PRopitiare, quesumus domine, populo tuo, propitiare muneribus: vt hac oblatione placatus, et indulgentiā nobis tribuas, et postulata cōcedas. Per domi. Exaudi nos. vt in i. Dominica. Cōio. Panē de celo dedisti nobis dn̄e, habentem omne delectamentum, et omnem saporem suauitatis. Postcōmunio. Sa. 16

SUmptis domine celestib⁹ sacramentis, ad redéptionis eterne, quesumus, proficiamus augmentum. Per domi. (I) undet ⁊ mun. vt iiij. Dñica.

Dominica xiiij. post Pentecosten. Introitus.

psal. 83 
PRotector noster áspice deus ⁊ réspice in faciem Christi tui: quia melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. Psal. Quàz dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit, ⁊ déficit anima mea in átria dñi. ℣. Gloria. Oratio.

CUstodi, quesumus domine, ecclesiam tuam propitiatione perpetua: ⁊ quia sine te lábitur humana mortalitas, tuis semp auxiliis ⁊ abstrahatur à nó xiis, ⁊ ad salutaria dirigatur. Per dominum. A cunctis nos quesumus. vt in prima Dñica.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Galathas.

ca. 5. FRatres: Spiritu ambulate, ⁊ desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hec enim sibi inuicez aduersantur: vt non quecunque vultis, illa faciatis. Quòd si spiritu ducimini: nó estis sub lege. Manifesta autem sunt ópera carnis, que sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum séruitus, veneficia, inimicitie, cótétiones, emulationes, ire, rixe, dissensiones, secte, inuidie, homicidia, ebrietates, comessationes, ⁊ his similia. Que predico vobis, sicut predixi: quoniam qui tália agunt, regnuz dei non cósequentur. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mã suetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autez sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, ⁊ concupiscentiis. Gradua. Bonum est con- psal.
fidere in domino, quàm confide 117.
re in homine. ℣. Bonũ est sperare in domino, quàm sperare in principibus. Alleluia, alleluia. psal.
℣. Uenite exultemus domino: 94
iubilemus deo salutari nostro, alleluia. Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.


IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, ⁊ alterum diliget: aut vnuz sustinebit, ⁊ alterum contemnet. Non potestis deo seruire, ⁊ mammóne. Ideo dico vobis: ne soliciti sitis anime vestre quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est, quã esca? ⁊ corpus plus, quàm vestimentum? Respicite volatilia celi, quoniam non serunt, neqz metunt, neque cóngregant in horrea: ⁊ pater vester celestis pascit illa. ca. 6.

Nonne vos magis pluris estis il lis? Quis autem vestrum cogitans, potest adiicere ad staturaz suam cubitum vnum? Et de vestimento quid soliciti estis? considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neqz nent. Dico autem vobis, quoniaz nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si autem fenum agri, quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, deus sic vestit: quanto magis vos modice fidei? Nolite ergo soliciti esse, dicentes. Quid manducabimus? aut qd bibemus? aut quo operiemur? Hec eniz omnia gentes inquirunt. Scit eniz pater vester celestis, qz his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnu dei, et iustitiaz eius: et hec oia adiicientur vobis. Credo. Offerto. Immittit angelus domini in circuitu timentiu eum, et eripiet eos: gustate, et videte, quo-
psal. 33. niam suauis est dominus. Secr.

Concede nobis, quesumus domine, vt hec hostia salutaris, et nostrorum fiat purgatio delictorum, et tue propitiatio potestatis. Per dominum nostrum Jesum Christuz filium tuu, qui. Exaudi nos. vt in j. dominica.
mat. 6 Communio. Primum querite regnuz dei: et omnia adiicientur vobis, dicit dns. Postcomunio.

Purificent semper, et muniant tua sacramenta nos deus: et ad perpetue ducant saluationis effectum. Per dominum nostru Jesum. Mundet et muniat nos. vt in j. Dominica.

Dominica xv. post Penteco sten. Introitus.



Inclina dne aurez tuā ad me, et exaudi me: saluum fac seruum tuum deus meus sperantē in te: miserere mihi domine, quoniam ad te clamaui tota die. Psalmus. Letifica animam serui tui: quia ad te domine animam meam leuaui. V. Gloria patri, et filio etc. Oratio. psal. 85


Ecclesiam tuaz domine miseratio cōtinuata mundet et muniat: et quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti, deus: per omnia secula seculorū.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Galathas.

Fratres. Si spiritu viuimus: spiritu et ambulemus. Nō ca. 5. et 6.
efficiamur inanis glorie cupidi: inuicem prouocantes, inuicez inuidentes. Fratres, et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos, q spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerans teipsum, ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legē Christi. Nam siquis existimat se aliqd esse, cū nihil sit: ipse se seducit. Opus autē suū probet vnusquisqz: et sic, in semetipso tantum gloriā habebit, et non in altero. Vnus-

quisque enim onus suum portabit. Communicet autem is qui catechizatur verbo ei, qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur. Que enim seminauerit homo: hec ꝛ metet. Quoniam qui seminat in carne sua: de carne ꝛ metet corruptionem. Qui autez seminat in spiritu: de spiritu metet vitam eternam. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metémus, nó deficientes. Ergo, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei. Grad. Bonū est
psal. 91 confiteri dño: ꝛ psallere nomini tuo, altissime. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuaz, ꝛ veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Quoniam deus magnus, dñs, ꝛ rex magnꝰ super omnem terram, alleluia. Sequē. S. euang. sm Lucam.

ca. 7.



In illo tépore: Ibat Iesus in ciuitatez que vocatur Naim: ꝛ ibant cuz illo discipuli eiꝰ, ꝛ turba copiosa. Cū autez appropinquaret porte ciuitatis: ecce defūctus efferebatur, filius vnicꝰ matri sue: ꝛ hec vidua erat: ꝛ turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi. Noli flere. Et accessit, ꝛ tétigit lóculum. Hi autē qui portabāt, stetérunt. Et ait. Adolèscens, tibi dico, surge. Et resēdit q erat mortuus, ꝛ cepit loqui. Et dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor: ꝛ magnificabant deū, dicentes. Qꝛ propheta magnus surrexit in nobis: ꝛ qꝛ deus visitauit plebem suam. Credo.
Offert. Expectans expectaui psal.
dominum, ꝛ respexit me: ꝛ exau- 39
diuit deprecationem meam, ꝛ immisit in os meum canticum nouum, hymnū deo nostro. Secr.

Tua nos domine sacramenta custodiant: ꝛ contra diabolicos semper tueantur incursus. Per do. Exaudi nos de. vt in j. Dominica. Communio.
Panis, quem ego dedero, caro Io.
mea est pro se culi vita. Postcō. 6

Mentes nostras ꝛ corpora possideat, quesumus domine, doni celestis operatio: vt non noster sensus in nobis, sed iugiter eius preueniat effectus. Per dominum nost. Mundet, ꝛ muniat nos. vt in j. dominica.

¶ Dominica xvj. post Pentecosten. Introitus.



Miserere mei domi- psal.
ne, quoniam ad te 85
clamaui tota die: qꝛ tu domine suauis ac mitis es, ꝛ copiosus in misericordia omnibus inuocantibus te. Psalm. Inclina domine aurem tuam mihi, ꝛ exaudi me: quoniam inops ꝛ pauper sum ego. ℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oratio.

Tua


Tua nos, quesumus domine, gratia semp preueniat & sequatur: ac bonis operibus iugiter prestet esse intétos Per. A cunctis nos. vt in prima Dominica. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Ephesios.

ca.3. Fratres: Obsecro vos, ne deficiatis in tribulationib⁹ meis pro vobis, que est gloria vestra. Huius rei gratia, flecto génua mea ad patré dñi nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in celis & in terra nominatur: vt det vobis secundũ diuitias glorie sue, virtutez, corroborari per spiritũ eius in interiori homine: habitare Christum per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, que sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum: scire etiam supereminentem scientie charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei aũt, qui potens est omnia facere superabũdáter quá pétim⁹ aut intelligimus, secundum virtutem que operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Jesu in omnes generationes seculi seculorum. Amen. Gradu.

psal. 101. Timebunt gentes nomen tuum domine: & omnes reges terre gloriam tuam. ℣. Quoniam edificauit dominus Sion: & videbitur in maiestate sua.

psal. 97 Alleluia, alleluia. ℣. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit dominus, alleluia.

Sequen. S. euang. sm Lucam.



In illo tépore. Cũ intraret Jesus in domũ cuiusdam principis phariseorũ sabbato manducare panem: & ipsi obseruabant eum. Et ecce, homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et respondens Jesus dixit ad legispe ritos & pháriseos. Si licet sabbato curare? At illi tacuerũt. Ipse vero apprehensũ sanauit eũ: ac dimisit. Et respódés ad illos, dixit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteũ cadet: & non continuó extrahet illũ die sabbati? Et nó poterant ad hec respondére illi. Dicebat auté & ad inuitatos parabolá, intendens quómodo primos accubit⁹ eligerét, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias, nó discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi. Da huic locum: & tũc incipias cũ rubore nouissimum locum tenére. Sed cum vocatus fueris, vade, & recũbe in nouissimo loco: vt cum vénerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice, ascende supérius. Tunc erit tibi gloria coraz simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Credo in. Offertorium. c.14.

Domine in auxilium meum ré- psal. 39

spice: confundantur, et reuereantur qui querunt animam meam, vt auferant eam: domine in auxilium meum respice. Secreta.

Munda nos, quesumus domine, sacrificij presentis effectu, et perfice miseratus in nobis: vt eius mereamur esse participes. Per. Exaudi nos. vt in
psal. j. dñica. Communio. Domine,
79 memorabor iustitie tue soli⁹: de⁹ docuisti me a iuuentute mea: et vsque in senectam et senium, deus ne derelinquas me. Postcõio.

Purifica, quesumus domine, mentes nostras benignus, et renoua celestibus sacramentis: vt consequẽter et corporum presens pariter et futurũ capiamus auxiliũ. Per. Mundet et muniat. vt in prima dominica.

Dominica xvij. post Pentecosten. Introitus.

psal.
118



Iustus es domine et rectum iudiciuz tuum: fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam. Psalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri et filio et spirit. Oratio.

Da quesumus domine, populo tuo diabolica vitare contagia: et te solum deum pura mente sectari. Per d. A cunctis nos que. vt in prima dominica.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Ephesios.

c.4 Fratres: Obsecro vos ego vinctus in domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate, et mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, et vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. Unus dominus, vna fides, vnum baptisma. Unus de⁹ et pater omniũ, qui est super omnes, et per omnia, et in omnib⁹ nobis. Qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Gradua.

Beata gens, cuius est dominus psal.
deus eorum: populus, quẽ elegit 32.
dñs in hereditatem sibi. ℣. Uer psal.
bo domini celi firmati sunt, et spi 101.
ritu oris eius omnis virtus eor. Alleluia, alleluia. ℣. Dñe exaudi orationem meaz: et clamor meus ad te perueniat, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.



In illo tempo c. 22.
re: Accesserũt ad Jesum pharisei: et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum. Magister, quod est mandatum magnuz in lege? Ait illi Jesus. Diliges dominũ deuz tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mẽte tua. Hoc est maximum, et primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, et prophete. Congre

gatis

gatis autem phariseis, interrogauit eos Jesus, dicens. Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei: Dauid: Ait illis. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, dicens? Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorū? Si ergo Dauid vocat eum dominū: quomodo filius eius est? Et nemo poterat respondere ei verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Da. 9 Credo. Offertorium. Oraui dominum deum meum ego Daniel, dicens: exaudi domine preces serui tui: illumina faciem tuā super sanctuarium tuum: et propitius intende populum istum, super quem inuocatum est nomen tuum, deus. Secreta.

Maiestatē tuā domine suppliciter deprecamur: vt hęc sancta quę gerimus, et a preteritis delictis nos exuāt, et futuris. Per dominum nostrum Jesū. Exaudi nos. vt in j. dominica.

psal. 75 Communio. Vouete, et reddite dño dō vr̄o oēs, q i circuitu ei⁹ affertis munera: terribili, et ei qui aufert spūs, principū terribili apud oēs reges terrę. Postcommunio.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus, et vitia nostra curentur, et remedia nobis ęterna proueniant. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecū. Mundet et muniat. vt in prima dominica.

¶ Feria iiij. quatuor temporū mēsis Septēbris. Statio ad sanctā Mariam Maiorē. Introit.



Exultate deo adiutori nostro, iubilate Deo Jacob: sumite psalmum iucundum cum cithara: canite initium mensis tuba, quia preceptū in Israel est, et iudicium deo Jacob. psal. 80 Psalmus. Testimoniū in Joseph posuit illud, cum exiret de terra Aegypti: linguam quam non nouerat, audiuit. Ꝟ. Gloria patri, et fil. dicto Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. Rx. Leuate.

Misericordię tuę remediis, quęsumus domine, fragilitas nostra subsistat: vt, quę sua cōditione atteritur, tua clementia reparetur. Per dominum n.

Lectio Amos prophetę.

Haec dicit dn̄s deus. Ecce dies veniunt: et comprehēdet arator messorem, et calcator vuę mittentem semen: et stillabunt montes dulcedinem, et omnes colles culti erunt. Et conuertā captiuitatem populi mei Israel: et ędificabunt ciuitates desertas, et inhabitabunt: et plantabunt vineas, et bibent vinum earum: et facient hortos, et comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam: et non euellam eos vltra de terra sua, quam dedi eis: dicit dominus omnipotens. ca. 9. Graduale.

Quis sicut dn̄s deus nr̄ qui in psal. 112.

altis habitat: et humilia respicit i celo et in terra. ℣. Suscitās a terra inopem: et de stercore erigens pauperem. Sequitur Dñs vobiscū. sine Flectamus. Oratio.

Presta, quesumus domine, familie tue supplicanti: vt dum a cibis corporalibus se abstinet, a vitiis quoque mente ieiunet. Per dominum nostrum. Acunctis nos. vt iiij. Dñica.

Lectio libri Esdre.

Ne-he. vel 2 esd. ca. 8. In diebus illis: Congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateam que est ante portam aquarum: et dixerunt Esdre scribe, vt afferret librum legis Moysi, quā preceperat dominus Israeli. Attulit ergo Esdras sacerdos legem corā multitudine virorū ac mulierū, cūctisqz qui poterāt intelligere, in die prima mēsis septimi. Et legit in eo aperte in platea que erat ante portam aquarum, de mane vsqz ad mediam diem in conspectu virorum ac mulierum, et sapientiū. Et aures omnis populi, erant erecte ad librum. Stetit autē Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendū: et steterunt leuite iuxta eum. Et aperuit Esdras librum corā omni populo. Et benedixit Esdras domino Deo voce magna. Et respōdit omnis populus. Amē, amen: eleuans manus suas. Et incuruati sunt: et adorauerūt deum proni in terram. Porro leuite silentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus aūt stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis dei distincte, et apposite ad intelligendū. Dixit aūt Nehemias, et Esdras sacerdos et scriba, et leuite interpretantes vniuerso populo. Dies sanctificatus est dño deo nostro: nolite lugere, et nolite flere. Et dixit eis: Ite, comedite pinguia, et bibite mulsum, et mittite partes eis q nō preparauerūt sibi, qr sctūs dies dñi est, et nolite cōtristari. Gaudium etenim domini est, fortitudo nr̄a. Gra. Beata gēs, cuius est dñs, deus eorū: populus, quē elegit dñs in hereditatē sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorz.

Seque. S. euang. sm Marcuz.



In illo tempore: Respondens vnus de turba, dixit ad Jesuz. Magister attuli filium meum ad te, habentem spirituz mutū: qui vbicunqz eū apprehenderit, allidit eū, et spumat, et stridet dētib⁹, et arescit: et dixi discipulis tuis vt eiicerent illum, et non potuerunt. Qui respondens eis, dixit. O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferte illuz ad me. Et attulerunt eū. Et cum vidisset illum, statim spiritus conturbauit eum: et elisus in terram, volutabatur spumās. Et interrogauit patrem eius. Quantū temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia: et ca.9.

tia: et

tia: et frequenter eum in ignem et in aquam misit, vt eum perderet. Sed si quid potes, adiuua nos misertus nostri. Jesus autem ait illi. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et cōtinuo exclamans pater pueri, cum lacrymis aiebat. Credo domine: adiuua incredulitatem meam. Et cū videret Jesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi. Surde et mute spiritus, ego precipio tibi, exi ab eo: et amplius ne introeas in eum. Et exclamans, et multum discerpens eum, exiit ab eo: et factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Jesus autem tenens manum eius, eleuauit eum: et surrexit. Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eū. Quare nos non potuimus eiicere illum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione et ieiunio. Offert. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secre.

Haec hostia, quesumus domine, emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandū, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per dominum.


Exaudi nos deus. vt in prima Dominica. Cōmunio. Comedite pinguia et bibite mulsum: et

Nehe. vel 2 esd. ca. 8 mittite partes eis qui non preparauerunt sibi: sanctus enim dies domini est, nolite cōtristari: gaudium etenim domini est fortitudo nostra. Postcommunio.

Sumentes domine dona celestia, suppliciter deprecamur: vt que sedula seruitute donante te gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per dominum nostrum Jesum Christ.

Mundet et muni. vt iiij. dnica.

¶ Feria vj. Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introit.



Laetetur cor quaerentium dominum: querite dominum, et confirmamini: querite faciem eius semper. Psal. Confitemini dño, et inuocate nomē eius: annūciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt, obseruationes sacras annua deuotione recolentes, et corpore tibi placeamus, et mente. Per dominum.

A cunctis nos. vt iiij. Dñica.

Lectio Osee prophete.

Haec dicit dominus deus: Conuertere Israel ad dominum deum tuum: quoniā corruisti in iniquitate tua. c. 14.
Tollite vobiscum verba: et conuertimini ad dominum, et dicite ei. Omnē aufer iniquitatem, et accipe bonum: et reddemus vitulos labiorum nostrorum. Assur nō saluabit nos, super equos non ascendemus: nec dicemus vltra, dij nostri opera manuum nostrarū: quia eius qui in te est, misereberis pupilli. Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontā-

nec: quia auersus est furor meus ab
eis. Ero quasi ros Israel, germi
nabit quasi lilium: et erumpet radix
eius, vt Libani. Ibunt rami ei⁹,
et erit quasi oliua gloria eius: et o
dor eius, vt Libani. Conuerten
tur sedetes in vmbra eius: viuet
tritico, et germinabunt quasi vi
nea: memoriale eius sicut vinum
Libani. Ephraim, qd mihi vltra
idola? Ego exaudia, et dirigam eu,
ego vt abiete virente: ex me fru
ctus tu⁹ inuetus est. Quis sapies:
et intelliget ista? intelliges, et sciet
hec: quia recte vie dni, et iusti am
bulabunt in eis: preuaricatores
vero corruent in eis. Gradua.
psal. 89 Conuertere dne aliquantulu,
et deprecare super seruos tuos.
℣. Dne refugiu factus es nobis,
a generatione in generatione.
Sequen. S. euang. scdm Lucam.

ca. 7.



In illo tpe: Rogabat Iesuz qda phariseus, vt mandu caret cu illo. Et ingressus domu pharisei, discu buit. Et ecce mulier, que erat i ciuitate peccatrix: vt cognouit, qp Iesus accubuit in domo pharisei, attulit alabastrum vngueti: et stans retro secus pedes eius, lacrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat: et osculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Videns autez phariseus qui vocauerat euz, ait intra se, dicens. Hic si esset propheta, sciret vtique que, et qualis esset mulier que tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illuz. Simon, habeo tibi aliqd dicere. At ille ait. Magister, dic. Duo debitores erant cuida feneratori: vnus debebat denarios quingentos, et alius qnquaginta. Non habentibus illis vnde redderet, donauit vtrisqz. Quis ergo eu plus diligit? Respodens Simon, dixit. Aestimo qz is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam. Aquam pedibus meis non dedisti: hec autez lacrymis rigauit pedes meos, et capillis suis tersit. Osculuz mihi non dedisti: hec autem ex quo intrauit, no cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meu no vnxisti: hec aute vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittutur ei peccata multa, quoniam dilexit multuz. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illaz. Remittutur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul accumbebant, dicere intra se. Quis est hic, qui etia peccata dimittit? Dixit aute ad mulierem. Fides tua te salua fecit: vade in pace. Offertoriu.

Benedic anima mea domino: et psal.
noli obliuisci omnes retributio 102.
nes eius: et renouabitur sicut a
quile iuuentus tua. Secreta.

Accepta tibi sint, dne, que sumus, nostri dona ieiunij: que

que et expiando nos tua gratia di
gnos efficiat, et ad sempiterna p
missa perducant. Per dominum
nos. Exaudi nos. vt in j. dñica.
psal. 118. Com. Aufer a me opprobrium et
contemptum: quia mandata tua ex-
quisiui dñe: nam testimonia tua me
ditatio mea est. Postcommunio.
Quesumus omnipotens de
us: vt de perceptis mune-
ribus gratias exhibentes, bene-
ficia potiora sumamus. Per d.
Gaudete m. vt in j. Dominica.
Sabbato. Statio ad sanctum
Petrum. Introitus.



psal. 94 Enite adoremus
deum, et procida-
mus ante domi-
num, ploremus an
te eum, qui fecit
nos: quia ipse est
dominus deus noster. Psal. Ve
nite exultemus dño, iubilemus
deo salutari nostro. ℣. Gloria
patri, et filio. dicto Kyrie eleisō.
dicitur. Oremus. Flectamus
genua. ℟. Leuate. Oratio.
Omnipotens sempiterne
deus: qui per continentiam
salutarem et corporibus medē-
ris et mentibus: maiestatem tu-
am supplices exoramus: vt pia
ieiunantium deprecatione placa
tus, et presentia nobis subsidia tri
buas, et futura. Per dominum.
Lectio libri Leuitici.
c. 23. In diebus illis: Locutus
est dominus ad Moysen
dicens. Decimo die mensis hu-
ius septimi, dies expiationū erit
celeberrimus, et vocabitur san-
ctus: affligetisque animas vestras
in eo, et offeretis holocaustū do-
mino. Omne opus seruile nō fa-
cietis in tēpore diei huius: quia di-
es propitiationis est, vt propitie
tur vobis dñs deus vester. Omnis
anima que afflicta non fuerit die
hac, peribit de populis suis: et
que operis quippiam fecerit, de
lebo eam de populo suo. Nihil
ergo operis facietis in eo: legi-
timum sempiternum erit vobis
in cunctis generationibus et ha-
bitationibus vestris: sabbatum
requietionis est: affligetisque ani
mas vestras. Die nono mensis
a vespera vsque ad vesperam ce-
lebrabitis sabbata vestra. Dicit
dominus omnipotens. Grad.
Propitius esto domine pecca-
tis nostris: nequādo dicant gen- psal.
tes, Ubi est deus eorū. ℣. Adiu- 78
ua nos deus salutaris noster: et
propter honorem nominis tui
domine libera nos. Oremus.
Flectamus gen. ℟. Le. Oro.
Da nobis, quesumus omni-
potens deus: vt ieiunan-
do tua gratia satiemur, et absti-
nendo cunctis efficiamur hosti-
bus fortiores. Per dominum n.
Lectio libri Leuitici.
In dieb[9] illis: Locutus est c. 23.
dñs ad Moysen, dicēs. A
quītodecimo die mēsis septimi,
qñ congregaueritis oēs fructus
terre vestre, celebrabitis ferias
dñi septē diebus. Die primo, et
die octauo erit sabbatum, idest,
requies. Sumetisque vobis die
primo fructus arboris pulcher-

rime, spátulasque palmarum, ꝛ ramos ligni densarum frondiũ, ꝛ salices de torrente: ꝛ letabimini coram domino deo vestro: celebrabitisque sollemnitatẽ eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, ꝛ habitabitis in vmbraculis septez diebus. Omnis qui de genere Jsrael est, manebit in tabernaculis: vt discant pósteri vestri, quòd in tabernaculis habitare fécerim filios Jsrael, cum edúcerẽ eos de terra Aegypti. Ego dñs deus
psal. 83 vester. Gradua. Protector noster aspice deus: ꝛ réspice super seruos tuos. ℣. Domine deus virtutum exaudi preces seruorũ tuorum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Uére, q̃s dñe, familiã tuaz: vt salutis eterne remedia, que te inspirante requirimus, te largiente consequamur. Per d.

Lectio Michee prophete.

ca. 7 Domine deus noster, pasce populum tuũ in virga tua, gregez hereditatis tue, habitantes solos in saltu, iuxta dies antiquos. Uidebunt gentes, ꝛ confundentur super omni fortitudine. Quis deus similis tui, qui aufers iniquitatem, ꝛ transfers peccatum reliquiarum hereditatis tue? Non immittet vltra furorẽ suum, qm̃ volens misericordiaz est. Reuertetur, ꝛ miserebitur nostri. Deponet iniqtates nr̃as: ꝛ proiiciet in profundum maris oia peccata nostra. Dabis veritatem Jacob, misericordiã Abraham, que iurasti patribus nostris ꝛ diebus antiquis: dñe deus noster. Grad. Conuertere domine aliquátulũ: ꝛ deprecare super seruos tuos. ℣. Dñe refugiũ factus est nobis, a generatione in generatione. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Orõ. psal. 89

Presta, quesumus domine, sic nos ab épulis carnalib[9] abstinére: vt a vitijs irruentibus páriter ieiunemus. Per domi.

Lectio Zacharie prophete.

ca. 8. In diebus illis: Factum est verbum domini ad me, dicens. Hec dicit dñs deus exercituum. Sicut cogitaui vt affligerem vos, cum ad iracundiaz me prouocassent patres vestri, ꝛ nõ sum misertus: sic conuersus cogitaui in diebus istis, vt benefaciã domui Juda ꝛ Jerusalez: nolite timére. Hec sunt ergo verba que facietis. Loquimini veritatem vnusquisqz cũ proximo suo. Ueritatẽ, ꝛ iudiciũ pacis iudicate in portis vestris. Et vnusquisque, malũ contra amicum suũ ne cogitetis in cordibus vestris, ꝛ iuramentũ mẽdax ne diligatis. Omnia enim hec sunt, que odi, dicit dñs. Et factũ est verbũ domini exercituum ad me, dicẽs. Hec dicit dominus exercituuz. Jeiúniũ quarti, ꝛ ieiunium quinti, ꝛ ieiunium séptimi, ꝛ ieiúniũ decimi, erit dómui Jude in gaudium ꝛ letitiaz, ꝛ in solennitates preclaras. Ueritatem tantum ꝛ pacem diligite:

psal. 140 gite: dicit dominus exercituum. Graduale. Dirigatur oratio mea, sicut incensum, in cōspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Ut nobis, domine, tribuis sollēmne tibi deferre ieiunium: sic nobis, quesumus, indulgentie presta subsidium. Per d.

Lectio Danielis prophete.

ca. 3. In diebus illis: Angelus domini descendit cuz Azaria & socijs eius in fornacem. Et excussit flammā ignis de fornace: & fecit mēdium fornacis quasi ventum roris flantem. Flāma autem diffusa est super fornacez cubitis quadraginta nouē: & incendit quos reperit iuxta fornacez de Chaldeis ministros regis; qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis; neque cōtristauit, nec quicquam molestie intulit. Tūc hi tres, quasi ex vno ore, laudabant & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes. Hymnus.

Benedictus es domine deus patrum nostrorum. Et laudabilis, & gloriosus in secula. Et benedictum nomen glorie tue, quod est sanctum. Et laudabile & gloriosum in secula. Benedictus es in templo sancto glorie tue. Et laudabilis & gloriosus in secula. Benedictus es sup thronum sanctum regni tui. Et laudabilis & gloriosus in secula. Benedictus es super sceptrum diuinitatis tue. Et laudabilis, & gloriosus in secula. Benedictus es qui sedes super cherubiz, intuēs abyssos. Et laudabilis, & gloriosus in secula. Benedictus es, qui ambulas super pennas ventorum, & super vndas maris. Et laudabilis, & gloriosus in secula. Benedicāt te omnes angeli, & sancti tui. Et laudent te, & glorificent in secula. Benedicant te celi, terra, mare, & omnia, que in eis sūt. Et laudent te, & glorificent in secula. Gloria patri, & filio, & spiritui sācto. Et laudabilis, & gloriosus in secula. Sicut erat in principio & nunc & semp: & in secula seculorum. Amen. Et laudabilis & gloriosus in secula. Benedictus es dñe deus patrū nostrox. Et laudabilis & gloriosus in secula. Hic dicitur ℣. Dominus vobiscum. sine Flectamus genua. Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas igniū, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum nostruz Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit &c. A cunctis nos quesumus. vt in prima Dñica.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Hebreos.

Fratres: Tabernaculum factum est primum in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum: que dicitur Sancta. Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum: & arcaz ca. 9.

testamenti circuntectam ex omni parte auro, in qua, vrna aurea habens manna, ⁊ virga Aaron que frõduerat, ⁊ tabule testamẽti: superq; eam erant cherubim glorię obumbrantia propitiatorium: de quibus non est modo dicendum per singula. His vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes: in secundo vero semel in anno solus pontifex: nõ sine sanguine, quem offerret pro sua ⁊ populi ignorantia: hoc significante spiritu sancto, nondũ propalatam esse sanctorum viã, adhuc priore tabernaculo habẽte statum: que parabola est temporis instantis: iuxta quam munera ⁊ hostię offeruntur, que nõ possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientez, solummodo in cibis, ⁊ in potibus, ⁊ in variis baptismatibus, ⁊ iustitiis carnis vsque ad tempus correctionis impositis. Christus aũt assistens pontifex futurorũ bonorum, per amplius ⁊ perfectius tabernaculũ non manu factum, idest, non huius creationis: neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per propriũ sanguinem introiuit semel in Sancta, eterna redẽptione inuẽta. Trac.

psal. 116. Laudate dominũ omnes gentes: ⁊ collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: ⁊ veritas dñi manet in ęternum. Sequẽ. scti euang. fm Lucam.



In illo tempore: Dicebat Iesus turbis similitudinem hanc. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua: ⁊ venit quęrens fructum in illa, ⁊ non inuenit. Dixit autem ad cultorem vinee. Ecce, anni tres sũt, ex quo venio quęrens fructum in ficulnea hac: ⁊ non inuenio. Succide ergo illam: vtquid etiam terraz occupat? At ille respondens, dicit illi. Domine dimitte illam, ⁊ hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, ⁊ mittam stercora. Et siquidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eaz. Erat autem docens in synagoga eorum, sabbatis. Et ecce mulier, que habebat spiritum infirmitatis annis decem ⁊ octo: ⁊ erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Iesus, vocauit eam ad se, ⁊ ait illi. Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, ⁊ confestim erecta est, ⁊ glorificabat deum. Respondens autem archisynagogus indignans quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbę. Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite, ⁊ curamini: ⁊ non in die sabbati. Respondens autez ad illum dominus, dixit. Hypocritę, vnusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suuz, aut asinum a pręsepio, ⁊ ducit adaquare? Hanc autẽ filiam Abrahe,

ca. 13

he, quam alligauit satanas, ecce,
decem τ octo annis, non opor-
tuit solui a vinculo isto die sabba
ti? Et cũ hec diceret, erubescebãt
omnes aduersarij eius: τ omnis
populus gaudebat in vniuersis
que gloriose fiebant ab eo. Of-
psal. fertorium. D omine, deus sa-
97 lutis mee, in die clamaui, τ nocte
coram te: intret oratio mea in cõ
spectu tuo domine. Secreta.
C Oncede, quesumus omni-
potens deus: vt oculis tue
maiestatis munus oblatũ, τ gra
tiã nobis deuotionis obtineat,
τ effectum beate perennitatis ac
quirat. Per dominum nostrum
Jesum. E xaudi nos. vt in pri-
leui. ma Dominica. Cõio. M ense
23 septimo festa celebrabitis, cuz in
tabernaculis habitare fecerim fi
lios Israel, cum educerẽ eos de
terra Aegypti, ego dominus de
us vester. Postcommunio.
P Erficiãt in nobis, dñe, que
sumus, tua sacramẽta quod
continent: vt, que nunc spe geri-
mus, rerum veritate capiamus.
Per dominum n. M undet, τ
muniat nos. vt in j. Dominica.

Dominica xviij. post Pente-
cost. Introitus.


eccl. A pacem domine
29 sustinentibus te,
vt prophete tui fi-
deles inueniãtur,
exaudi preces ser-
ui tui, τ plebis tue
psal. Israel. Ps. Letatus suz in his q
21 dicta sunt mihi: in domũ dñi ibi-
mus. V. Gloria patri. Oratio.

D Irigat corda nostra, que-
sumus domine, tue misera
tionis operatio: qz tibi sine te pla
cere non possumus. Per domi-
num no. A cunctis nos quesu-
mus. vt in prima Dominica.
Lectio epistole beati Pauli apo
stoli ad Corinthios.
F Ratres: Gratias ago deo 1. C. 1
meo semper pro vobis, in
gratia dei, que data est vobis in
Christo Jesu. Quia in omnibus
diuites facti estis in illo, in omni
verbo, τ in omni scientia, sicut te
stimonium Christi confirmatuz
est in vobis: ita vt nihil vobis de
sit in vlla gratia, expectantibus
reuelationem domini nostri Je-
su Christi, qui τ confirmabit vos
vsque in finez sine crimine, in die
aduentus domini nostri Jesu
Christi. Gradua. L etatus suz psal.
in his que dicta sunt mihi: in do- 121.
mum domini ibimus. V. Fiat
pax in virtute tua, τ abũdãtia in
turribus tuis. A lleluia, alleluia. psal.
V. Timebunt gentes nomen tu 101.
um domine τ omnes reges ter-
re gloriam tuam, alleluia.
Seque. scti euãg. sm Mattheũ.


I N illo tẽ- ca. 9.
pore: As-
cendens Jesus
in nauiculam,
transfretauit, τ
venit in ciuita-
tem suam. Et
ecce offerebant
ei paralyticũ ia-
centem in lecto. Uidens autem
Jesus fidem illorum, dixit para-

lytico. Confide fili. Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce, quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit. Ut qd cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge et ambula? Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatē in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et surrexit, et abijt in domum suam. Videntes autem turbę timuerunt: et glorificauerunt deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Credo. Offerto.

Sanctificauit Moyses altare domino, offerens super illud holocausta: et immolans victimas, fecit sacrificium vespertinum in odorem suauitatis domino deo, in conspectu filiorū Israel. Sec.

Deus, qui nos per huius sacrificij veneranda commercia, vnius summęque diuinitatis participes efficis: pręsta, quęsumus: vt sicut tuam cognoscimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per dominū.

psal. 95 Exaudi nos. vt in j. dominica. Cōio. Tollite hostias, et introite in atria eius: adorate dñm in aula sancta eius. Postcōmunio.

Gratias tibi referimus domine sacro munere vegetati, tuam misericordiam deprecātes: vt dignos nos eius participatione perficias. Per domin.

Munda et muni. vt in j. Dñica.

Dominica xix. post Pentecosten. Introitus.



Salus populi ego sum, dicit dominus: de quacunque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: et ero illorum dominus in perpetuum. Psalmus. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria patri. Oratio. psal. 77

Omnipotens et misericors deus, vniuersa nobis aduersantia propitiatus exclude: vt mente et corpore pariter expediti, quę tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per dominum nostrum Jesum. A cunctis nos quęsumus. vt in prima Dñica.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

Fratres. Renouamini spiritu mētis vestrę: et induite nouū hominem, qui secundū deum creatus est in iustitia, et sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Irascimini, et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locū dare diabolo. Qui furabatur, iā nō furetur: magis aūt laboret, operādo manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Gradua. ca. 4

psal. 140 Dirigatur oratio mea, sicut incen-

censum in conspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuum mearū, sacrificium vespertinū. Alleluia, alleluia. ℣. Cōfitemini dño, ⁊ inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius, alleluia. psal. 104

Seq. san. euag. scd'm Mattheū.

ca. 22



In illo tēpore: Loquebatur Jesus principibus sacerdotum, ⁊ phariseis in parabolis, dicens. Simile factum est regnum celorū homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ nolebant venire. Iterū misit alios seruos, dicens. Dicite inuitatis: ecce prandium meū paraui, tauri mei, ⁊ altilia occisa sunt, ⁊ omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt: ⁊ abierūt, alius in villam suam, alius vero ad negociationem suam: reliqui vero tenuerunt seruos eius, ⁊ cōtumelijs affectos, occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est: ⁊ missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, ⁊ ciuitatē illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt: sed qui inuitati erant, non fuerūt digni. Ite ergo ad exitus viarum: ⁊ quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt oēs quos inuenerunt, malos ⁊ bonos: ⁊ implete sunt nuptie discumbentiū. Intrauit autem Rex vt videret discūbētes: ⁊ vidit ibi hominem non vestitū veste nuptiali. Et ait illi. Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris. Ligatis manibus ⁊ pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Credo in vnum. Offertorium. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me domine: ⁊ super iram inimicorum meorū extendes manum tuam: ⁊ saluū me fecit dextera tua. psal. 137 Secreta.

Haec munera, q̄s dñe, que oculis tue maiestatis offerimus, salutaria nobis esse cōcede. Per do. Exaudi nos deus. vt in prima Dominica. Cōmu.

Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigātur vie mee, ad custodiendas iustificationes tuas. psal. 118 Postcōmunio.

Tua nos domine medicinalis operatio, ⁊ à nostris peruersitatibus clemēter expediat: ⁊ tuis semper faciat inherere mādatis. Per dominū. Mundet, ⁊ muniat. vt in prima dominica.

¶ Dñica xxi. post Pēte. Intro.



Omnia que fecisti nobis domine, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, ⁊ mandatis tuis nō obediuimus: Dan. 3

mus: sed da gloriã nomini tuo, & fac nobiscum secundum multitudinem misericordię tuę. psal.
psals. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. ℣. Glo-
118 ria patri, & filio, & spiri. Oratio.

LArgire, quęsumus domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus & pacem: vt pariter ab omnibus mundentur offensis, & secura tibi mente deseruiant. Per dominum nostrum. A cunctis nos. vt in j. domini.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

ca.5 FRatres: Uidete itaq; quomodo caute ambuletis: nõ quasi insipientes, sed vt sapientes: redimentes tempus, quoniã dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes, q̃ sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, loquẽtes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris domino: gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini nostri Jesu Christi, Deo, & Patri. Subiecti inuicem: in timore Christi.

Gradua. Oculi omnium in te
psals. sperant domine: & tu das illis es-
144 cam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictio-
psals. ne. Alleluia, alleluia. ℣. Pa-
107 ratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psallam tibi, gloria mea, alleluia.

Seq. san. euang. scdm Joãnem.



IN illo tem- ca.4
pore: Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset, quia Jesus veniret a Judęa in Galilęam, abijt ad eum, & rogabat eu; vt descenderet & sanaret filiu; eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo Jesus ad eum. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus. Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Jesus. Uade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Jesus, & ibat. Jam autem eo descẽdente, serui occurrerunt ei: & nũciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerũt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Jesus: filius tuus viuit. Et credidit ipse, & domus eius tota.

Credo. Offertorium. Super psals.
flumina Babylonis illic sedi- 136
mus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Secreta.

COelestem nobis prębeant hęc mysteria, quęsumus domine, medicinam: & vitia nostri cordis expurgent. Per do. Exaudi nos. vt in prima Dñic. Cõio.

ps. 118. Cōio. Memento verbi tui ser-
uo tuo domine, in quo mihi spe-
dedisti: hęc me cōsolata est in hu-
militate mea. Postcommunio.
Ut sacris domine redda-
mur digni muneribus: fac
nos, quęsumus, tuis semper obe
dire mandatis. Per dominum.
Mundet et muniat. vt in j. dni.
hest. 13. ¶ Dominica xxj. post Pente-
cost. Introitus.



In volūtate tua
domine vniuer
sa sunt posita: et
non est, qui pos
sit resistere vo-
luntati tuę: tu
enim fecisti om
nia, cęlum, et terram, et vniuersa,
quę cęli ámbitu continentur: do
minus vniuersorum tu es. psal.
Beati immaculati in via, qui am
bulant in lege dñi. ℣. Gloria p.
Familiam tuam, Oratio.
quęsumus domine, conti-
nua pietate custodi: vt à cunctis
aduersitatibus, te protegēte, sit
libera: et in bonis actibus tuo no
mini sit deuota. Per dominum.
A cūctis nos. vt in j. dominica.
c. 6. Lectio epistolę beati Pauli apo
stoli, ad Ephesios.
Fratres: Confortamini in
domino, et in potentia vir-
tutis eius. Induite vos armatu
ram dei: vt possitis stare aduer-
sus insidias diaboli. Quoniam
non est nobis colluctatio aduer-
sus carnem et sanguinem: sed ad
uersus principes et potestates,
aduersus mundi rectores tene-
brarum harum, contra spiritua-
lia nequitię, in cęlestibus. Pro-
pterea accipite armaturam dei:
vt possitis resistere in die malo, et
in omnibus perfecti stare. Sta-
te ergo succincti lumbos vestros
in veritate, et induti loricam iusti
tię, et calciati pedes in pręparatio
nem euangelij pacis. In omni-
bus sumentes scutum fidei, in
quo possitis omnia tela nequissi
mi ignea extinguere. Et galeam
salutis assúmite: et gladium spiri-
tus quod est verbū dei. Grad.
Dñe refugiū factus es nobis à
generatione in generatione. ℣.
Priusquam montes fierent, aut
formaretur terra et orbis: à secu
lo et vsq; in seculum tu es deus.
Alleluia, alleluia. ℣. In exitu
Israel de Aegypto, domus Ia
cob de populo barbaro. allia.
Seq. sancti euang. sm Matthę.



In illo tē- c. 18.
pore: Di-
xit Iesus disci-
pulis suis para
bolá hác. Simi
le est regnū cęlo
rū homini regi,
qui voluit ratio
nem pónere cū
seruis suis. Et cū cepisset rationē
pónere, oblatus est ei vnus, q de
bebat ei decē millia talēta. Cum
aūt nō haberet vnde redderet,
iussit eum dñs eius venúndari, et
vxorē eius, et filios, et omnia quę
habebat, et reddi. Prócidēs aūt
seruus ille, rógabat eum, dicens.
Patientiam habe in me, et om-
nia

nia reddam tibi. Misertus autē dominus serui illius, dimisit eū: & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centū denarios: & tenens suffocabat eū, dicens. Redde quod debes. Et prócidens conseruus eius rogabat eū dicens. Patiētiam habe in me, & omnia reddā tibi. Ille autem noluit: sed abijt: & misit eum in carcerem, donec rédderet debitū. Uidentes autē conserui eius que fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerūt dño suo omnia que facta fuerant. Tunc vocauit illū dominus suus: & ait illi. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque rédderet vniuersū debitum. Sic & pater meus celestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Credo. Offerto.

Job 1. Uir erat in terra Hus nomine Job, simplex & rectus, ac timens deum: quem Satan petijt vt temptaret: & data est ei potestas à domino in facultate & in carne eius: pérdiditq; omnem substantiam ipsius, & filios: carnē quoq; eius graui vlcere vulnerauit. Secre.

Suscipe domine propitius hostias, quibus & te placari voluisti, & nobis salutem potēti pietate restitui. Per dominū.

Exaudi nos deus. vt in ij. dñica.

Comunio. In salutari tuo anima mea, & in verbum tuum speraui: quādo facies de persequentibus me iudicium: iniqui persecuti sunt me, adiuua me domine deus meus. Ps. 118.

Postcommunio.

Immortalitatis alimóniam consécuti, quesumus domine, vt quod ore percépimus, pura mente sectemur. Per domi.

Ludet & muniat. vt in ij. dñica.

Dñica xxij. post Pentec. Intro.



Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit? qa apud te propitiatio est, deus Israel. Ps. 129.

Ps. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus refugium nostrum, & virtus: adesto pius ecclesie tue precibus, auctor ipse pietatis, & presta: vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominum. A cunctis nos quesumus. vt in prima domini.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Philippenses.

Fratres: Confidimus in domino Jesu: quia, qui cepit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Jesu. Sicut est mihi iustum, hoc sentire pro omnibus vobis: eo quòd habeam vos in corde & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione euangelij, socios gaudij ca. 1.

mei

mei omnes vos esse. Testis enim mihi est deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Jesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia & in omni sensu: vt probetis potiora, vt sitis synceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitię per Jesum Christũ, in gloriã & laudẽ dei. Grad. Ecce, quàm bonum & quàm iucundũ, habitare fratres in vnũ. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Alleluia, alleluia.
ps. 113. ℣. Qui timẽt dñm, sperẽt in eo: adiutor & protector eoꝝ est, allã.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

cap. 22. In illo tẽpore. Abeuntes pharisęi, consiliũ iniẽrunt, vt caperent Jesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cũ Herodianis, dicentes. Magister, scimus, quia verax es, & viã dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim rẽspicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet censum dari Cęsari, an non? Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait. Quid me tentatis hypòcritę? Ostẽdite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Jesus. Cuius est imàgo hęc, & superscriptio? Dicunt ei, Cęsaris. Tunc ait illis. Rẽddite ergo quę sunt Cęsaris, Cęsari: & quę sunt dei, deo. Credo. Offertorium. Recordare mei domine omnipotentatui dominans: & da sermonem rectum in os meum, vt placeant verba mea in conspectu principis. hest. 14.

Secreta. Deus: vt hęc salutaris oblatio, & à propriis nos reatibus indesinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduersis. Per do. Exaudi nos. vt in prima dominica. Cõmun. Ego clamaui, quoniã exaudisti me deus: inclina aurem tuam, & exaudi verba mea. ps. 16. Postcom. Sumpsimus domine sacri dona mysterij, humiliter deprecantes: vt, quę in tui commemoratione nos facere pręcepisti, in nostrę proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate. Mundet & muniat. vt in j. dñic.

¶ Dominica xxiij. post pentecost. Introitus.

Dicit dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem vestrã de cunctis locis. hie. 29. Psalmus. Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatẽ Jacob. ℣. ps. 84. Gloria patri, &c. Oratio. Absolue, quęsumus domine,

ne, tuorum delicta populorum: vt a peccatorum nostrorum nexibus, que pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per dominum nostrum. Jesum. A cunctis nos quesumus do. vt in prima dominica.

ca.3. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Philippenses.

Fratres: Imitatores mei estote: et obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sepe dicebam vobis (nunc autem et flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorum deus, venter est: et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in celis est: vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostre, configuratum corpori claritatis sue, secundum operationem virtutis sue, qua possit etiam subijcere sibi omnia. Itaque fratres mei charissimi et desi-

c.4. deratissimi, gaudium meum et corona mea: sic state in domino charissimi. Euodiam rogo, et Syntychen deprecor, idipsum sapere in domino. Etiam rogo et te germane compar, adiuua illas, que mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente, et ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vite. Gradu.

ps. Liberasti nos domine ex affligentibus nos, et eos qui nos o-
43. derunt, confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die, et in nomine tuo confitebimur in secula. Alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam, alleluia. ps. 129.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum. c.9.



In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, et adorabat eum dicens. Domine filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, et viuet. Et surgens Jesus, sequebatur eum, et discipuli eius. Et ecce mulier, que sanguinis fluxum patiebatur annis duodecim, accessit retro, et tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum vestimentum eius: salua ero. At Jesus conuersus et videns eam, dixit. Confide filia: fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Jesus in domum principis, et vidisset tibicines et turbam tumultuantem, dicebat. Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba: intrauit, et tenuit manum eius. Et surrexit puella. Et exijt fama hec in vniuersam terram illam. Credo. Offert.

De profundis clamaui ad te domine, ps. domine exaudi orationem meam, de pro 129. fundis clamaui ad te domine. Secre.

PRo nostrę seruitutis augmento sacrificium tibi domine laudis offerimus: vt, quod immeritis contulisti, propitius exequaris. Per dominum nrm. Exaudi nos deus salutaris no. vt in prima Dominica. Cōmu. Mat. 11 Amē dico vobis, quicquid orātes petitis, credite qꝛ accipietis, & fiet vobis. Postcommunio.

QUęsumus omnipotens deus: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominū no. Mundet & muniat. vt in prima dominica.

¶ Si dominicę post Pentecosten fuerint plures vigintiquatuor, tunc post vigesimamtertiā resumantur (quo ad Orationes, Epistolas, & Euangelia) missę Dominicarum, quę superfuerūt post Epiphaniam, hoc ordine. Si dominicę fuerint vigintiquinque, in dominica vigesimaquarta dicit̄ missa dominicę vj. post Epiphaniam. Si fuerint vigintisex, in dominica vigesima quarta dicitur missa dominicę quintę post Epiphaniam: & in vigesima quinta dicitur missa dn̄icę vj. Si fuerint vigintiseptem, in dominica vigesimaquarta dicit̄ missa dominicę iiij. post Epiphaniam: in vigesimaquinta, dominicę v. & in vigesimasexta, dominicę vj. Si fuerint vigintiocto, in dominica vigesimaquarta dicit̄ missa dominicę iij. post Epiphaniā: in vigesimaquinta, dominicę iiij. in vigesimasexta, dominicę v. in dominica vigesimaseptima, dominicę sextę. Et vltimo loco semper dicitur missa dominicę vigesimę quartę post Pentecosten.

¶ Introitus autē, Graduale, Offertoriū, & Postcommunio in predictis dominicis, semper dicunt̄ vt in dn̄i. vigesimatertia.

¶ Dn̄ica xxiiij. post Pēte. Orō.



EXcita, quęsumus domine, tuorum fidelium voluntates: vt, diuini operis fructū propensius exequētes, pietatis tuę remedia maiora percipiant. Per do. Excunctis nos quęsumus domine. vt in prima Dominica.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Colossenses.

FRatres: Nō cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis dei, in omni sapientia & intellectu spirituali: vt ambuletis digne, deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia dei: in omni virtute cōfortati secundū potentiā claritatis eius: in omni patientia & longanimitate: cum gaudio gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorū, in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suę: in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum. In Christo Jesu domino nostro. ca. 1

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.



PROPRIVM MISSARVM

De Sanctis.

¶ In vigilia sancti Andreę Apostoli. Introitus.

Die. 29 Nou.



Ominus secus mare Galileę vidit duos fratres, Petrum & Andream, & vocauit eos: venite post me: faciam vos fieri piscatores hominū. Psal. Celi enarrant gloriã dei, & opera manuum eius annunciat firmamentū. ℣. Gloria pa. Oratio.

Quesumus omnipotens deus, vt beatus Andreas apostolus, tuum pro nobis imploret auxilium: vt, a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur. Per do.

¶ Pro commemoratione sancti Saturnini martyris. Oratio.

Deus, qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per dominum.

Si vigilia S. Andreę venerit in Aduentu, missa dī de vigilia, & secunda Oratio erit de Aduentu, tertia de sancto Saturnino. Si festum



dei: tu es rex Israel. Rñdit Jesus, & dixit ei. Qr dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen, amen dico vobis: videbitis celũ apertum, & angelos dei ascendentes, & descendentes supra filiũ hoīs. Offer. Gloria & honore coronasti eũ: & constituisti eũ super opera manuũ tuarũ dñe. Secreta.

Sacrandũ tibi dñe munus offerimus: quo beati Andree sollemnia recolentes, purificationem quoq; nostris mentibus imploramus. Per dñm.

Pro cōmemoratione sancti Saturnini martyris. Secreta.

Munera tibi dñe dicata sanctifica: &, intercedente beato Saturnino martyre tuo, per hec eadem nos placatus intende. Per. Cōio. Dixit Andreas Simoni fratri suo: inuenimus messiam, qui dicitur Christus: & adduxit eum ad Jesum. Postcō.

Perceptis dñe sacramentis suppliciter exoramus: vt, intercedente beato Andrea apostolo tuo, q̃ pro illius veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per dominũ.

Pro cōmemoratione sancti Saturnini. Postcommunio.

Sanctificet nos, quesumus dñe, tui pceptio sacramenti: & intercessione sctorũ tuorũ tibi reddat acceptos. Per dñm.

Si sequens festũ sancti Andree venerit in dominica, transfertur in sequentem diem duplici festo non impeditam: quod & de aliis festis duplicibus & semiduplicibus, in dominicis Aduentus occurrentibus, seruatur. De simplicibus autem toto Aduentu fit tantum commemoratio.

¶ In festo sancti Andree apostoli. Introitus.



Mihi autẽ nimis die.
honorati sunt a 30
mici tui deus: nimis confortatus est principatus eorũ. Psal. Domine pbasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã, & resurrectionem meã. ℣. Gloria. Oratio.

Maiestatẽ tuã domine suppliciter exoramus: vt, sicut ecclesie tue beatus Andreas apostolus extitit predicator & rector, ita apud te sit pro nobis ppetuus intercessor. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos.

Fratres. Corde creditur ca.
ad iustitiam: ore autẽ, con 10
fessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura. Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Judei & Greci. Nam idẽ dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomẽ domini: saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quẽ non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quẽ non audierunt? Quomodo autem audient sine predicante.

Quomodo vero predicabunt, nisi mittantur? Sicut scriptum est. Quàm speciosi pedes euangelizantium pacez, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euangelio. Isaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides, ex auditu: auditus autem, per verbuz Christi. Sed dico, nunquid non audierunt? Et quidem in omnē terram exiuit sonus eorum: ⁊ in fines orbis terrę verba eorum. Gra. Cōstitues eos principes super omnē terram: memores erūt nominis tui dn̄e. ℣. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cōfitebūtur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Dilexit Andreaz dn̄s in odorē suauitatis, Alleluia. Seq. sancti euāg. fm̄ Mattheū.

ca.4



In illo tp̄e. Ambulās Jesus iuxta mare Galilee, vidit duos fratres: Simonē q vocat̄ Petrus, ⁊ Andreaz fratrē ei⁹, mittētes rete i mare: (erāt eni piscatores) ⁊ ait illis. Uenite post me: ⁊ faciā vos fieri piscatores hominum. At illi continuò, relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedēs inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedei, ⁊ Joannem fratrem eius in naui, cum Zebedeo patre eorum, reficientes retia sua: ⁊ vocauit eos. Illi autem, statim relictis retibus ⁊ patre, secuti sunt eum. dicitur Credo. Offertoriu. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta. Sacrificium nostrum tibi Domine, quesumus, beati Andree apostoli tui precatio sācta conciliet: vt, in cuius honore sollenniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per dominum nostrum Jesum Chri.

Prefatio de apostolis.

Cōmunio. Uenite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: at illi, relictis retibus ⁊ naui, secuti sunt dn̄m. Postcōmu. Sumpsimus domine diuina mysteria, beati Andree festiuitate letātes: que sicut tuis sanctis ad gloriaz, ita nobis, que sumus, ad veniam prodesse perficias. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

¶ Festa Decembris.

¶ Pro cōmemo. sancte Bibiane virginis ⁊ martyris, Oratio. Indulgentiam. cum sua Secreta, ⁊ postcommunio. de communi virginum. folio.250. die.2

¶ Pro cōmemo. Sancte Barbare virginis ⁊ martyris. Orō. Deus qui inter cetera. cum sua Secreta, ⁊ postcommunio. de communi virginum. folio 249. die.4

¶ Pro commemorati. sancti Sabbe Abbatis. Oratio. Intercessio nos, quesumus dn̄e, beati Sabbe Abbatis commendet: vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio

cinio assequamur. Per. Secre.

Sacris altaribus Domine hostias superpositas sanctus Sabbas, quęsumus, in salutem nobis prouenire deposcat. Per dominum. Postcõio.

Protegat nos domine cuz tui perceptione sacramenti beatus Sabbas pro nobis intercedendo: vt ⁊ cõuersationis eius experiamur insignia, ⁊ intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per dominum nost.

Die. 6 ¶ In festo sancti Nicolai episcopi ⁊ confessoris. Introitus.

Statuit ei dñs testamẽtuz pacis: ⁊ principem fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum. Psalm. Memento dñe Dauid: ⁊ omnis mãsuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Deus, qui beatum Nicolaum pontificem tuum innumeris decorasti miraculis: tribue, quęsumus: vt eius meritis ⁊ precibus, à gehennę incendijs liberemur. Per dominum no.

Epistola. Mementote prępositorũ. de cõi cõfess. pont. fo. 246.

Gradua. Inueni Dauid seruũ meuz: oleo sancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabit ei: ⁊ brachiũ meũ cõfortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur: Alleluia. Euangelium. Homo quidam peregre proficiscens. de communi confess. pont. fo. 245. Offer.

Ueritas mea, ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Sanctifica, quęsumus dñe deus, hęc munera: quę in sollẽnitate sancti antistitis tui Nicolai offerimus: vt per ea, vita nostra inter aduersa ⁊ ꝓspera vbique dirigatur. Per dñm. Cõio.

Semel iuraui in sancto meo: semen eius in ęternũ manebit: ⁊ sedes eius sicut sol i cõspectu meo: ⁊ sicut luna perfecta in ęternũ, ⁊ testis in cęlo fidelis. Postcõmu.

Sacrificia, quę sumpsimus dñe pro sollẽnitate sancti põtificis tui Nicolai, sempiterna nos ꝓtectione cõseruent. Per.

¶ In festo sancti Ambrosij episcopi, ⁊ confessoris, ac doctoris Ecclesię. Introitus. die. 7



In medio ecclesię aperuit os eius: ⁊ impleuit euz domin⁹ spiritu sapiẽtię ⁊ intellect⁹: stolã glorię induit eum. Psalm. Bonum est confiteri domino, ⁊ psallere noi tuo altissime. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus, qui populo tuo ęternę salutis beatuz Ambrosium ministrum tribuisti: pręsta quęsumus: vt, quem doctorem vitę habuimus in terris, intercessorez habere mereamur in cęlis. Per dominum nostrum Iesuz.

Epistola. Testificor corã Deo. de communi Doctorum. fo. 247.

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Nō est inuentus similis illi, qui conseruaret legē excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Jurauit dominus, & non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Alleluia. Euangelium. Uos estis sal terre. De communi Doctorum. folio 247. Et dicit Credo. Offertorium. Ueritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabit cornu eius. Secreta.

OMnipotens sempiterne Deus, munera tue maiestati oblata, per intercessionē beati Ambrosij confessoris tui atq; pōtificis, ad perpetuā nobis fac prouenire salutem. Per dñm. Commu. Semel iuraui in sancto meo: semen eius in eternum manebit: & sedes eius sicut sol in conspectu meo: & sicut luna perfecta in eternum: & testis in celo fidelis. Postcommunio.

SAcramenta salutis nostre suscipiens, concede, quesumus omnipotens Deus: vt beati Ambrosij confessoris tui atq; pōtificis nos vbiq; oratio adiuuet: in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dñm.

¶ In conceptione B. Marie dicitur missa de eius Natiuitate, que habetur mēse Septēbris. fo. 223. mutato noie Natiuitatis in Conceptionē. ¶ Pro cōme. sancti Miltiadis Pape & mart. Oratio. Infirmitatem. cū sua secreta, & postcōmunio. De communi vnius marty. pont. fo. 236.

Die. 8

Die. 10

¶ In festo sancti Damasi Pape & confessoris Introitus. Die. 11



SAcerdotes tui domine induāt iustitiam: & sancti tui exultent: propter Dauid seruū tuū non auertas faciem Christi tui. Psal. Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oro.

EXaudi dñe preces nostras; & intercedente beato Damaso confessore tuo atq; pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus, & pacem. Per domi. Epistola Plures facti sunt Sacerdotes. De communi confess. pontific. folio 245. Gradua. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in eternū secundū ordinē Melchisedech, Alleluia. Euangel. Uigilate quia nescitis. De eodem coi. fol. 246. Offer. Inueni Dauid seruū meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Secre.

ACcepta tibi sit, q̄sum⁹ dñe, sacrate plebis oblatio, pro tuorū honore sanctorū: quorū se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxiliū. Per do.

Com

Cõm. Dñe quinque talenta tra
didisti mihi, ecce alia quinque su-
perlucratus sũ: euge serue fide-
lis, q: in pauca fuisti fidelis, supra
multa te constituaz: intra in gau-
dium domini tui. Postcommun.
O A, quesumus domine, fide
libus populis, sanctorum
tuorum semper veneratione le-
tari: et eorum perpetua supplica-
tione muniri. Per dominuz no.
¶ In festo sancte Lucie virgi-
Die. 13 nis et martyris. Introitus.
Dilexisti iustitiaz, et odi-
sti iniquitatez: propte-
rea vnxit te deus deus
tuus oleo letitie, pre
consortibus tuis. Psalm. Eru-
ctauit cor meum verbum bo-
num: dico ego opera mea regi.
V. Gloria patri, et filio. Oratio.
Exaudi nos Deus salutaris
noster: vt, sicut de beate
Lucie virginis et martyris tue,
festiuitate gaudem⁹: ita pie deuo
tionis erudiamur affectu. Per.
Epistola. Qui gloriatur, in do-
mino glorietur. De commun
virg. folio 251. Graduale.
Dilexisti iustitiam, et odisti ini-
quitatem. V. Propterea vnxit
te deus deus tuus oleo letitie.
Alleluia, alleluia. V. Diffusa
est gratia in labijs tuis, propte-
rea benedixit te Deus in eter-
num, Alleluia. Euangelium.
Simile est regnuz celorum the-
sauro abscondito. De commu-
ni virg. et martyris. folio 251.
Offertorium. Afferentur regi
virgines post eam, proxime eius
afferentur tibi. Secreta.
Accepta tibi sit domine sa-
crate plebis oblatio, pro
tuorum honore sanctorum: quo
rum se meritis percepisse de tri-
bulatione cognoscit auxilium.
Per dominuz no. Communio.
Principes psecuti sunt me gra-
tis, et a verbis tuis formidauit
cor meuz: letabor ego super elo-
quia tua, quasi qui inuenit spo-
lia multa. Postcommunio.
Satiasti domine familiam
tuam muneribus sacris:
eius, quesumus, semper interuẽ-
tione nos refoue, cuius sollem-
nia celebramus. Per dominũ
nostrum Iesum Christum filiũ. Die.
¶ In vigilia S. Thome dicitur 20
missa. Ego autem sicut oliua.
de vigilia vnius apostoli. fo. 236.
cum commemo. de Aduentu:
et in ea seruet rubrica i vigilia S.
Andree posita: Si autẽ hec vigi
lia venerit in quatuor tẽporib⁹,
de ea fit tantum cõmemoratio.
¶ In festo sancti Thome
apostoli. Introitus. Die. 21



Mihi aũt nimis
honorati sunt
amici tui deus:
nimis conforta
tus est principa
tus eorum. Ps.
Dñe, pbasti me,
et cognouisti me: tu cognouisti
sessionez meam, et resurrectionẽ
meam. V. Gloria patri. Oratio.
Da nobis, quesumus domi
ne, beati apostoli tui Tho-
me solemnitatibus gloriari: vt,

eius semper ⁊ patrociniis suble-
uemur, ⁊ fidem congrua deuo-
tione sectemur. Per dominum.

Lectio epistole beati Pauli
apostoli ad Ephesios.

ca.2 Fratres: Jam non estis hō
spites ⁊ aduene, sed estis
ciues sanctorū ⁊ domestici Dei
superedificati supra fundamen-
tū apostolorum ⁊ prophetarū,
ipso summo angulari lapide Chri-
sto Jesu. In quo omnis edifica-
tio cōstructa, crescit in templum
sanctum in domino. In quo ⁊
vos coedificamini in habitaculū
Dei, in Spiritu sancto. Gradu.
Nimis honorati sunt amici tui
Deus: nimis cōfortatus est prin
cipatus eorū. ℣. Dinumerabo
eos: ⁊ super arenam multiplicabū
tur. Alleluia, alleluia. ℣. Gau-
dete iusti in domino: rectos de
cet collaudatio. Alleluia.

ca. 20 Seq. sancti euang. sm Joannē.



In illo tē-
por. Tho
mas vnus de
duodecim, qui
dicit Didym⁹,
nō erat cum eis
quādo venit Je
sus. Dixerūt er
go ei alij disci-
puli. Vidim⁹ dominū. Ille autē
dixit eis. Nisi videro in manib⁹
eius fixuram clauorum, ⁊ mittā
digitum meum in locum clauo-
rū, ⁊ mittā manum meā in latus
eius: non credā. Et post dies o-
cto, iterū erant discipuli eius in-
tus: ⁊ Thomas cum eis. Uenit
Jesus ianuis clausis, ⁊ stetit in
medio, ⁊ dixit. Pax vobis. De-
inde dicit Thome. Infer digi-
tum tuum huc, ⁊ vide manus me
as, ⁊ affer manum tuam, ⁊ mitte
in latus meum, ⁊ noli esse incre-
dulus, sed fidelis. Respondit
Thomas, ⁊ dixit ei. Dominus
meus, ⁊ deus meus. Dicit ei Je
sus. Quia vidisti me, Thoma,
credidisti. Beati qui non vide-
runt, ⁊ crediderunt. dicitur
Credo. Offert. In oēm ter-
ram exiuit sonus eorū: ⁊ in fines
orbis terre verba eorū. Secre.
Debitum tibi domine no-
stre reddimus seruitutis,
suppliciter exorantes: vt suffra-
gijs beati Thome apostoli tui,
in nobis tua munera tuearis: cu
ius honorāda cōfessione, laudis
tibi hostias immolamus. Per.
Prefatio de Apostolis. Cōio.
Mitte manum tuam, ⁊ cogno-
sce loca clauorum: ⁊ noli esse in-
credulus, sed fidelis. Postcōm.
Adesto nobis misericors
deus: ⁊ intercedente pro
nobis beato Thoma apostolo
tuo, tua circa nos propitiat⁹ do
na custodi. Per dominum no.

¶ Festa Januarij.

¶ Pro cōmemoratione S. Hy Die. 11
gini Pape ⁊ marty. Oratio.
Infirmitatē. cum sua Secre-
ta, ⁊ Postcommuni, de com-
muni vnius mar. ponti, fo. 236.

¶ In festo sancti Hilarij episco Die. 14
pi ⁊ confessoris. Missa.
In medio ecclesie. de commu-
ni

ni Doctorum. folio 246. ⁊ in ca fit sequentis commemoratio.

¶ Pro cōmemoratione sancti Felicis in Pincis mar. Oratio.



Oncede, q̄sumus, omnipotens deus: vt ad meliorem vitam, sanctorum tuorum exempla nos prouocent: quatenus, quorum sollemnia agimus, etiā actus imitemur. Per. Secreta.

Hostias tibi domine beati Felicis martyris tui dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. Per. Postcō.

Quesumus domine, salutaribus repleti mysterijs: vt beati Felicis martyris tui, cuius solemnia celebramus, orationibus adiuuemur. Per dominū.

Si contingat festum sancti Hilarij transferri in alium diem, non tamē predicta commemoratio transfertur, sed de ea fit suo die: quod ⁊ in alio sequenti festo, ⁊ in similibus semper seruatur.

Die. 15 ¶ In festo sancti Pauli primi Eremite. Introitus.



Ustus, vt palma florebit: sicut cedr⁹ Libani, multiplicabit: plātatus in domo dn̄i, in atrijs domus dei nostri. Psal. Bonum est confiteri Domino: ⁊ psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria. Oratio.

Deus, qui nos beati Pauli confessoris tui annua solēnitate letificas: concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, etiā actiones imitemur. Per d.

Pro commemoratione sancti Mauri abbatis. Oratio.

Intercessio nos, quesumus, domine, beati Mauri abbatis cōmēdet: vt, quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per dn̄m no.

Epist. Que mihi fuerūt lucra. de cōi confess. nō ponti. fo. 248.

Gradua. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabit in domo Dn̄i. ℣. Ad annunciandū mane misericordiā tuā, ⁊ veritatem tuā per noctē. Alleluia, alleluia. ℣. Iustus germinabit sicut lilium: ⁊ florebit in eternum ante Dn̄m, Alleluia.

Euangelium. Confiteor tibi pater. de communi plurimorū martyrum. folio 244. Offerto.

In virtute tua domine letabitur iustus: ⁊ super salutare tuum exultabit vehementer: desideriū anime eius tribuisti ei. Secr.

Laudis tibi dn̄e hostias immolamus, in tuorū cōmemoratione sanctorum: quibus nos ⁊ presentibus exui malis cōfidimus, ⁊ futuris. Per dn̄ū no.

Pro cōmemorati. sancti Mauri Abbatis. Secreta.

Presta nobis, quesumus, omnipotens deus: vt nostre humilitatis oblatio, ⁊ p̄ tuorū tibi grata sit honore sanctorū, ⁊ nos corpore pariter ⁊ mēte purificet. Per dominū nostrū.

Communio. Letabitur iustus in dn̄o, ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabuntur oēs recti corde. Postcō.

Refecti

R Efecti cibo potuque cele-
sti, deus noster, te supplices
exoramus: vt, in cuius hęc cōme
moratione percepimus, eius mu
niamur ꝛ precibus. Per dn̄m.
Pro commemora. sancti Mau-
ri Abbatis. Postcommunio.
P Rotegat nos domine cuz
tui perceptione sacramen-
ti, beatus Maurus Abbas pro
nobis intercedendo: vt ꝛ con-
uersationis eius experiamur in-
signia, ꝛ intercessionis ipsius per-
cipiamus suffragia. Per domi.
Die. ¶ In festo sancti Marcelli Pa
16 pę ꝛ martyris. Introitus.
S Tatuit ei dominus te-
stamentū pacis, ꝛ prin-
cipem fecit eum: vt sit
illi sacerdotij dignitas
in ęternū. psalm. Memento do-
mine Dauid, ꝛ omnis mansue-
tudinis eius. ℣. Gloria. Orō.
P Reces populi tui, quęsu-
mus domine, clementer e-
xaudi: vt beati Marcelli mar-
tyris tui atque pontificis meri-
tis adiuuemur, cuius passione lę
tamur. Per dominum nostruz.
Epistola. Benedictus deus.
de cōi vnius mar. pont fol. 237.
Graduale. Inueni Dauid ser-
uū meuz: oleo sancto meo vnxi
eū: manus eniz mea auxiliabitur
ei: ꝛ brachiū meū cōfortabit eū.
℣. Nihil ꝓficiet inimicus in eo:
ꝛ filius iniquitatis nō nocebit ei.
Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sa-
cerdos in ęternum, secūdum or-
dinem Melchisedech, Alleluia.
Euangelium. Siquis vult ve-
nire post me. de eodē cōi. f. 237.
Offerto. Ueritas mea, ꝛ miseri-
cordia mea cū ipso: ꝛ in noīe meo
exaltabitur cornu eius. Secre.
S Uscipe, quęsumus domi-
ne, munera dignāter obla-
ta: ꝛ beati Marcelli suffraganti-
bus meritis, ad nostrę salutis au
xilium prouenire concede. Per
dominū. Cōio. Domine quin-
que talenta tradidisti mihi: ecce
alia quinque superlucratus suz:
euge serue bone ꝛ fidelis: quia
in pauca fuisti fidelis, supra mul-
ta te constituam: intra in gaudiū
domini tui. Postcommunio.
S Atiasti domine familiam
tuam muneribus sacris: e-
ius, quęsumus, semper interuen
tione nos refoue, cuius sollem-
nia celebramus. Per dominuz.
¶ In festo S. Antonij Abba- Die.
tis Missa. Os iusti. de cōi Ab- 17
batū. f. 246. cū euāgelio. Sint
lumbi vestri pręcincti. de com-
muni confess. non pont fo. 248.
¶ In festo Cathedrę S. Petri, Die.
qua Romę primum sedit. Intro. 18
S Tatuit ei do-
minus testamē
tū pacis, ꝛ prin-
cipem fecit eū:
vt sit illi sacer-
dotij dignitas
in ęternū. Ps.
Memēto dn̄e Dauid, ꝛ omnis
mansuetudinis ei⁹. ℣. Glia. Orō.
D Eus, qui beato Petro a-
postolo tuo, collatis claui-
bus regni cęlestis, animas ligan
di, atqz soluendi pontificiū tra-
di-

didisti: cōcede: vt intercessionis eius auxilio, a peccatorū nostrorū nexibus liberemur. Qui vi. Et fit comme. de sancto Paulo ante quascunque commemora. etiam dominice: quod & seruatur in comme. sancti Petri, que fit in festo sancti Pauli. Oratio.

DEus, qui multitudinē gentiū bti Pauli apostoli pdicatiōe docuisti: da nobis q̄sum⁹: vt cui⁹ cōmemorationē colim⁹, eius apud te patrocinia sētiam⁹. Pro commemora. sancte Prisce virg. & marty. Oratio.

DA, quesumus, omnipotens deus: vt, qui beate Prisce virginis & martyris tue natalitia colimus, & annua solemnitate letemur, & tante fidei proficiamus exemplo. Per dominum nostrum Jesum Christum filiū. Lec. epistole bti Petri apostoli.

i. ca. i PEtrus, apostol⁹ Jesu christi, electis aduenis dispersionis Pōti, Galatie, Cappadocie, Asie, & Bithynie: secūdū prescientiā dei patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiā & aspersionem sanguinis Jesu Christi: gratia vobis, & pax multiplicetur. Benedictus deus & Pater dn̄i nostri Jesu Christi, qui secūdū magnam misericordiā suā regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatē incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatā in celis in vobis, qui in virtute dei custodimini per fidem, in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis: modicū nūc, si oportet cōtristari in variis tētationib⁹: vt probatio vestre fidei, multo p̄ciosior auro (quod per ignē probat) inueniatur in laudē, & gloriā, & honorē, in reuelationē Jesu Christi dn̄i nostri. Grad. Exaltent eū in ecclesia plebis, & in cathedra seniorū laudent eum. ℣. Confiteantur dn̄o misericordie eius, & mirabilia eius filiis hominum. Si festum Cathedre venerit ante Septuagesimam, post Graduale, statim dicitur Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, Alleluia. Si autem venerit post Septuagesimam, omisso Alleluia & versu, dicit sequens Tractus. Tu es Petrus, & sup hāc petrā edificabo ecclesiā meā. ℣. Et porte inferi nō preualebunt aduersus eā: & tibi dabo claues regni celorum. ℣. Quodcunq; ligaueris super terrā, erit ligatū & in celis. ℣. Et quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in celis. Sequentia sancti euangelii secūdum Mattheū.



IN illo tempore. Uenit Jesus in partes Cesaree Philippi: & interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt ca. 16

dicūt homines esse filium homi-
nis? At illi dixerunt. Alij Joan-
nem Baptistā: alij autem Eliā:
alij vero Hieremiā: aut vnū ex
prophetis. Dicit illis Jesus.
Vos autem quē me esse dicitis?
Respondens Simon Petrus
dixit. Tu es Christus filius dei
viui. Respondens autem Je-
sus dixit ei. Beatus es Simon
Bar Jona: quia caro et sanguis
non reuelauit tibi, sed pater me-
us qui in celis est. Et ego dico
tibi quia tu es Petrus: et super
hāc petrā edificabo ecclesiā me-
am: et porte inferi non preuale-
bunt aduersus eam. Et tibi da-
bo claues regni celorū. Et quod
cunqz ligaueris super terrā, erit
ligatum et in celis. Et, quodcun-
qz solueris super terrā, erit so-
lutū et in celis. Credo. Offer.
Tu es Petrus, et super hanc pe
tram edificabo ecclesiam meam:
et porte inferi non preualebunt
aduersus eam: et tibi dabo cla-
ues regni celorum. Secreta.
Ecclesie tue, quesumus do
mine, preces et hostias bea
ti apostoli tui Petri cōmendet
orō: vt, qđ p illius gloria celebra
mus, nobis prosit ad veniā. Per.
Pro sancto Paulo. Secreta.
Apostoli tui Pauli precibus
domine, plebis tue dona
sanctifica: vt, que tibi tuo grata
sunt instituto, gratiora fiant pa-
trocinio supplicantis.
Pro comme. S. Prisce. Secre.
Hostia, quesumus domine,
quam in sanctorum tuorū
natalitijs recēsentes offerimus,
et vincula nostre prauitatis absol
uat, et tue nobis misericordie do
na conciliet. Per do. Prefatio
de apostolis. Comu. Tu es Pe
trus: et super hanc petrā edifica
bo ecclesiam meā. Postcomu.
Letificet nos dn̄e munus
oblatū: vt sicut in aposto-
lo tuo Petro te mirabilē predi-
camus, sic per illū tue sumamus
indulgentie largitatē. Per dn̄m.
Pro sancto Paulo. Postcom.
Sanctificati dn̄e salutari
mysterio, quesumus: vt p
nobis eius nō desit oratio, cuius
nos donasti patrocinio guberna
ri. Per. Pro commemo. San
cte Prisce. Postcommunio.
Quesumus, domine, saluta-
ribus repleti mysterijs: vt
cuius sollemnia celebramus, eius
orationibus adiuuemur. Per.
¶ Sanctorum martyrum Ma-
rij, Marthe, Audifacis, et
Abacum. Introitus. Die. 19
Justi epulentur, et exul-
tent in conspectu dei,
et delectentur in leti-
tia. psal. Exurgat de-
us, et dissipentur inimici eius: et
fugiant, qui oderunt eū, a facie
eius. V. Gloria patri. Oratio.
Exaudi dn̄e populum tuū,
cum sanctorum martyrū
tuorū patrocinio supplicātē: vt,
et temporalis vite nobis tribuas
pace gaudere, et eterne reperire
subsidium. Per d. Epistola. Re
memoramini pristinos dies. De
communi pluri. marty. fo. 243.
Iusto-

Iustorum animę in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitię. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autē sunt in pace. Alleluia, alleluia. ℣. Mirabilis deus noster in sanctis suis. Alleluia. Si hoc festū venerit post Septuagesimā, dicitur Tractus de cōi. Quod & seruat in sequentibus festis veniētibus post Septuag. vsq; ad Dominicā Palmarū: nisi proprius Tractus assignetur. Euangelium. Sedente Jesu super montē oliueti. de eodē cōmuni. fo. 243. Offertor. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Secreta.

Preces domine tuorum respice, oblationesque fidelium: vt, & tibi grata sint pro tuorū festiuitate sanctorum, & nobis conferant tuę propitiationis auxilium. Per dn̄m no. Cōmunio. Dico autē vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. Postcomunio.

Sanctorum tuorum domine intercessione placatus, presta quęsumus: vt, quę tēporali celebramus actione, perpetua saluatione capiamus. Per dn̄m.

die. 20 ¶ In festo sanctorum martyrū Fabiani & Sebastiani. Introit⁹.



Intret in cōspectu tuo dn̄e gemitus cōpeditorū: redde vicinis nostris septuplū in sinu eorū: vindica sanguinem sanctorū tuorum: qui effusus est. Psalm. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctū tuū posuerunt Hierusalem in pomorum custodiā. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Infirmitatem nostrā respice omnipotens deus: & q2 pondus proprię actionis grauat: beatorum martyrum tuorū Fabiani & Sebastiani itercessio gloriosa nos protegat. Per dn̄m. Episto. Sancti per fidem. de cōi plurimorū marty. folio 244. Gradu. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confrēgit inimicos. Alleluia, alleluia. ℣. Sācti tui domine benedicēt te: gloriā regni tui dicent. Allia. Euang. Descendēs Jesus de mōte. de eodē cōmunij fo. 242. Offertorium. Letamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hostias tibi, domine, beatorū martyrū tuorū Fabiani & Sebastiani dicatas meritis benignus assume: & ad ppetuū nobis tribue prouenire subsidiū. Per dn̄m. Cōio. Multitudo languentium, & qui vexabantur a spiritibus immundis, veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, & sanabat oēs. Postcōm.

Refecti participatione muneris sacri, q̄sumus, domine deus noster: vt, quorum exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum nostrum.

In fe-

¶ In festo sancte Agnetis virginis et martyris. Introitus.

die. 21



Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua domine intellexi: omnis consummationis vidi finẽ: latum mandatũ tuuz nimis. ps. Beati immaculati in via, q ambulant in lege domini. ℣. Gloria. Oro.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia queqz confundas: concede propitius: vt, qui beate Agnetis virginis et martyris tue sollemnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per do. Epistola. Confitebor tibi domine rex. de communi virginum et martyrum. fo. 250. Gradua.

Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternũ. ℣. Propter veritatem, et mãsuetudinẽ, et iustitiã: et deducet te mirabiliter dextera tua.

Alleluia, alleluia. ℣. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media aũt nocte clamor factus est: ecce, spõsus venit: exite obuiam Christo domino. Alleluia. Euangeliuz. Simile est regnũ celorũ decez virginibus. de eodem cõmu. fo. 250. Offer.

Afferentur regi virgines post ea: proxime eius afferẽtur tibi in letitia, et exultatione: adducẽtur in templum regi domino. Secr.

Hostias dñe, quas tibi offerimus, propitius suscipe: et intercedẽte beata Agnete virgine et martyre tua, vincula peccatorũ nostrorũ absolue. Per do. Cõmu. Quinqz prudẽtes virgines acceperunt oleuz in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: ecce, sponsus venit: exite obuiaz Christo domino. Postcommu.

Refecti cibo potuqz celesti, deus noster, te supplices exoramus: vt, in cuius hec cõmemoratione percepimus, ei⁹ muniamur et precibus. Per dñm.

¶ In festo sanctorum martyrũ Vincentij, et Anastasij. Missa. Die. 22

Intret in cõspectu tuo. de cõi plurimo. mart. fo. 241. excepta oratione que dr vt infra. Oro.

Adesto, qs dñe, supplicationibus nostris: vt, qui ex iniquitate nr̃a reos nos esse cognoscimus, beatorũ martyrum tuorum Vincentij et Anastasij intercessione liberemur. Per. Secr.

Muneribus nostris, quesumus domine, precibusque susceptis: et celestibus nos mũda mysterijs, et clementer exaudi. Per dominum. Postcommu.

Quesumus omnipotens deus: vt, qui celestia alimenta percepim⁹, intercedẽtibus beatis martyribus tuis Vincentio et Anastasio, p hec cõtra omnia aduersa muniamur. Per dñm.

¶ Sancte Emerentiane virginis et martyris, dr missa Me expectauerũt peccatores. vt in cõmuni virginum et mart. fo. 250. Die. 23

¶ Sancti Timothei episcopi et martyris. Introitus. Die. 24

STatuit ei dominus te stamentuz pacis, ꝛ prin cipem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternuz. psal. Memento domine David, ꝛ omnis mansuetu dinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

INfirmitatem nostram re spice omnipotens deus: ꝛ quia pondus proprie actionis grauat, beati Timothei marty ris tui atq; pōtificis intercessio gloriosa nos protegat. Per do.


Lectio epistole beati Pauli apo stoli ad Timotheum.

1.ca.6 CHarissimi: Sectare iusti tiam, pietatem, fidem, chari tatez, patientiaz, mansuetudinē. Certa bonuz certamen fidei, ap prehēde vitaz eternā, in qua vo catus es, ꝛ cōfessus bonā cōfessio nez corā multis testibus. Preci pio tibi corā deo, q viuificat om nia: ꝛ Christo Jesu, q testimoniū reddidit sub Pontio Pilato bo nā confessionē, vt serues manda tum sine macula, irreprehensibi le vsque in aduentuz domini no stri Jesu Christi. Quez suis tem poribus ostendet beatus ꝛ solus potens, rex regū ꝛ dominus do minantium: qui solus habet im mortalitatem, ꝛ lucē habitat in accessibilem: quem nullus homi nuz vidit, sed nec videre potest: cui honor ꝛ imperium sempiter nuz. Amen. Graduale. Inue ni David seruuz meum, oleo san cto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei: ꝛ brachium meum confortabit eum. ℣. Ni hil proficiet inimicus in eo: ꝛ fi lius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Sa cerdos in eternū secunduz ordi nez Melchisedech, Allia. Si di cendus sit tractus, requiratur in cōmuni vnius marty. pon. De siderium anime. fo. 236. Euā. Si quis venit ad me. de cōmuni v nius mart. pont. fo. 236. Offer. Ueritas mea, ꝛ misericordia mea cum ipso: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

HOstias tibi domine beati Timothei martyris tui atque pontificis dicatas meri tis benignus assume: ꝛ ad perpe tuū nobis tribue prouenire sub sidium. Per dominum nostruz. Communio. Semel iuraui in sancto meo: semen eius in eter num manebit: ꝛ sedes eius, sicut sol in conspectu meo, ꝛ sicut lu na perfecta, in eternum: ꝛ testis in celo fidelis. Postcommunio.

REfecti participatione mu neris sacri, quesumus, do mine de⁹ noster: vt beati Timo thei martyris tui atque pontifi cis, cuius exequimur cultuz, sen tiamus effectuz. Per dominuz.

¶ In Cōuersione sancti Pauli apostoli Introitus Die 25



SCio, cui credi di, ꝛ certus suz, quia potens est depositum me um seruare in il lum diez, iustus iudex. psal. Do mine probasti me, ꝛ cognouisti me:

me: tu cognouisti sessionem me-
am, & resurrectionem meam. ℣.
Gloria patri & filio, &c. Oratio.

DEus, qui vniuersum mun-
dum beati Pauli Apostoli
prędicatione docuisti: da nobis,
quęsumus: vt, q eius hodie con-
uersionem colimus, per eius ad
te exempla gradiamur. Per
dominum nostrum Jesum Chri.

Et fit commemoratio de san-
cto Petro. Oratio.

DEus, qui beato Petro a-
postolo tuo, collatis clau-
bus regni cęlestis, animas ligan-
di, atq; soluendi pontificium tra-
didisti: cōcede: vt intercessionis
eius auxilio, à peccatorū nostro-
rum nexibus liberemur. Qui vi-
uis & regnas cum deo patre.

Lectio Actuum apostolorum.

ca.9 IN dieb⁹ illis: Saulus ad-
huc spirans minarū & cędis
in discipulos domini, accessit ad
principem sacerdotum, & petijt
ab eo epistolas in Damascum ad
synagogas: vt, si quos inuenisset
huius vię viros ac mulieres, vin
ctos perduceret in Hierusalem.
Et cum iter faceret, contigit vt
appropiquaret Damasco, & subi
to circunfulsit eū lux de cęlo: &
cadens in terrā, audiuit vocē di-
centē sibi. Saule, Saule, quid me
persequeris? Qui dixit. Quis es
dñe? Et ille. Ego sum Jesus, quē
tu persequeris. Durū est tibi cō-
tra stimulum calcitrare. Et tre-
mens ac stupens, dixit. Dñe quid
me vis facere? Et dominus ad
eū. Surge, & ingredere ciuitatē:
& dicetur tibi quid te oporteat
facere. Viri autē illi qui comita-
bantur cum eo, stabāt stupefacti,
audientes quidem vocem, nemi-
nem autem videntes. Surrexit
autem Saulus de terra, apertis-
que oculis nihil videbat. Ad ma
nus autem illum trahentes, in-
troduxerunt Damascū. Et erat
ibi tribus diebus non videns: &
non manducauit, neque bibit.
Erat autē quidā discipulus Da-
masci, nomine Ananias: & dixit
ad illum in visu dñs. Anania. At
ille ait. Ecce ego, domine. Et do
minus ad illum. Surge, & vade
in vicum qui vocatur Rectus: &
quęre in domo Judę Saulum no
mine Tharsensem. Ecce enim
orat. (Et vidit virum Ananiam
nomine, introeuntem, & imponen
tem sibi manus, vt visum reci-
piat.) Respōdit autē Ananias.
Domine, audiui à multis de vi-
ro hoc quanta mala sanctis tuis
fecerit in Hierusalem. Et hic ha
bet potestatem à principibus sa-
cerdotū, alligandi oēs, qui inuo
cant nomen tuum. Dixit autem
ad eum dominus. Vade, quoniā
vas electiōis mihi est iste, vt por-
tet nomen meū coram gētibus,
& regibus, & filijs Israel. Ego
enim ostendam illi, quanta opor-
teat eum pro nomine meo pati.
Et abijt Ananias, & introiuit in
domū: & imponens ei manus, di-
xit. Saule frater, dñs Jesus mi-
sit me, qui apparuit tibi in via,
qua veniebas: vt videas, & im
plearis spiritu sancto. Et confe

stim

stim ceciderunt ab oculis eius tanquã squamę: & visũ recepit. Et surgens baptizatus est. Et cũ accepisset cibũ, confortatus est. Fuit autem cũ discipulis qui erant Damasci, per dies aliquot. Et cõtinuo ingressus in synagogas, prędicabat Jesum: quoniã hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui eũ audiebant, & dicebant. Nonne hic est, qui expugnabat in Hierusalẽ eos, qui inuocabant nomen istud? & huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autẽ multo magis conualescebat, & confundebat Judeos qui habitabant Damasci, affirmans quoniã hic est Christus. Gradual. Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est & mihi inter gentes: & cognouerunt gratiam dei, quę data est mihi. ℣. Gratia dei in me vacua non fuit: sed gratia eius semper in me manet. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es vas electionis, sancte Paule apostole: ora pro nobis. Alleluia. Tractus sequẽs dicitur: si hoc festũ venerit post Dominicam Septuagesimę.

Tu es vas electionis sancte Paule apostole: vere digne es glorificandus. ℣. Prędicator veritatis, & doctor gentiũ in fide, & veritate. ℣. Per te omnes gentes cognouerunt gratiam dei. ℣. Intercede pro nobis ad deum, qui te elegit.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.



In illo tẽpore: Dixit Simon Petrus ad Jesũ. Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut vxorẽ, aut filios, aut agros, propter nomẽ meũ: centuplũ accipiet, & vitã ęternã possidebit. dicitur Credo. Offert. Mihi autẽ nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorũ. Sec. Apostoli tui Pauli precib⁹, domine, plebis tuę dona sanctifica: vt, quę tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis. Per do. C. 19.

Pro sancto Petro. Secreta.

Ecclesię tuę, quęsumus domine, preces & hostias beati apostoli tui Petri commẽdet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per d. Prefatio de aplis. Cõio. Amen dico vobis: quod vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam ęternam possidebitis.

Postcommunio.

SAnctificati domine salutari mysterio, quesumus: vt pro nobis eius non desit oratio, cuius nos donasti patrocinio gubernari. Per dominum nostrū.

Pro sancto Petro Postcom.

LAetificet nos domine munus oblatū: vt, sicut in apostolo tuo Petro, te mirabilē predicamus: sic per illum, tue sumamus indulgentie largitatē. per.

¶ Sancti Polycarpi episcopi ꝛ mart. Introit.

die. 26



SAcerdotes dei benedicite dominuz: sancti ꝛ humiles corde laudate deum. psal. Benedicite omnia opera dñi dño: laudate, ꝛ superexaltate eum in secula. ℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oratio.

DEus, qui nos beati Polycarpi martyris tui atqꝫ pōtificis, annua sollemnitate letificas: concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiusdē etiā protectione gaudeamus. Per.

Lectio epistole btī Joānis apli.

1. c. 3. CHarissimi: Omnis qui nō est iustus, non est ex deo, ꝛ qui non diligit fratrem suum. Quoniam hec est annunciatio, quam audistis ab initio: vt diligatis alterutrū. Nō sicut Cain qui ex maligno erat: ꝛ occidit fratrem suuz. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius, iusta. Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniā translati sumus de morte ad vitā: quoniā diligimus fratres. Qui nō diligit: manet ī morte. Omnis qui odit fratrē suū: homicida est. Et scitis, quoniā omnis homicida non habet vitā eternā in se manentem. In hoc cognouimus charitatez dei: quoniam ille animā suaz pro nobis posuit: ꝛ nos debemus ꝑ fratribus animas ponere. Gradua. Gloria ꝛ honore coronasti eū. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum dñe. Alleluia, alleluia. ℣. Hic est sacerdos, quē coronauit dñs, allia. Tractus si dicendus sit, de communi. Beatus vir. folio 238. Euangel. Si quis vult venire post me. de coi vnius martyris pontifi. folio 237. Offertoriuz. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eū: manus eniz mea auxiliabit ei: ꝛ brachiū meuz confortabit eum. Secre.

MUnera tibi domine dicata sanctifica: ꝛ intercedente beato Polycarpo martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intēde. Per dominuz. Cōmunio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcommunio.

HAec nos communio dñe, purget a crimine: ꝛ, intercedente beato Polycarpo martyre tuo atqꝫ pontifice, celestis remedij faciat esse consortes. Per.

¶ In festo sancti Joānis Chrysostomi epi ꝛ cōfessoris. Introi.

die. 27. In medio eccle-sie aperuit os eius, et impleuit eũ dominus spi ritu sapientie et intellectus: stolã glorie induit eum. psal. Bonum est confiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, et. Oratio.

Ecclesiam tuaz, quesumus domine, gratia celestis amplificet: quam beati Joannis Chrysostomi cõfessoris tui atqz pontificis, illustrare voluisti gloriosis meritis, et doctrinis. Per dom. Episto. Testificor. de cõi doctorum. folio 247. Gradua. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Nõ est inuentus similis illi, qui conseruaret legez excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationẽ: qm̃ cum probatus fuerit, accipiet coronam vite. alleluia. Post Septuagesimam, Tractus. Beatus vir, qui timet dñm. de cõi doct. fo. 247. Euang. Uos estis sal terre. de codez communi. folio 247. Offerto. Iustus, vt palma, florebit: sicut cedrus, que in Libano est, multiplicabitur. Secreta.

Sancti pontificis tui Joannis Chrysostomi nobis domine pia non desit oratio: que et munera nostra conciliet, et tuam nobis indulgentiaz semper obtineat. Per dominũ. Comunio. Fidelis seruus et prudens, quẽ constituit dominus super familiam suaz: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõmun.

Ut nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus Joannes Chrysostomus pontifex tuus, et doctor egregius, q̃s, precator accedat. Per dominũ.

¶ Sancte Agnetis secundo. die. 28.

Introitus.

Ultum tuuz deprecabunt omnes diuites plebis, adducentur regi virgines post eam: proxime eius adducentur tibi in letitia, et exultatione. psal. Eructauit cor meuz verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Oratio.

Deus, qui nos annua beate Agnetis virginis et martyris tue sollemnitate letificas: da, quesumus: vt, quam veneramur officio, etiam pie conuersationis sequamur exẽplo. Per d. Epist. Qui gloriatur. de communi virginũ. fol. 251. Graduale. Specie tua et pulchritudine tua: intende, prosperẽ procede, et regna. ℣. Propter veritatem, et mansuetudinẽ, et iustitiã: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Adducent regi virgines post eaz: proxime eius afferent tibi in letitia. allã. Post septuagesimam Tractus. Audi filia. de cõi virgi. fol. 251. Euang. Simile est regnũ celorũ thesauro abscondito in agro. de eodem cõi. fol. 251. Offert.

D iffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternũ, ꝛ in seculũ seculi. Secre.

S Uper has, quesumus domine, hostias benedictio copiosa descendat: que ꝛ sanctificationem nobis clementer operetur: ꝛ de martyrum nos sollẽnitate letificet. Per dominum. Cõmunio. S imile est regnum celorũ homini negotiatori querenti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita, dedit oĩa sua, ꝛ cõparauit eã. Postcõ.

S Umpsimus domine celebritatis annue votiua sacramenta: presta quesumus: vt ꝛ temporalis vite nobis remedia prebeant, ꝛ eterne. Per domin.

¶ Festa Februarij.

dic. 1. ¶ In festo sancti Ignatij episcopi ꝛ martyris. Introitus.



M Ihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Jesu Christi: ꝑ quez mihi mundus crucifixus est, ꝛ ego mũdo. psal. Memento domine Dauid, ꝛ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria pa. Orō.

D Eus, qui nos beati Ignatij martyris tui atqz pontificis annua sollẽnitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiaz ꝓtectione gaudeamus. Per d.

ca. 8. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos.

F Ratres: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, estimati sum⁹ sicut oues occisionis.) Sed ĩ his omnibus superámus ꝑꝑ euz qui dilexit nos. Certus suz enim, qꝛ neqz mors, neqz vita, neqz angeli, neqz principatus, neque virtutes, neqz instantia, neqz futura, neqz fortitudo, neque altitudo, neqz profundum, neqz creatura alia póterit nos separare à charitate dei, que est in Christo Jesu domino nostro. Gradu. E cce sacerdos magnus, qui in diebus suis plácuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legez excelsi. A lleluia, allia. ℣. Christo confixus sum cruci: viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus. Alleluia.

Post septuagesimam Tractus. D esiderium anime eius. vt in cõi mar. pont. fol. 236. Euang. N isi granũ. de cõi mar. fo. 239. Offert. G loria, ꝛ honore coronasti eũ: ꝛ constituisti eum super opera manuũ tuarũ dñe. Secr.

M Unera tibi domine dicata sanctifica: ꝛ intercedente beato Ignatio martyre tuo atque pontifice, per eadez nos placatus intende. Per dominum nostrum. Cõmunio. F rumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar. Postcõmunio.

H Aec nos communio domine

ne purgat a crimine: et intercedẽte beato Ignatio martyre tuo atq; pontifice, celestis remedij faciat esse consortes. Per domin.

die. 2. ¶ In festo Purificationis beate Marie. (Si hoc festum venerit in dominicis Septuagesime, Sexagesime, et Quinquagesime, fiat tantum candelarum benedictio, distributio, et processio. et dicitur missa de dominica: Missa vero festi transfertur in sequentem diem.) Finita tertia, Sacerdos indutus pluuiali violaceo, vel sine casula, cũ ministris indutis procedit ad benedicendũ cãdelas in medio ante altare positas, dicendo. Dominus vo. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine sancte, pater omnipotens, eterne deus, qui omnia ex nihilo creasti: et iussũ tuo per opera apum, hunc liquorem ad perfectionem cerei euenire fecisti: et q hodierna die petitionem iusti Simeonis implesti: te humiliter deprecamur: vt has candelas ad vsus hominum, et sanitatem corporum, et animarum, siue in terra, siue in aquis, per inuocationem tui sanctissimi nominis, et per intercessionem beate Marie semper virginis, cuius hodie festa deuote celebrantur: et per preces omnium sanctorum tuorum, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare digneris: et huius plebis tue, que illas honorifice in manibus desiderat portare, teq; cantando laudare, exaudias voces de celo sancto tuo, et de sede maiestatis tue: et propitius sis omnibus clamantibus ad te: quos redemisti precioso sanguine filij tui. Qui tecum viuit et regnat in vni. ℟. Amẽ. Oremus. Oro.

Omnipotẽs sempiterne deus, q hodierna die vnigenitum tuum vlnis sancti Simeonis in tẽplo sancto tuo suscipiendum presentasti: tuam supplices deprecamur clementiã: vt has candelas, quas nos tui famuli, in tui nominis magnificentia suscipiẽtes, gestare cupimus luce accensas: bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare, atq; lumine superne benedictionis accendere digneris: quatenus eas tibi domino deo nostro offerendo, digni, et sancto igne dulcissime charitatis tue succensi, in templo sancto glorie tue representari mereamur. Per eũdem do. no. ℟. Amẽ. Oremus.

Domine Iesu Christe, lux vera, qui illuminas omnem hominem venientẽ in hunc mundum: effundere bene ✠ dictionẽ tuam super hos cereos: et sancti ✠ fica eos lumine gratie tue: et concede propitius: vt sicut hec luminaria igne visibili accẽsa, nocturnas depellunt tenebras: ita corda nostra inuisibili igne, idest, sancti spiritus splẽdore, illustrata, omnium vitiorum cecitate careãt: vt purgato mentis oculo, ea cernere possimus, que tibi sunt placita, et nostre saluti sunt vtilia: quatenus post huius seculi caliginosa discrimina, ad lucem indeficientem peruenire me-

reamur: Per te Christe Jesu saluator mũdi, qui in Trinitate perfecta viuis ꝛ regnas, deus p oĩa scl'a seculoꝝ. ℟. Amé. Orem⁹.

Omnipotés sempiterne deus, qui per Moysen famulum tuum, purissimuz olei liquorez, ad luminaria ante conspectũ tuum iugiter cõcinnanda pręparari iussisti: bene ✠ dictionis tuę gratiá sup hos cereos benignus infũde: quatenus sic administrét lumen exterius, vt te donáte, lumen spũs tui, nr̃is nõ desit mentibus interius. Per dñm. in vnit. eiusdez. ℟. Amen. Oremus.

Domine Jesu Christe: qui hodierna die in nostrę carnis substantia inter homines apparens, a parentibus in temploes pręsentatus: quem Simeon venerabilis senex, lumine spiritus tui irradiatus, agnouit, suscépit, ꝛ benedixit: pręsta propiti⁹: vt, eiusdez spiritus sancti gratia illuminati, atque edocti, te veraciter agnoscamus, ꝛ fideliter diligamus: Qui cum deo patre in vnitate eius. spir. ꝛc. ℟. Amen.

¶ Completa benedictione, celebrans aspergit candelas aqua bñdicta, ꝛ adolet incẽso: deinde dignioꝛ ex clero accedit ad altare, ꝛ ab eo celebrans accipit candelá accensam non genuflectés, nec osculás manũ illius. Postea celebrás distribuit candelas accẽsas: primũ digniori á quo ipse acceperat: deinde Diacono ꝛ Subdiacono paratis, ꝛ alijs per ordiné: omnibus genuflectentibus, ꝛ manũ celebrãtis osculantibus, exceptis plátis, vbi aderũt. Et cum inceperit distribuere, á choro cantatur Antiphona.

Lumen ad reuelationem gentium: ꝛ gloriá plebis tuę Jsrael. Canticum. Nunc dimittis. Jta quod post quemlibet versuz Cantici, ꝛ post Gloria pa. ꝛ Sicut erat. repetatur tota añа. His expletis cantatur Antiph.

Exurge domine, adiuua nos: ꝛ libera nos, pꝑter nomẽ tuũ. psal. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spi. Jtem repetitur Exurge domine. Deinde dicat sacerdos. Oremus. Et diaconus. Flectamus genua. ℟. Leuate: si tamen intra Septuagesimam euenerit. Oratio.

Exaudi, quęsumus domine, plebem tuam: ꝛ quę extrinsecus annua tribuis deuotione venerari, interius assequi gratię tuę luce concede. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amé. Deinde fit processio: ꝛ cãtantur antiphonę sequẽtes. Antiphona.

Adorna thalamum tuum Siõ, ꝛ suscipe regem Christum: amplectere Mariam, quę est cęlestis porta: ipsa enim portat regẽ glorię noui luminis: subsistit virgo, adducens manibus filium, ante Luciferum genituz: quem accipiés Simeõ in vlnas suas, pꝛdicauit pplis, dñm eũ esse vitę ꝛ mortis, ꝛ saluatoré mundi. Alia aña.

℟. Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum domini: & cum inducerent puerum in templum, accepit eum in vlnas suas: & benedixit deum, & dixit, Nūc dimittis seruuz tuuz domine in pace. ℣. Cum inducerent puerum Jesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: ipse accepit eum in vlnas suas. Et ingrediendo ecclesiam, cantatur. ℟. Obtulerunt pro eo, domino par turturum: aut duos pullos columbaruz. Sicut scriptuz est in lege domini. ℣. Postquā impleti sunt dies purgationis Marię, secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalez: vt sisterent eum domino. Sicut scriptum. ℣. Gloria patri, & fil.

Die. 2. ¶ In die Purificationis ad missam. Introitus.

Suscepimus deus misericordiam tuam, in medio templi tui: secundum nomen tuum deus, ita & laus tua in fines terrę: iustitia plena est dextera tua. psal. Magnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nři, in mōte sācto eius. ℣. Glia. Oro.

Omnipotēs sempiterne deus, maiestatē tuam supplices exoramus, vt, sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cuz nostrę carnis substantia in templo est presentatus, ita nos facias purificatis tibi mētibus presentari. Per eundem dominuz.

Lectio Malachię prophetę. ca. 3.

Haec dicit dominus deus. Ecce, ego mitto angelum meum: & preparabit viā ante faciem meaz. Et statim veniet ad templum sanctuz suum dominator, quem vos queritis: & angelus testamenti, quez vos vultis. Ecce venit, dicit dominus exercituū. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eū? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonū. Et sedebit cōflans, & emundans argentuz: & purgabit filios Leui: & colabit eos quasi aurum, & quasi argentū & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium Juda & Hierusalem, sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Dicit dominus omnipotens. Graduale. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomē tuuz deus, ita & laus tua in fines terrę. ℣. Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. Alleluia, alľa. ℣. Senex puerū portabat: puer autem senem regebat. Alleluia. Sequens tractus dicitur, si hoc festum venerit post dominicaz Septuagesimę. Tractus. Nunc dimittis seruum tuū domine, secundum verbū tuum, in pace. ℣. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. ℣. Quod parasti ante faciē oium populorū. ℣. Lumē ad reuelationē gētiū, & gloriam plebis tuę Israel.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam. ca. 2



In illo tempore: Postquam impleti sunt dies purgatiõis Marię secunduz legez Moysi: tulérunt Jesuz in Hierusalez, vt sisterent eum dño, (sicut scriptũ est in lege dñi, Quia omne masculinuz adapériens vuluam, sanctũ dño vocabitur.) Et vt darent hostiam secundum quod dictuz est in lege domini, par túrturuz, aut duos pullos columbarum. Et ecce, homo erat in Hierusalez, cui nomen Simeon: & homo iste iustus & timoratus, expectás consolationé Israel: & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsuz accéperat à Spiritu sácto, nõ visurum se mortem, nisi prius vidéret Christuz Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cuz inducerent púerum Jesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinez legis pro eo: & ipse accepit euz in vlnas suas: & benedixit deum, & dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum, in pace. Quia viderunt óculi mei, salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentiũ, & gloriá plebis tuę Israel. dicitur Credo. Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternũ, & in seculum seculi. Secreta.

Exaudi domine preces nostras: & vt digna sint munera, quę oculis tuę maiestatis offérimus, subsidiuz nobis tuę maiestatis impende. Per dominũ. Prefatio. de Natiuitate dñi. Cõmu. Responsuz accepit Simeon à spiritu sancto, non visurum se mortez, nisi vidéret Christum domini. Postcommunio.

Quesumus domine deus noster: vt sacrosancta mysteria, quę pro reparationis nostrę munímine contulisti, intercedente beata Maria semper virgine, & presens nobis remediuz esse facias, & futurum. Per do.

¶ Sácti Blasij episcopi & martyris, Missa. Sacerdotes dei. vt in cõi vnius mar. põt fo. 237. die. 3

¶ In festo sanctę Agathę virginis & martyris. Introitus. die. 5



Gaudeam⁹ omnes in domino, diem festũ celebrátes, sub honore beatę Agathę martyris: de cuius passione gaudent angeli, & collaudant filium dei. psal's. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio, &c. Oratio.

Deus, qui inter cętera potétię tuę miracula, etiaz in sexu frágili victoriam martyrij cõtulisti: concede propitius: vt, qui beatę Agathę virginis & martyris

ris tue natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per d.

1.ca. 1 Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Videte vocationem vestram: quia nõ multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed que stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat fortia: et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit deus, et ea que nõ sunt, vt ea que sunt destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu: qui factus est nobis sapiẽtia, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio: vt, quemadmoduz scriptuz est, qui gloriatur, in domino glorietur.

Graduale. Adiuuabit eam deus vultu suo: deus in medio eius non commouebitur. ℣. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sãctificauit tabernaculũ suũ altissimus. Trac. Qui seminãt in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua. ℣. Veniẽtes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

ca. 19



Seq. sctĩ Euãge. sẽ Matth.

In illo tẽpore: Accesserunt ad Jesum Pharisei, tentantes euz, et dicentes. Si licet homini dimittere vxorem suã ex quacũqz causa? Qui respondens, ait eis. Non legistis: quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc, dimittet homo patrez et matrez, et adherebit vxori sue: et erunt duo in carne vna. Itaqz iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo nõ separet. Dicũt illi. Quid ergo Moyses mandauit dari libelluz repudij, et dimittere? Ait illis. Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis: quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mechatur: et qui dimissam duxerit, mechatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt verbum istud: sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: et sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum celorum. Qui potest capere, capiat. Offertoriuz. Afferẽtur regi virgines post eam: proxime eius afferẽtur tibi. Secre.

Suscipe domine munera, que in beate Agathe virginis et martyris tue sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per do. Cõio. Qui me dignatus est ab omni plaga curare, et mamillã meam

meam meo pectori restituere: ip
suz inuoco deuz viuuz. Postco.
Uarilientur nobis domine
sumpta mysteria: ⁊ inter-
cedente beata Agatha virgine
⁊ martyre tua sempiterna pro-
tectione confirment. Per dñm.
die. ¶ Sancte Dorothee virginis ⁊
6. martyris. Missa. Me expecta-
uerũt. vt in cõi vir. ⁊ mar. f. 254.
¶ Sancte Apollonie virginis
die. ⁊ martyris Missa. Loquebar
9. de testimonijs tuis. in commu-
ni virginis ⁊ martyris. fol. 249.
die. ¶ Sancti Ualentini presbyteri ⁊
14. mar. missa. In virtute tua dñe.
de cõi vnius mar. fol. 237. preter
orationez que dr̃ vt infra. Oõo.
Presta q̃sumus omnipotẽs
deus: vt, qui beati Ualẽtini
martyris tui natalitia colimus, à
cũctis malis iminẽtib⁹, eius inter
cessione liberemur. Per. Secr.
Oblatis, quesumus dñe, pla
cere muneribus: ⁊ interce-
dente beato Ualentino marty-
re tuo, à cunctis nos defende pe
riculis. Per dñm. Postcomu.
Sit nobis dñe reparatio
mentis ⁊ corporis celeste
mysterium: vt, cuius exequimur
actionẽ, sẽtiamus effecũ. Per d.
die. ¶ Sanctorum mart. Faustini ⁊
15. Iouite Missa. Salus autẽ Iu-
storũ. vt in cõi pluri. mar. f. 242.
die. ¶ Sancti Simeonis epi ⁊ mar-
18. tyris Missa. Statuit ei dñs.
de cõi vnius mar. pon. fol. 237.
die. ¶ In Cathedra Antiochena
22. sancti Petri apostoli, omnia di-
cuntur sicut in festo Cathedre
Romane. vt supra. folio [illegible]
¶ In Uigilia sancti Mathie, die.
Missa, Ego autem sicut oliua. 23.
in cõmuni Apostolorũ. fol. 236. vel
Si hec vigilia venerit in Qua- 24.
dragesima, fit de ea tantũ cõme.
¶ In festo sancti Mathie die.
apostoli. Introitus. 24.



Mihi aũt nimis vel
honorati sunt 25.
amici tui deus:
nimis conforta
tus est principa
tus eorũ. psal.
Domine ꝓba-
sti me, ⁊ cognouisti me: tu cogno
uisti sessionem meã ⁊ resurrectio
nem meaz. ℣. Gloria. Oratio.
Deus, qui beatuz Mathiã
apostolorum tuorum col-
legio sociasti: tribue, quesumus:
vt eius interuentione, tue circa
nos pietatis semper viscera sen
tiamus. Per dominum nostrũ.
Lectio Actuum apostolorum. ca. i.
In diebus illis: Exurgens
Petrus in medio fratruz,
dixit. (Erat autem turba homi-
num simul, ferè centuz viginti.)
Uiri fratres, oportet impleri scri
pturam, quaz predixit Spiritus
sanctus per os Dauid, de Iuda,
qui fuit dux eorum qui compre-
henderunt Iesuz: qui connume
ratus erat in nobis, ⁊ sortitus est
sortem ministerij huius. Et hic
quidem possẽdit agrum de mer-
cede iniquitatis: ⁊ suspensus cre
puit medius, ⁊ diffusa sunt om-
nia viscera eius. Et notum fa-
ctum est omnibus habitantibus

Hie-

Hierusalem: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorum Haceldema, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum. Fiat commoratio eius deserta: & non sit qui habitet in ea, & episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis vsque in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscũ fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos, Ioseph qui vocabatur Bársabas, qui cognominatus est iustus: & Mathiaz. Et orantes dixerunt. Tu domine qui nosti corda omniũ, ostende quez elégeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius & apostolat⁹, de quo preuaricatus est Iudas vt abiret in locum suum. Et dedérunt sortes eis: & cécidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis. Graduale. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: & super arénam multiplicabunt. Tractus. Desiderium animę eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniaz preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronã de lapide precioso.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.



In illo tempore respondẽs Iesus dixit. Cõfiteor tibi pater, dñe celi & terrę: qa abscondisti hęc à sapientibus & prudentibus: & reuelasti ea páruulis. Ita pater: quoniã sic plácitum fuit ante te. Omnia mihi trádita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neqz patrem quis nouit, nisi filius, & cui volúerit filius reuelare. Uenite ad me oẽs qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiã vos. Tollite iugũ meũ super vos: & díscite à me, quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis réquiẽ animabus vestris. Iugũ enim meũ suaue est: & on⁹ meũ leue. Dicit Credo in. Off. Cóstitues eos príncipes super omnem terram: memores erũt nominis tui dñe, in omni progenie & generatione. Secre. Hostias tibi domine, quas nomini tuo sacrandas offérim⁹, sancti Mathię prosequatur oratio: per quam nos expiari facias, & defendi. Per dominum nost. Prefatio de apostolis. Cõmu. Uos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus Israel. Postcõio. Presta, quęsumus omnipotens deus: vt per hęc sancta quę sumpsimus, interueniẽte beato Mathía apostolo tuo, veniã cõsequamur, & pacẽ. Per d.

Festa

¶ Festa Martij.

dic. 7. ¶ In festo sancti Thome de Aquino. Introitus.

In medio ecclesie aperuit os eius, et impleuit eum dominus spiritu sapientie, et intellectus: stolam glorie induit eum. psal. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, et filio, et. Oratio.

Deus, qui ecclesiam tuã beati Thome confessoris tui mira eruditione clarificas, et sancta operatione fecundas: da nobis, quesumus, et que docuit, intellectu cõspicere, et que egit, imitatione complere. Per domi.

Pro commemo. sanctaruz mart. Perpetue et Felicitatis. Orõ.

Da nobis, quesumus domine, sanctarum martyrum tuarum Perpetue et Felicitatis palmas incessabili veneratione venerari: vt, quas dignamente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per dominum nostruz.

Episto. Iustus cor suum tradidit. de cõmuni doctorũ. fo. 247. Gradua. Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabũtur gressus eius. Trac. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, et diuitie in domo ei⁹: et iustitia eius manet in seculum seculi. Euangelium. Vos estis sal terre. de eodem communi. folio 247. Credo. Offertoriũ. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, que in Libano est, multiplicabitur. Secreta.

Sancti Thome confessoris tui atq; doctoris nobis domine pia non desit oratio: que et munera nostra conciliet, et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominum nostrum.

Pro cõmemo. sanctarum mart. Perpetue et Felicitatis. Secre.

Intẽde quesumus dñe munera, altaribus tuis pro sanctarum martyrum tuaruz Perpetue et Felicitatis festiuitate ꝓposita: vt, sicut per hec beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum. Communio. Fidelis seruus, et prudẽs: quez constituit dominus super familiam suaz: vt det illis in tempore tritici mensurã. Postcõmunio.

Et nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus Thomas confessor tuus, et doctor egregius, quesumus, precator accedat. Per dominuz nost.

Pro cõme. sanctarum martyrũ Perpetue et Felicitatis. Postc.

Presta nobis, quesumus domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Perpetua et Felicitate: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum nostrum Iesuz.

¶ In festo sanctorum Quadraginta martyrum. Introitus.

die. 9.


Clamauerunt iusti, & dñs exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. psal's. Benedicam dñm in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria. Oratio.

Presta, quesumus omnipotens deus: vt, qui gloriosos martyres, fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per do. Epist. Sancti p fidem. de cõi pluri. mar. fo. 244. Gradual. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbã, barbã Aaron. Tractus. Qui seminant in lacrymis: in gaudio metẽt. ℣. Euntes ibãt, & flebant: mittentes semina sua. ℣. Uenientes autẽ venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Euangel. Descendẽs Jesus de monte. de eodem cõi. fo. 242. Offer. Letamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Sacrificijs presentibus, q̃s domine, intende placatus: vt, intercedentibus sanctis martyribus tuis, & deuotioni nostre proficiant, & saluti. Per dominũ nostrum Jesum. Communio. Quicunque fecerit voluntatez patris mei, q in celis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit dominus. Postcommunio.

Quesumus, omnipotẽs deus: vt illius salutaris capiamus effectum: cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per.

In festo sancti Gregorij Pape & cõfessoris, doctoris ecclesie. Introitus. die. 21.


Sacerdotes dei benedicite dominum: sancti & humiles corde laudate deum. psal's. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & superexaltate euz in secula. ℣. Gloria patri, & filio, &. Oratio.

Deus, qui anime famuli tui Gregorij, eterne beatitudinis premia contulisti: concede propitius: vt, qui peccatoruz nostrorũ pondere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per dominũ nostrum. Epistola. Testificor coram deo. de communi doctorum. fo. 247. Gra. Iurauit dominus, & non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum, secundum ordinem Melchisedec. ℣. Dixit dominus domino meo: sede à dextris meis. Tractus. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria, & diuitie in domo eius: & iustitia eius manet in seculuz seculi. Euang. Uos estis sal terre. de eodẽ cõi. fol. 247. dicit Credo. Offert. Ueritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secret.

Annue

Annue nobis, quesumus domine: vt, intercessione beati Gregorij hec nobis psit oblatio, quaz immolando totius mūdi tribuisti relaxari delicta. Per. Coio. Fidelis seruus & prudēs, quē constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tēpore tritici mensuram. Postcoio. Deus, qui beatum Gregorium pontificem tuuz, sanctorum tuorum meritis coequasti: concede propitius: vt, qui cōmemorationis eius festa recolimus, vite quoque imitemur exēpla. Per dominum nostruz Je.

die. 19. ¶ In festo sancti Joseph confessoris. Introitus.



Justus, vt palma florebit: sicut cedrus libani, multiplicabitur: plantatus in domo domini, in atrijs domus dei nostri. psalmus. Bonuz est confiteri domino: & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui san. Oratio. Sanctissime genitricis tue sponsi, quesumus domine, meritis adiuuemur: vt, qd possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donet. Qui viuis & regnas. Epistola. Dilectus deo. de communi Abba. fo. 249. Grad. Domine preuenisti euz in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronaz de lapide precioso. ℣. Vitam petijt a te, & tribuisti ei longitudinem dierum, in seculū seculi.

Tractus. Beatus vir, qui timet dn̄m: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorū benedicetur. ℣. Gloria & diuitie in domo eius: & iustitia eius manet i seculū seculi. Post pascha. Alla, alla. ℣. Amauit eū dn̄s, & ornauit eū: stolā glorie iduit eū. Alleluia. ℣. Justus germinabit sicut lilium: & florebit in eternuz ante dn̄m. Alleluia. Euangeliū. Cū esset desponsata. vt in vig. Natiuitatis dn̄i. fol. 10. Offerto. Ueritas mea & misericordia mea cū ipso: & i nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre. Debitū tibi dn̄e nostre reddimus seruitutis, suppliciter exorātes: vt, suffragijs beati Joseph spōsi genitricis filij tui Jesu Christi dn̄i nostri, in nobis tua munera tuearis: ob cuius venerandā festiuitatē, laudis tibi hostias immolamus. Per. Coio. Joseph fili Dauid, noli timere accipere Mariā coniugē tuā: qd enim in ea natū est, de spū scō est. Postc. Adesto nobis, qs misericors deus: & intercedēte p nobis btō Joseph cfessore tuo, tua circa nos ppitiat⁹ dona custodi. p.

¶ In festo sancti Benedicti abbatis missa, Os iusti. de communi abbatum. fol. 249. die. 21. ¶ De festis duplicibus & semiduplicibus, que veniunt a dominica palmarum vsque ad octauam Pasche, nihil fit: sed post octauam celebrantur: & tunc in fine Introitus ante psalmuz dicuntur duo Alle-

Alleluia: in fine Offertorij, & Cõmunionis vnum Alleluia. Post epistolam non dicit Graduale, sed tantum Alleluia dicuntur cũ suis versibus. Et hoc idem obseruatur in oĩbus festis, quę celebrantur inter Pascha & Pẽtec.

¶ In festo Annunciationis beatę Marię virginis. Introitus.

Die. 25.



Vultum tuũ deprecabũtur omnes diuites plebis: adducẽtur regi virgines post eam: proximę eius adducentur tibi in lętitia, & exultatione. ps. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum, Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt, qui vere eam dei genitricem credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. p e.

Lectio Isaię prophetę.

ca. 7. In diebus illis. Locutus est dominus ad Achaz, dicens. Pete tibi signũ à dño deo tuo, in profundum inferni: siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petã, & non tentabo dñm. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nũquid parũ vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signum. Ecce, virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomẽ eius Emmanuel. Butyrum & mel cõmedet: vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Grad. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. ℣. Propter veritatẽ, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Tractus. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia cõcupiuit rex speciẽ tuã. ℣. Vultũ tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. ℣. Adducẽtur in lętitia & exultatione: adducentur in templum regis. Post pascha, dimissis graduali & tractu, dicit. Alleluia, alleluia. ℣. Aue Maria gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Alleluia. ℣. Virga Iesse floruit: virgo deum & hominem genuit: pacem deus reddidit, in se reconcilians ima summis, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



In illo tẽpore: Missus est angelus Gabriel à deo, in ciuitatem Galilęę, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomẽ virginis, Maria. Et ingressus angelus, ad eam dixit. Aue gratia plena: dñs cap. 1.


dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Que, cum audisset, turbata est in sermone ei⁹: ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce, concipies in vtero: ꝛ paries filium: ꝛ vocabis nomē eius Jesum. Hic erit magnus: ꝛ filius altissimi vocabitur: ꝛ dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius: ꝛ regnabit in domo Jacob in eternum: ꝛ regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: ꝛ virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, ꝛ quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: ꝛ ipsa concepit filiuꝫ in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbuꝫ. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundū verbum tuū. dicit Credo. Offertorium. Aue Maria gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: ꝛ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

In mentibus nostris, quesumus domine, vere fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine deum verum ꝛ hominem confitemur, per eiusdem salutifere resurrectionis potentiam, ad eternam mereamur peruenire letitiaꝫ. Per d. Prefatio. Et te in annunciatione. Cōio. Ecce, virgo concipiet, ꝛ pariet filium: ꝛ vocabitur nomē eius Emmanuel. Postcōio.

Gratiam tuā domine mentibus nostris infunde: vt, qui angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius ꝛ crucē, ad resurrectionis gloriaꝫ perducamur. Per eundem dominuꝫ.

¶ Festa Aprilis.

¶ In festo sancti Leonis pape ꝛ confessoris. Introitus.



Statuit ei dominus testamētum pacis: ꝛ principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ps. Memēto dñe Dauid, ꝛ oīs mansuetudinis eius. ℣. Gloria pa. die 11.

Exaudi, q̄s dñe, Oratio. preces nostras, quas in beati Leonis confessoris tui atque pōtificis sollēnitate deferimus: ꝛ, qui tibi digne meruit famulari, eius intercedētibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per dominū. Epistola. Ecce sacerdos magnus. de cōmuni confess. pont. fo. 245. Grad. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Nō est inuētus similis illi, q cōseruaret legē excelsi. Trac. Beat⁹ vir qui timet dñꝫ. de cōi cōfes. pōt. fo. 245. Post pascha. Alla, allā. ℣. Tu es sacerdos in eternū secundum

cundū ordinē Melchisedech. Alleluia. ℣. Hic est sacerdos, quem coronauit dominus, alleluia. Euangeliū. Venit Iesus in ptes Cesaree. vt supra in Cathe. fo. 182. Offertoriū. Inueni Dauid seruū meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. Secre.

SAncti Leonis confessoris tui atque pontificis, quesumus domine, annua sollemnitas pietati tue nos reddat acceptos: vt, per hec pie placationis officia, et illum beata retributio comitet, et nobis gratie tue dona conciliet. Per domi. Cōio. Beatus seruus, quem cum venerit dn̄s, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super oīa bona sua constituet eum. Postcō.

DEus fidelium remunerator animarū, presta: vt, beati Leonis cōfessoris tui atq; pōtificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiā cōsequamur. Per.

¶ Sanctorum martyrum Tyburtij, Ualeriani, et Maximi. Si venerint ante pascha, et voluerit quis de eis missā celebrare, omnia dicantur de communi plurimorum martyrū extra tempus paschale. Si autē venerint post pascha, dr̄ sequens missa. Quod et in similib9 seruat. Introitus.

SAncti tui domine benedicent te: gloriā regni tui dicent: alleluia, alleluia. Psal. Exaltabo te deus meus rex, et benedicam nomini tui in seculum, et in seculū seculi. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Oratio. Dic. 14

PResta, quesumus, omnipotens deus: vt, qui sanctorū martyrum tuorū Tyburtij, Ualeriani, et Maximi sollemnia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per do. Epistola. Sta būt iusti. de cōmart. tēpore paschali. fo. 239. Alleluia, allīa. ℣. Sācti tui dn̄e florebunt sicut liliū: et sicut odor balsami erūt ante te, Allīa. ℣. Preciosa in cōspectu dn̄i, mors sanctorū eius, alleluia. Euang. Ego sū vitis vera. de eodē comm. fo. 240. Offerto. Letamini in domino, et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. Secreta.

HAec hostia, quesumus domine, quam in sanctorum tuorū natalitijs recensentes offerimus, et vincula nostre prauitatis absoluat, et tue nobis misericordie dona conciliet. Per do. Cōmu. Gaudete iusti in domino, alleluia: rectos decet collautio, alleluia. Postcommunio.

SAcro munere satiati, supplices te domine deprecamur: vt, quod debite seruitutis celebramus officio, saluationis tue sentiamus augmentū. Per.

¶ Sācti Aniceti Pape et martyris. Missa de communi vnius martyris tempore paschali. cum oratione. Deus qui nos beati. fo. 239. et euāg. Amen amen dico vobis quia plorabitis. fo. 241. Die. 17

Die. 22 ¶ In festo sanctorum martyrũ & pontificuʒ Sotheris & Caij, Missa de cõi plurimorũ martyruʒ tẽpore paschali, cuʒ oratione. Beatorũ martyrũ tuorũ pariterqʒ põtificũ. fo. 240. & epist. Post hec ego Joãnes. fol. 241.

Die. 23 ¶ In festo sancti Georgij martyris. Introitus.



Protexisti me deus à conuẽtu malignãtium, alleluia: à multitudine operantiuʒ iniquitatem, alleluia alleluia. Psalmus. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici éripe animam meam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiri. Oratio. Deus, qui nos beati Georgij martyris tui méritis & intercessione letificas: concede propitius: vt, qui tua per euʒ beneficia póscimus, dono tuę gratię cõsequamur. Per dominuʒ. Episto. Memor esto. de communi vnius martyris extra tempus paschale. fo. 238. Alleluia, alleluia. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: et eniʒ veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia. ℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso, alleluia. Euangelium. Ego sum vitis vera. de communi tempore paschali. fo. 240. Offertoriuʒ. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: & veritatem tuam in ecclesia sanctorũ, all'ia, all'a. Secre. Munera domine oblata sanctifica: & intercedente beato Georgio martyre tuo, nos per hec à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominum no. Com. Letabitur iustus in domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia. Postcommunio. Supplices te rogamus omnipotens deus: vt, quos tuis reficis sacramentis, intercedente beato Georgio martyre tuo, tibi etiã plácitis móribus dignãter tribuas deseruire. Per.

¶ In festo sancti Marci euangeliste. Introitus. die. 25



Protexisti me deus à conuentu malignantium, alleluia: à multitudine operantium iniquitateʒ, alleluia, alleluia. Psal. Exaudi deus orationem meaʒ cum deprecor: à timore inimici éripe animã meam. ℣. Gloria patri, &. Oratio. Deus, qui beatum Marcũ euangelistam tuum, euangelice predicationis gratia sublimasti: tribue, quesum⁹: eius nos semper & eruditione proficere, & oratione defendi. Per dominũ. Lectio ezechielis prophete. ca. 1

Similitudo vultus quatuor animalium, facies hominis: & facies Leonis à dextris ipsoruʒ quatuor: facies autẽ Bouis, à sinistris ipsorum quatuor: & facies Aquile désuper ipsoruʒ quatuor. Et facies eorũ, & penne

ne eorū extētę desuper: duę pen-
nę singulorū iungebantur, ⁊ duę
tegebant corpora eorum. Et
vnumquodqȝ eorū coram facie
sua ambulabat. Ubi erat impe-
tus spiritus, illuc gradiebantur:
nec reuertebantur cum ambula-
rent. Et similitudo animaliuȝ, ⁊
aspectus eorū, quasi carbonum
ignis ardentiū, ⁊ quasi aspectus
lāpadarū. Hęc erat visio discur-
rēs in medio animaliū: splendor
ignis, ⁊ de igne fulgur egrédiēs.
Et aīalia ibāt, ⁊ reuertebātur in
similitudinē fúlguris coruscātis.
Alleluia, alleluia. ℣. Cōfitebun
tur cęli mirabilia tua dñe: éteniȝ
veritatem tuā in ecclesia sancto-
rum. Alleluia. ℣. Posuisti do-
mine super caput eius coronam
de lápide precioso. Alleluia.

Seq. sancti euang. sm̄ Lucam.



ca. 10 In illo tempore: Desi
gnauit Dominus
⁊ alios septua-
gintaduos: ⁊ mi
sit illos binos
ante facieȝ suaȝ
in omnem ciui-
tatē ⁊ locū, quo
erat ipse venturus. Et dicebat
illis. Messis quidē multa: opera
rij autē, pauci. Rogate ergo dñȝ
messis, vt mittat operarios in
messem suā. Ite. Ecce, ego mit-
to vos sicut agnos inter lupos.
Nolite portare sacculū, neqȝ pe-
rā, neqȝ calceamenta, ⁊ némineȝ
per viā salutaueritis. In quam-
cūqȝ domū intrauéritis, primuȝ
dicite: Pax huic domui. Et, si
ibi fuerit filius pacis, requiescet
super illū pax vestra: sin auteȝ, ad
vos reuertetur. In eadē autem
domo manete edētes ⁊ bibētes
quę apud illos sunt. Dignus est
eniȝ operarius mercede sua. No
lite trāsire de domo in domum.
Et in quācunqȝ ciuitateȝ intra-
uéritis, ⁊ suscéperint vos: mādu
cate quę apponūtur vobis: ⁊ cu
rate infirmos q in illa sunt: ⁊ dici
te illis. Appropiquauit in vos re
gnuȝ dei. Cr̄ Credo. Offerto.
Confitebunt cęli mirabilia tua
dñe: ⁊ veritatem tuaȝ in ecclesia
sanctorū. Alleluia, allīa. Secre.
Beati Marci euāgelistę tui
sollēnitate, tibi munera de-
ferentes, quęsumus domine: vt,
sicut illuȝ prędicatio euangelica
fecit gloriosum: ita nos eius in-
tercessione, ⁊ verbo ⁊ opere tibi
reddat acceptos. Per dominū.
Prefatio de apostolis. Comu.
Lętabitur iustus in dño, ⁊ spera
bit in eo: ⁊ laudabuntur oēs re
cti corde. Allā, alleluia. Postcō.
Tribuāt nobis, quęsumus
domine, continuū tua san-
cta pręsidium: quo beati Marci
euangelistę tui precibus, nos ab
omnibus semper tueantur ad-
uersis. Per dominum nostruȝ.
¶ In festo sanctorum Cleti ⁊ Die. 26
Marcellini pont. ⁊ mart. missa.
Sancti tui dñe benedicent te.
f. 240. de cōi plur. mar: tempore
paschali, excepta oratione quę
dicitur vt infra. Oratio.
Beatorum martyrum, pa-

riter qz pontificum Cleti et Marcellini nos domine foueat preciosa confessio: et pia iugiter intercessio tueatur. Per do. Secreta.

Adesto domine supplicationibus nostris, quas in sanctorum tuorum cõmemoratione deferimus: vt, qui nostre iustitie fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per dominum no.

Postcommunio.

Quesumus domine salutaribus repleti mysterijs: vt quorũ sollẽnia celebramus, corũ orationib[9] adiuuemur. Per d.

Die. 28 ¶ Sancti Vitalis martyris. Missa de cõi vnius marty. tempore paschali. folio. 239. Orõ. Presta q̃s om̃ps deus, vt q bti.

Festa Maij.

¶ In festo sanctorũ apostolorũ Philippi et Jacobi. Introitus.



Clamauerunt ad te domine in tempore afflictionis sue: et tu de celo exaudisti eos, Alleluia, alleluia. psal. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria. Orõ

Deus qui nos annua apostolorum tuorum Philippi et Jacobi sollemnitate letificas: presta quesumus: vt, quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominum.

Lectio libri sapientie.

ca. 6 Stabunt iusti in magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerunt: et qui abstulerũt labores eorũ. Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperate salutis, dicentes intra se penitentiam agentes, et pre angustia spiritus gementes. Hi sunt, quos aliquãdo habuimus in derisuz, et in similitudinem improperij. Nos insensati, vitam illoruz estimabamus insaniam: et finez illorum sine honore. Ecce, quomodo cõputati sunt inter filios dei: et inter sanctos sors illorum est.

Alleluia, alleluia. ℣. Cõfitebuntur celi mirabilia tua dñe: etenĩz veritatem tuam in ecclesia sanctoruz. Alleluia. ℣. Tanto tempore vobiscũ sum, et non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt et patrẽ meũ, Alleluia.

Seq. sancti euang. sm Joannẽ. ca. 14



In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Non turbetur cor vestruz. Creditis in Deũ: et in me credite. In domo patris mei, mansiones multe sunt. Si quominus: dixissem vobis, q2 vado parare vobis locũ. Et, si abiero, et preparauero vobis locũ: iteruz veniã, et accipiã vos ad meipsuz: vt vbi ego sum, et vos sitis. Et quo ego vado, scitis, et viã scitis. Dicit ei Thomas. Domine, nescimus quo vadis: et quomodo possimus viã scire? Dicit ei Jesus.

suũ. Ego sum via, veritas, ⁊ vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, ⁊ patrem meum utique cognouissetis: ⁊ amodo cognoscetis eum, ⁊ vidistis eum. Dicit ei Philippus. Dñe, ostende nobis patrẽ: ⁊ sufficit nobis. Dicit ei Jesus. Tanto tempore vobiscũ sum: ⁊ non cognouistis me? Philippe, qui videt me: videt ⁊ patrẽ. Et quomodo tu dicis: ostende nobis patrem? Non credis qꝛ ego in patre: ⁊ pater in me est? Verba que ego loquor vobis, a me ipso nõ loquor. Pater autem in me manẽs, ipse facit opera. Nõ creditis quia ego in patre: ⁊ pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis: q credit in me, opera que ego facio ⁊ ipse faciet: ⁊ maiora horũ faciet, quia ego ad patrem vado. Et quodcunque petieritis patrẽ in nomine meo, hoc faciam. dicitur Credo.

Offerto. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: ⁊ veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia. Secreta.

Munera, dñe, que pro apostolorum tuorũ Philippi ⁊ Jacobi sollẽnitate deferimus, propitius suscipe: ⁊ mala omnia que meremur auerte. Per dñz.

Prefatio de apostolis. Cõmu.

Tanto tempore vobiscum suz, ⁊ nõ cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt ⁊ patrem meum, alleluia: non credis quia ego in patre, ⁊ pater in me est? Alleluia, alleluia. Postcõmun.

Quesumus domine, salutaribus repleti mysterijs: vt, quorũ solẽnia celebramus, eorũ orationibus adiuuemur. Per.

In festo sancti Athanasij episcopi ⁊ cõfesso. Introitus: die. 2

In medio ecclesie aperuit os eius, ⁊ impleuit eum dominus spiritu sapientie ⁊ intellectus: stolam glorie induit eum, alleluia, alleluia. psalᵐ. Bonum est confiteri domino: ⁊ psallere nõi tuo altissime. ℣. Glia. Oro.

Exaudi quesumus domine preces nostras: quas in beati Athanasij confessoris tui atque pontificis sollemnitate deferimus: ⁊ qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per dominum no.

Lectio epistole beati Pauli apostoli, ad Corinthios. ca. 4

Fratres: Nõ nosmetipsos predicamus, sed Jesum Christum dominum nostrum: nos autem, seruos vestros per Jesum: quoniam deus, qui dixit de tenebris lucem splendẽscere, ipse illuxit in cordibꝰ nostris ad illuminationem scientie claritatis dei, in facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis dei, ⁊ non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed nõ angustiamur: aporiamur, sed nõ destituimur: persecutionez patimur, sed non de-

relinquimur: humiliamur, sed nõ confundimur: deijcimur, sed non perimus: semper mortificationez Jesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt ⁊ vita Jesu manifestetur in corporib⁹ nostris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Jesũ: vt ⁊ vita Jesu manifestetur i carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autẽ in vobis. Habentes autẽ eundez spirituz fidei, sicut scriptum est, credidi, propter quod locutus suz: ⁊ nos credimus, propter quod ⁊ loquimur: scientes quoniã qui suscitauit Jesũ, ⁊ nos cũ Jesu suscitabit, ⁊ cõstituet vobiscum. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinẽ Melchisedech. Alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cuz probatus fuerit accipiet coronam vite. Alleluia.

Sec. sancti euãg. sm Mattheũ.

ca. 10



In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Cuz psequentur vos in ciuitate ista: fugite in aliam. Amen dico vobis, non consũmabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum: nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: ⁊ seruo, sicut domin⁹ eius. Si patrẽ familias Beelzebub vocauerunt: quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil eniz est opertuz, quod nõ reueletur: ⁊ occultum, quod nõ sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: ⁊ qd in aure auditis, predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. Sed potius timete eum, qui potest ⁊ animã ⁊ corpus perdere in gehennaz. dicitur Credo. Offert. Inueni Dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum, Alleluia. Secreta.

Sancti Athanasij confessoris tui atqz põtificis, quesumus domine, annua sollemnitas pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie placationis officia, ⁊ illum beata retributio comitetur, ⁊ nobis gratie tue dona conciliet. Per dominum. Cõmunio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit dominus: ⁊ quod in aure auditis, predicate super tecta, Alleluia. Postcommunio.

Deus fidelium remunerator animarum, presta: vt beati Athanasij confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per dominuz nostruz.

¶ In festo Inuentionis sancte Crucis. Introitus. die

Nos

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, ꝛ resurrectio nostra: per quē saluati ꝛ liberati sumus, Alleluia, alla. Psal. Deus misereatur nostri, ꝛ benedicat nobis: illuminet vultum suū super nos, ꝛ misereatur nostri. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, q in preclara salutiferę crucis Inuētione, passionis tuę miracula suscitasti: cōcede: vt vitalis ligni precio ęternę vitę suffragia consequamur. Qui viuis ꝛ regnas cū deo pa.

Pro commemoratione sanctorū marty. Alexandri, Euentij, Theoduli, atqȝ Juuenalis. oro.

Presta, quęsumus omnipotens deus: vt, qui sanctorū tuorū Alexādri, Euentij, Theoduli, atqȝ Juuenalis natalitia cōlimus: a cunctis malis imminentibus, eorū intercessionibus liberemur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

ca. 2 Fratres: Hoc enim sentite in vobis, quod ꝛ in Christo Jesu. Qui cuȝ in forma dei esset, non rapinā arbitratus est esse se ęqualem deo. Sed semetipsū exinaniuit, formā serui accipiens, in similitudinem hominū factus, ꝛ habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortē: mortē autē crucis. Propter quod ꝛ deus exaltauit illū ꝛ donauit illi nomē, quod est super omne nomen: vt in nomine Jesu omne genu flectatur: cęlestiū, terrestriū, ꝛ infernorū. Et omnis lingua confiteatur: quia dominus Jesus Christus in gloria est dei patris.

Alleluia, Alleluia. ℣. Dicite in gentibus: quia dominus regnauit a ligno. Alla. ℣. Dulce lignū, dulces clauos, dulcia ferēs pondera: quę sola fuisti digna sustinere regē cęlorū, ꝛ dominuȝ. Alla.

Seq. sancti euang. sm Joanez. ca. 3



In illo tempore: Erat hō ex Phariseis Nicodem⁹ nomine, pnceps Judęoruȝ. Hic venit ad Jesum nocte: ꝛ dixit ei. Rabbi, scimus qa a deo venisti magister. Nemo enim potest hęc signa facer, quę tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Respōdit Jesus, ꝛ dixit ei Amē amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo, nō potest videre regnuȝ dei. Dicit ad eum Nicodemus. Quomodo potest homo nasci, cū sit senex? Nunquid potest in ventrē matris suę iterato introire, ꝛ renasci? Respōdit Jesus. Amen, amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quod natuȝ est ex carne, caro est: ꝛ quod natuȝ est ex spiritu, spiritus est. Nō mireris, quia ego dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult

vult, spirat: et vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodem⁹, et dixit ei. Quómodo possunt hec fieri? Respódit Jesus, et dixit ei. Tu es magister in Israel, et hec ignóras? Amé, amen dico tibi: q2 quod scimus lóqmur: et qd vidimus testamur: et testimonium nr̄m non accipitis. Si terrena dixi vobis, et nó créditis: quo modo, si dixero vobis celestia, credétis? Et nemo ascédit in celū: nisi q descendit de celo, filius hominis qui est in celo. Et sicut Moyses exaltauit serpenté in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis: vt ois q credit in ipsuz, nó péreat: sed habeat vitá eternaz.

Credo. Offert. Dextera dn̄i fecit virtutem, dextera dn̄i exaltauit me, dextera dn̄i fecit virtutem: non móriar, sed viuá, et narrabo opera dn̄i, Alleluia. Secr.

Sacrificiuz, domine, quod tibi immolamus, placatus intende: vt ab omni nos éruat bellorum nequitia: et per vexillū sancte Crucis filij tui, ad conterendas aduersariorum insidias, nos in tue protectionis securitate constituat. Per eundem do.

Pro comé. sanct. mart. Alexandri, Euentij, Theoduli, atque Juuenalis. Secreta.

Super has hostias, quesumus domine, benedictio copiosa descendat: que et sanctificationez nobis clementer operetur, et de sanctorum nos sollé-nitate letificet. Per dominum.

Prefatio de Cruce. Commu. Per signum crucis, de inimicis nostris libera nos deus noster, Alleluia. Postcommunio.

Repleti alimónia celesti, et spiritali pópulo recreati, quesumus omnipotens deus: vt ab hoste maligno nos defendas: quos per lignuz sancte Crucis, filij tui armis iustitie, pro salute mundi triumphare iussisti. Per eundem dominum nostrū.

Pro commemoratione sancto. mart. Alexádri, Euentij, Theoduli, atq3 Juuenalis. Postcom.

Refecti participatione múneris sacri, quesumus, domine deus noster: vt, quorum exéquimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum nostrū.

¶ Sancte Monice vidue. die. 4

Introitus.



Cognoui domine, q2 equitas iudicia tua, et in veritate tua humiliasti me: cófige timore tuo carnes meas: a mandatis tuis non me repellas, All'a, alleluia. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri. Oro.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt, sicut de beate Mónice festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrū.

Epistola. Viduas honora. de cómu. nec virg. nec mart fo. 253.

Alle-

Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua, intēde, prospere procede, ⁊ regna. Alla. ℣. Propter veritatem, ⁊ mansuetudinē, ⁊ iustitiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia. Euāge. Ibat Jesus in ciuitatē que vocat Naim. vt habetur in Dominica xv. post Pente. folio 162. Offertoriuꝫ. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum, ⁊ in seculum seculi, Alleluia. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio, pro tuorum honore sanctoruꝫ: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum. Communio. Dilexisti iustitiaꝫ, ⁊ odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitie pre cōsortibus tuis, Alleluia. Postcom.

Satiasti domine familiā tuam muneribus sacris: eius quesumus semper interuētione nos refoue: cuius sollemnia celebramus. Per dominuꝫ nostrū.

¶ In festo sancti Joannis ante portam latinam. Introitus.

Die. 6 Protexisti me deus a conuentu malignātiū, alleluia: a multitudine operantiū iniquitatē, Alla, alleluia. Psal. Exaudi deus orationem meam, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria. Orō.

Deus qui conspicis: qꝛ nos undiqꝫ mala nostra perturbant: presta, quesumus: vt beati Joannis apostoli tui intercessio gloriosa nos protegat. Per dominum. Epistola. Stabunt iusti. de cōmuni marty. tempore paschali. fo. 239. Alleluia, alleluia. ℣. Justus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur. Alleluia. ℣. Justus germinabit sicut lilium: ⁊ florebit in eternuꝫ ante dominum, alleluia. Seq. sancti euāg. sm Mattheū.

In illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum ca. 20 Zebedei cum filijs suis, adorās ⁊ petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, ⁊ vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Jesus, dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autē ad dexteram meam ⁊ sinistram, non est meū dare vobis: sed quibus paratuꝫ est a patre meo. dicitur Credo. Offertorium. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: ⁊ veritatem tuam in ecclesia sanctorū, alleluia, alleluia. Secreta.

Muneribus nostris, quesumus dn̄e, precibusqꝫ susceptis: ⁊ celestibus nos mūda mysterijs: ⁊ clementer exaudi. Per dominum nostrum. Prefatio de Apostolis. Communio. Letabitur iustus in domino, ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabūtur omnes recti corde, Alla. Postcō.

Refe-

Refecti domine pane celesti: ad vitam quesumus nutriamur eternam. Per dñz no.

die.8 ¶ In Apparitione sancti Michaelis fit officium sicut in Dedicatione eiusdem: sed pretermisso graduali, dicuntur Alleluia, cum suis versibus, vt ibi. f.225.

die.9 ¶ In festo sancti Gregorij Nazianzeni Episcopi & confessoris Miss. In medio ecclesie. de communi docto. f.246. Episto. Iustus cor suũ trádidit. f.247.

Die. 10 ¶ Sanctorũ Gordiani, & Epimachi marty. Introitus.



Sancti tui domine benedicent te: gloriã regni tui dicẽt, Alleluia, alleluia. Psal. Exaltabo te deus meus rex, & benedicam nomini tuo in seculum, & in seculum seculi. ℣. Gloria patri, & filio. Orõ.

Da quesumus omnipotens deus: vt, qui beatorũ martyrum tuorum Gordiani & Epimachi sollemnia cólimus, eoruz apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominũ. Epistola. Post hec ego Joannes. de cõmuni martyrũ tépore paschali. fo.241. Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui domine florebunt sicut lilium: & sicut odor balsami erunt ante te, Alleluia. ℣. Preciosa in conspectu domini mors sanctoruz eius, Alleluia. Euangeliuz. Ego suz vitis & vos palmites. de eode cõmuni. fo.240. Offer. Letámini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. Secreta.

Hostias tibi domine beatorum martyrum tuorum Gordiani & Epimachi dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum. Communio. Gaudete iusti in dño, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia. Postcommunio.

Quesumus omnipotés deus: vt, qui celestia alimenta percépimus, intercedentibus sanctis tuis Gordiano & Epimacho, per hec contra omnia aduersa muniamur. Per dominũ.

¶ Sãctorũ Nerei, Archillei, atqz Pancratij mart. Introitus. Die. 12



Ecce óculi domini super timentes eũ, sperántes in misericordia eius, alleluia: vt eripiat à morte animas eorum: quoniam adiutor & protector noster est, Alleluia, alleluia. psalã. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

Semper nos domine sanctorum martyrum tuoruz Nérei, Archillei, atqz Pancratij fóueat quesumus beata sollemnitas: & tuo dignos reddat obsequio. Per dominum nostrum. Epistola. Stabunt iusti. de cõmuni martyrum tépore paschali. fo.239. Alleluia, alleluia. ℣.

Hec


Hec est vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia. Alleluia. ℣. Te martyrū candidatus laudat exercitus domine, Alleluia. Euāge. Amen amen dico vobis, qr plorabitis. de eodē cōmuni. fo. 241. Offer. Confitebuntur cęli mirabilia tua dñe: ⁊ veritatem tuā in ecclesia sāctorū, Alleluia, allia. Secr. Sanctorum martyruʒ tuorum, quęsumus domine, Nerei, Archillei, atqʒ Pancratij sit tibi grata confessio: quę ⁊ munera nostra commendet: ⁊ tuam nobis indulgentiam semper imploret. Per dominum. Cōmunio. Gaudete iusti in domino, alleluia: rectos decet collaudatio, Alleluia. Postcommunio. Quęsumus domine: vt, beatorum martyrum tuorum Nerei, Archillei, atqʒ Pancratij deprecationibus, sacramēta sancta quę sumpsim⁹, ad tuę nobis proficiant placationis augmentum. Per dominum nostrum.

¶ Sācti Bonifacij mart. Missa. Protexisti me de⁹. de cōi tēporis paschalis. fol. 239. Orō. Da, quęsumus, omnipotēs deus: vt, qui beati Bonifacij martyris tui natalitia cōlim⁹, ei⁹ apud te intercessionibus adiuuemur. Per dñm. Secreta. Muneribus nostris, quęsumus domine, precibusqʒ susceptis, ⁊ cęlestibus nos munda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominū. Postcōmu. Refecti participatione muneris sacri, quęsum⁹ dñe: vt cuius exequimur cultū, intercedente beato Bonifacio martyre tuo, sentiamus effectū. Per do.

¶ Sanctę Pudētianę virginis Missa. Dilexisti iustitiam. de communi virginum. folio. 251 Die. 19

¶ Si aliquod festum ex sequentibus venerit tempore paschali, missa dicit̄ vt in cōi tēporis paschal. Si autē venerit post octa. Pente. dicit̄ vt infra assignatur.

¶ Sancti Urbani Papę ⁊ martyris. Introitus. Die. 25



Sacerdotes tui domine induāt iustitiam, ⁊ sancti tui exultent: propter Dauid seruuʒ tuū, non auertas faciem Christi tui. Psal. Memēto domine Dauid, ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria. Orō. Da, quęsumus omnipotēs deus: vt, qui beati Urbani martyris tui atqʒ pontificis sollemnia cōlimus: eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per. Epistola. Benedictus deus. de cōmuni vnius marty. ponti. fo. 237. Grad. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi euʒ: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meum confortabit euʒ. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Memēto domine Dauid, ⁊ omnis māsuetudinis eius, alle-

alleluia. Euangelium. Homo quidam peregre. de cõi vnius cõfesso. ponti. fo. 245. Offertorium. Ueritas mea ꝛ misericordia mea cum ipso: ꝛ in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Haec hostia, quesumus domine, emundet nostra delicta: ꝛ ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesqꝫ sanctificet. Per. Cõmunio. Fidelis seruus ꝛ prudens, quē constituit dñs super familiam suã: vt det illis in tẽpore tritici mensuraꝫ. Postcõmu.

Refecti participatione muneris sacri, quesumus dñe deus noster, vt cuius exequimur cultum, sentiamus effectũ. Per.

die. 26 ¶ Sancti Eleutherij Pape ꝛ mart. Missa. Statuit ei dñs. vt in cõmuni vnius mart. pont. fo. 236. nisi venerit tẽpore pasc.

die. 27 ¶ Sãcti Joãnis Pape ꝛ mart. Missa. Sacerdotes dei. vt in cõmuni vnius mar. pon. fo. 237.

die. 30 ¶ Sancti Felicis Pape ꝛ martyris, Missa. Statuit ei domínus. vt in communi vnius martyris pontificis. folio. 236.

die. 31 ¶ Sancte Petronille virginis, Missa. Uultum tuum. de communi virg. nõ martyrũ. fo. 251.

¶ Festa Junij.

die. 2 ¶ Sanctorũ mar. Marcellini. Petri, atqꝫ Erasmi. Introitus.



Clamauerunt iusti, ꝛ dominus exaudiuit eos, ꝛ ex omnib⁹ tribulationib⁹ eoruꝫ liberauit eos. Ps. Benedicã dominuꝫ in omni tẽpore: semper laus ei⁹ in ore meo. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus, qui nos annua beatorum martyrum tuorum Marcellini, Petri, atqꝫ Erasmi sollẽnitate letificas: presta, quesumus: vt, quorum gaudemus meritis, prouocemur exemplis. Per dominuꝫ. Epistola. Non sunt cõdigne. de communi plurimorũ marty. fo. 243. Gradu. Clamauerunt iusti, ꝛ dominus exaudiuit eos: ꝛ ex omnibus tribulationib⁹ eorũ liberauit eos. ℣. Juxta est dominus his, q tribulato sunt corde, ꝛ humiles spiritu saluabit. Alleluia, alleluia. ℣. Ego vos elegi de mundo, vt eatis, ꝛ fructum afferatis, ꝛ fructus vester maneat, Alleluia. Euangelium. Cum audieritis prelia. de eodeꝫ cõmuni. f. 242. Offerto. Letamini in domino ꝛ exultate iusti: ꝛ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Haec hostia, quesumus domine, quam in sanctorum martyrum tuorum natalitijs recensentes offerimus, ꝛ vincula nostre prauitatis absoluat, ꝛ tue nobis misericordie dona concíliet. Per do. Cõmu. Justorũ anime in manu dei sunt, ꝛ non tãget illos tormentum malitie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autẽ sunt in pace. Postcõm.

Sacro munere satiati supplices te domine deprecamur: vt, quod debite seruitutis celebramus officio, saluationis tue sentiamus augmentũ. Per.

die. 6 ¶ Sanctorum martyrum Primi et Feliciani. Introitus.

Sapientiam sanctorū narrent populi, et laudes eorum nunciet ecclesia: nomina autē eorū viuent in seculū seculi. Psal. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria. Orō.

Hac nos, quesumus dñe, sanctorum martyrum tuorum Primi et Feliciani semper festa sectari: quorū suffragijs protectionis tue dona sentiamus. Per d. Epistola. Iusti autem in perpetuum viuent. de communi plurimorum marty. fo. 241. Grad. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. ℣. Misericordias tuas dñe in eternū cantabo in generatione, et progenie. Alleluia, alla. ℣. Hec est vera fraternitas, que vicit mūdi crimina: Christū secuta est, inclyta tenēs regna celestia, Alleluia. Euā. Confiteor tibi pater. de eodē comuni. fo. 244. Offerto. Mirabilis deus in sanctis suis: deus Israel ipse dabit virtutem, et fortitudinem plebi sue: benedictus deus, Alleluia Secreta.

Fiat tibi, quesumus domine, hostia sacranda placabilis, preciosi celebritate martyrij: que, et peccata nostra purificet, et tuorum tibi vota conciliet famulorum. Per dominum. Cōm. Ego vos elegi de mūdo, vt eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat. Postcōmunio.

Quesumus, omnipotēs deus: vt sctorū martyrū tuorum Primi et Feliciani celestibus mysterijs celebrata solemnitas indulgentiam nobis tue propitiationis acquirat. Per dominum.

¶ In festo sancti Barnabe apostoli. Introitus. Die. 11

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorū. Psal. Domine probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā, et resurrectionem meam. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus, qui nos beati Barnabe apostoli tui meritis et intercessione letificas: concede propitius: vt, qui tua per eum beneficia poscimus, dono tue gratie consequamur. Per dñm no.


Lectio actuum apostolorum. ca. 11

In dieb' illis: Multus numerus credentium, Antiochie conuersus est ad dominum. Peruenit autem sermo ad aures ecclesie, que erat Hierosolymis, super istis: et miserunt Barnabā vsque ad Antiochiam. Qui cum peruenisset, et vidisset gratiā dei: gauisus est. Et hortabatur omnes in proposito cordis manere in domino: quia erat vir bon': et plen' spiritu sācto, et fide. Et apposita est multa turba domino. Profectus est autem Tharsum, vt quereret Saulū: quē cum inuenisset, perduxit Antiochiam. Et annū totū conuersati sunt ibi in ecclesia: et docuerunt turbam multam,

multaz, ita vt cognominarentur primũ z Antiochię discipuli, christiani. Erant autẽ in ecclesia quę
ca. 13 erat Antiochię prophetę τ doctores, in quibus Barnabas, τ Simõ, qui vocabat Niger, τ Lucius Cyrenensis, τ Manahẽ qui erat Herodis tetrarchę collactaneus, τ Saulus. Ministrantibus autez illis dño, τ ieiunantibus: dixit illis spiritus sanctus. Segregate mihi Saulũ τ Barnabã in opus ad quod assumpsi eos. Tũc ieiunantes τ orantes, imponentesqz eis manus, dimiserunt illos. Grad. In omnẽ terram exiuit sonus eorum, τ in fines orbis terrę verba eorũ. ℣. Cęli enarrant gloriã dei: τ opera manuũ eius annũciat firmamentũ. Alleluia, alleluia. ℣. Ego vos elegi de mundo: vt eatis, τ fructum afferatis, τ fructus vester maneat, alleluia.

ca. Seq. sancti euang. fm Joannẽ.

15



In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Hoc est preceptũ meuz: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionez nemo habet, vt animã suã ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quę ego pcipio vobis. Jam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quęcunque audiui a patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: τ posui vos: vt eatis, τ fructum afferatis: τ fructus vester maneat: vt quodcunqz petieritis patrez in nomine meo, det vobis. Dicitur Credo. Offerto. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui dñe, in omni progenie, τ generatione. Secreta.

Munera domine oblata sanctifica: τ, intercedente beato Barnaba apostolo tuo, nos per hęc a peccatorum nostrorũ maculis emunda. Per dñm no. Prefatio de apostolis. Com. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicãtes duodecim tribus Jsrael. Postcom.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt, quos tuis reficis sacramentis, intercedente beato Barnaba apostolo tuo, tibi etiã placitis moribꝰ dignanter tribuas deseruire. Per.

¶ Sãctorũ mar. Basilidis, Cyrini, Naboris, τ Nazarii. Intr. die. 21

Intret in cõspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septupluz in sinu eoruz: vindica sanguinez sanctorum tuorum qui effusus est. psal. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerũt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria patri, τ filio, τ spiritui sancto si. Oratio.

San-

Sanctorum martyrũ tuorũ Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij, quesumus domine, natalitia nobis votiua resplēdeant: ꝛ, quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostre deuotionꝫ accrescat. Per. Epistō. Rememoramini pristinos dies. de cōi plurimorũ mart. fo. 243. Grad. Uindica dñe sanguinē sanctorũ tuorũ, qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorũ tuorũ, escas volatilibus celi, carnes sāctorũ tuorũ bestijs terre. Alleluia, allia. ℣. Corpora sanctorũ in pace sepulta sunt, ꝛ nomina eorũ viuēt in generatione, ꝛ generationē. Alleluia. Euan. Sedente Jesu super montem Oliueti. de eodē cōi. f. 243. Offer. Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis: exaltationes dei in faucibus eorũ. Secreta.

PRo sanctorũ tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij sanguine venerando, hostias tibi domine sollemniter immolamus, tua mirabilia pertractantes: per quē talis est perfecta victoria. Per dominũ. Cōmun. Posuerunt mortalia seruorũ tuorum, dñe, escas volatilibus celi, carnes sanctorũ tuorum bestijs terre: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte pũitorũ. Postcom.

SEmper domine sanctorũ martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atq; Nazarij, sollēmnia celebrantes, presta quesumus: vt, eorum patrocinia iugiter sentiamus. Per dñz.

In festo sancti Basilij episcopi, ꝛ confessoris. Introitus. Die. 14



IN medio ecclesie aperuit os eius, ꝛ impleuit eum dominus spiritu sapientie, ꝛ intellectus: stolam glorie induit eum. Psalmus. Bonum est confiteri domino: ꝛ psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri. Orō.

EXaudi quesumus domine preces nostras, quas in beati Basilij cōfessoris tui atq; pontificis sollemnitate deferimus: ꝛ, qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnib⁹ nos absolue peccatis. Per do. Epistō. Testificor coram. de cōmuni doctorũ. fo. 247. Grad. Os iusti meditabitur sapientiā: ꝛ lingua eius loquet iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: ꝛ non supplantabũtur gressus eius. Alleluia, allia. ℣. Inueni Dauid seruum meũ: oleo sācto meo vnxi eum. Allia. Seq. sancti euang. ſm Lucam. ca. 14



IN illo tempore: Dixit Jesus turbis. Si quis venit ad me, ꝛ non odit patrē suũ ꝛ matrē, ꝛ vxorem ꝛ filios, ꝛ fratres ꝛ sorores, adhuc autē ꝛ animam suā: non potest meus esse discipulus. Et qui nō baiulat crucē suā, ꝛ venit

init post me: nō potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volēs turriꝫ edificare, non prius sedens, computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postquam posuerit fundamentum, ⁊ non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cepit edificare, ⁊ non potuit cōsūmare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cōgitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea que pacis sunt. Sic ergo, omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal quoque euanuerit: in quo condietur? Neqꝫ in terraꝫ, neqꝫ in sterquilinuꝫ vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat. Dicit Credo. Offert. Veritas mea, ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre. Sancti Basilij confessoris tui atque pontificis, quesumus domine annua sollemnitas pietati tue nos reddat acceptos: vt, per hec pie placationis officia ⁊ illū beata retributio comitet, ⁊ nobis gratie tue dona cōciliet. Per d. Cōmu. Fidelis seruus ⁊ prudens, quem constituit dn̄s super familiam suā: vt det illis in tēpore tritici mēsurā. Postcōm. Deus, fidelium remunerator animarū: presta: vt beati Basilij confessoris tui atque pontificis, cuius veneranda ꝫ celebramus festiuitatem, precibus indulgentiā cōsequamur. Per.

Sanctorū marty. Viti, Modesti, atqꝫ Crescētie. Introitus. Die. 15




Multe tribulationes iustoruꝫ: ⁊ de his omnibus liberauit eos dominus: dominus custodit oīa ossa eoruꝫ: vnū ex his nō conteretur. Psal. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Oratio. Da ecclesie tue, quesumus dn̄e, sanctis martyribus tuis Vito, Modesto, atqꝫ Crescentia intercedētibus, superbe non sapere, sed tibi placita humilitate proficere: vt, proterua despiciens, quecunqꝫ matura sunt, libera exerceat charitate. Per d. Epistola. Iustificati ex fide. De cōi pluri. mart. fo. 243. Grad. Exultabūt sācti i gloria: letabūtur in cubilibus suis. ℣. Cātate dn̄o canticū nouū: laus eius in ecclesia sanctorū. Alla, alla. ℣. Sācti tui dn̄e benedicēt te: gloriā regni tui dicēt. Allia. Euāg. Qui vos audit. De eodē cōi. fo. 244. Offerto. Mirabilis deus in sāctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutē, ⁊ fortitudinē plebi sue: benedictus deus. Secreta.

Sicut

Sicut gloriã diuinę potentię munera pro sanctis oblata testantur: sic nobis effectũ dñe tuę saluationis impendant. Per d. Cõio. Iustorum aię in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitię: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcommunio. Refecti, dñe, benedictione sollemni, quęsumus: vt, per intercessionem sanctorum martyrum tuorum Uiti, Modesti, & Crescẽtię, medicina sacramenti, & corporibus nostris prosit, & mentibus. Per dominum nostrum Jesum.


¶ Sanctorum martyrum Marci, & Marcelliani. Introitus.

die. 18.



Salus iustorum a domino: & protector eorum est in tempore tribulationis. ps. Noli ęmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio. Presta, quęsumus, omnipotens deus: vt qui sanctorum martyrum tuorũ Marci & Marcelliani natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per. Epistola. Iustorum animę. de cõi pluri. marty. f. 241. Gradua. Iustorũ animę in manu dei sũt, & non tanget illos tormentũ malitię. ℣. Uisi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est vera fraternitas, quę nunquam potuit violari certamine: qui effuso sanguine secuti sunt dominum. Alleluia. Euangelium. Ue vobis qui ędificatis. de eodem cõmuni. fol. 244. Offert. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Secre. Munera tibi domine dicata sanctifica: & intercedentibus sanctis martyribus tuis Marco & Marcelliano, per eadem nos placatus intende. Per do. Communio. Amen dico vobis: quod vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me: centuplum accipietis, & vitam ęternam possidebitis. Postcomun. Salutaris tui domine múnere satiati, supplices exoramus: vt quorum lętamur gustu, renouemur effectu. Per do.

¶ Sanctorum martyrum Geruasij & Protasij. Introitus. die. 19.



Loquetur dominus pacem in plebem suam, & super sanctos suos: & in eos qui conuertuntur ad ipsum. ps. Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatẽ Jacob. ℣. Glia. Oro. Deus, qui nos annua sanctorũ martyrum tuorum Geruasij & Protasij sollẽnitate lętificas: concede propitius: vt, quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per do. Episto. Cómunicantes Christi passionibus. fol. 239. de coi vnius mar. Grad. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glificata est ĩ virtute: dexte-


ra manus tua cõfregit inimicos. Alleluia, alleluia. ℣. Hec est vera fraternitas, que vicit mũdi crimina: Christum secuta est, inclyta tenẽs regna celestia. Alleluia. Euang. Descendens Jesus de monte. de cõi plu. mar. fol. 242. Offertorium. Letamini in domino, et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Oblatis, quesumus domine, placare muneribus: et intercedentibus sanctis tuis, a cũctis nos defende periculis. Per do. Cõio. Posuerunt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilibus celi: carnes sanctorũ tuorũ bestijs terre: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorũ. Postcõio.

Hec nos communio domine purget a crimine: et intercedentibus sanctis martyribus tuis Geruasio et Protasio, celestis remedij faciat esse cõsortes. p.

¶ Sancti Siluerij Pape et martyris. Introitus.

dic. 20.



Statuit ei domin⁹ testamentum pacis: et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas i eternũ. ps. Memento dñe Dauid, et oĩs mansuetudinis eius. ℣. Gloria. Oĩo.

Infirmitatem nostram respice omnipotens deus: et quia pondus proprie actionis grauat, beati Siluerij martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per do.

Lectio epistole beati Jude Apostoli.

Charissimi: Memores estote verborum que predicta sũt ab Apostolis domini nostri Jesu Christi: qui dicebãt vobis. Quoniã in nouissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Uos autem charissimi, superedificantes vosmetipsos sanctissime nostre fidei, in Spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione dei seruate: expectantes misericordiam dñi nostri Jesu Christi in vitam eternã. Grad. Inueni Dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachiũ meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in eternũ secundũ ordinem Melchisedec. Alla. Euangel. Siquis venit ad me. de cõi vnius mar. pont. fol. 237. Offert. Ueritas mea, et misericordia mea cũ ipso: et in noie meo exaltabitur cornu eius. Secret.

Hostias tibi domine, beati Siluerij martyris tui atque pontificis dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum no. Communio. Semel iuraui in sancto meo: semen eius in eternum manebit: et sedes eius sicut sol in conspectu meo:

meo: ⁊ sicut luna perfecta in eter
nũ, ⁊ testis in celo fidelis. Postc.
Refecti participatione mu-
neris sacri, q̃s domine deus
noster: vt, cuius exequimur cul-
tum sentiamus effectũ. Per d.

Sancti Paulini episcopi ⁊ co
fessoris. Introitus.

die. 22.

Statuit ei domin⁹ testamentum pa-
cis, ⁊ principem fe
cit eum, vt sit illi sa
cerdotij dignitas
in eternum. psal.
Memẽto domine David: ⁊ om-
nis mansuetudinis eius. ℣ Glo
ria patri ⁊ filio ⁊ spiri. Oratio.
Da, quesumus omnipotens
deus: vt beati Paulini cõ-
fessoris tui atque pontificis ve-
neranda sollemnitas, ⁊ deuotio-
nẽ nobis augeat, ⁊ salutẽ. Per.

Lectio epistole beati Pauli
apostoli ad Corinthios.

2.c.8 Fratres: Scitis gratiã do-
mini nostri Jesu Christi:
quoniam propter vos egenus
factus est, cum esset diues: vt il-
lius inopia vos diuites essetis.
Et consilium in hoc do. Hoc
enim vobis vtile est: qui non so-
lum facere, sed ⁊ velle cepistis ab
anno priore. Nunc vero, ⁊ facto
perficite: vt quẽadmodum prõ-
ptus est animus voluntatis: ita
sit ⁊ perficiẽdi ex eo quod habe-
tis. Si enim voluntas prompta
est: secundum id quod habet, ac-
cepta est, nõ secundum id quod
non habet. Non enim vt alijs sit
remissio, vobis autẽ tribulatio:
sed ex equalitate. In presenti tẽ-
pore, vestra abundãtia, illorũ in
opiã suppleat: vt ⁊ illorũ abundã
tia vestre inopie sit supplemẽtũ,
vt fiat equalitas, sicut scriptum
est. Qui multũ, non abundauit:
⁊ qui modicum, non minorauit.
Grad. Ecce sacerdos magnus,
qui in diebus suis placuit deo.
℣. Non est inuentus similis illi,
qui conseruaret legem excelsi.
Alleluia, Alleluia. ℣. Tu es sa-
cerdos in eternum secundũ or-
dinem Melchisedec. Alleluia.
Euangeliũ. Nolite timere pu-
sillus grex. de comuni confesso.
non pon. fo. 248. Offer. Inuẽ
ni David seruũ meũ: oleo sacto
meo vnxi eũ: manus enim mea
auxiliabitur ei, ⁊ brachium meũ
confortabit eum. Secreta.
Sancti tui, q̃s dñe, nos vbi-
que letificent: vt dũ eorũ
merita recolimus, patrocinia sen
tiamus. Per dñm. Cõmunio.
Fidelis seruus ⁊ prudens, quẽ
constituit dominus super fami-
liam suam: vt det illis in tempo-
re tritici mensuram. Postcom.
Refecti, quesumus, omnipo
tens deus: vt, de perceptis
muneribus gratias exhibentes,
intercedente beato Paulino cõ
fessore tuo atque pontifice bene
ficia potiora sumamus. Per do.

In vigilia Sancti Joannis
Baptiste. Introitus.


Ne timeas Zacharia: die. 23.
exaudita est oratio tua,
⁊ Elisabeth vxor tua
pariet tibi filium: ⁊ vo

cabis nomen eius Joannē: τ erit magnus coram domino: τ spiritu sancto replébitur, adhuc ex vtero matris sue: τ multi in natiuitate eius gaudebunt. Ps. Domine i virtute tua letábitur rex, τ super salutare tuū exultabit vehementer. ℣. Gloria. Oratio.

Presta, quesumus omnipotens deus: vt familia tua p viam salutis incedat: τ beati Joannis precursoris hortamenta sectando, ad eum, quez predixit, secura perueniat, Dominum nostrum Jesum Christum filiū tuum. Qui tecum viuit τ regnat.

Secunda oratio de S. Maria. Concede. tertia Ecclesie, vel pro Papa. Deus oiuz. f. 269.

Lectio Hieremie prophete.

ca. 1. In diebus illis. Factum est verbum domini ad me, dicens. Priusquam te formarem in vtero, noui te: τ antequam exires de vulua, sanctificaui te: τ prophetam in gentibus dedi te. Et dixi, a, a, a, domine deus: ecce nescio loqui, quia puer ego suz. Et dixit dominus ad me. Noli dicere, puer sum: quoniam ad omnia que mittam te, ibis: τ vniuersa q̄ mandáuero tibi, loquéris. Ne timeas à facie eorum: quia ego tecum sum, vt éruam te, dicit dominus. Et misit dominus manū suam, τ tétigit os meū: τ dixit dominus ad me. Ecce, dedi verba mea in ore tuo: Ecce, cōstitui te hodie super gentes, τ sup regna: vt euellas, τ déstruas, τ disperdas, τ dissipes, τ edifices, τ plantes. Dicit dominus omnipotēs.

Graduale. Fuit homo missus à deo, cui nomen erat Joannes. ℣. Hic venit vt testimoniū perhibéret de lumine, paráre domino plebem perfectam.

Initiū sancti euan. sm Lucam.



Fuit in diebus Herodis regis Judee, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Ábia: τ vxor illius de filiabus Aarō, τ nomē illius Elisábeth. Erant autem iusti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis τ iustificationib⁹ domini sine queréla: τ nō erat illis filius: eó quòd Elisabeth esset stérilis, τ ambo processissent in diébus suis. Factum est autem: cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis sue ante deum, secundū cōsuetudinez sacerdotij, sorte éxijt vt incensuz póneret, ingressus in templuz domini. Et omnis multitudo populi erat orās foris, hora incensi. Apparuit aūt illi Angelus domini, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, videns: τ timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus. Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita est deprecatio tua. Et vxor tua Elisábeth páriet tibi filium: τ vocabis nomen eius Joannem. Et erit tibi gaudium τ exultatio: τ multi ca. 1.

in

in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino: vinum et siceram non bibet. Et spiritu sancto replebitur, adhuc ex vtero matris sue: et multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse precedet ante illum in spiritu et virtute Elie: vt conuertat corda patrum in filios: et incredulos ad prudentiam iustorum, parare domino plebem perfectam. Offert. Gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Munera domine oblata sanctifica: et intercedente beato Joanne Baptista, nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per do. Coio. Magna est gloria eius i salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postco.

Beati Joannis Baptiste nos domine preclara comitetur oratio: et quem venturum esse predixit, poscat nobis fore placatum dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus.

Die. 24. ¶ In Natiuitate sancti Joannis Baptiste. Introitus.



De ventre matris mee vocauit me dominus nomine meo: et posuit os meum vt gladium acutum: et sub tegumento manus sue protexit me: et posuit me quasi sagittam electam. Psalmus. Bonum est confiteri domino, et psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri. dicitur Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus, qui presentem diem honorabilem nobis in beati Joannis Natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum: et omnium fidelium mentes dirige in viam salutis eterne. Per dominum nostrum.

Lectio Isaie prophete.

C.49. Haec dicit dominus. Audite insule, et attendite populi de longe. Dominus ab vtero vocauit me: de ventre matris mee, recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum. In vmbra manus sue protexit me: et posuit me quasi sagittam electam. In pharetra sua abscondit me: et dixit mihi. Seruus meus es tu, Israel: quia in te gloriabor. Et nunc hec dicit dominus, formans me ex vtero seruum sibi. Dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsque ad extremum terre. Reges videbunt, et consurgent principes, et adorabunt dominum deum tuum, et sanctum Israel, qui elegit te. Graduale. Priusquam te formarem in vtero, noui te: et antequam exires de ventre, sanctificaui te. ℣. Misit dominus manum suam, et tetigit os meum: et dixit mihi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis ante dominum parare vias eius. Alleluia.

Seq. sancti euang. sm Lucam.

ca. 1. 
Elisabeth impletuz est tempus pariendi: ⁊ peperit filiū. Et audierunt vicini ⁊ cognati eius, qꝛ magnificauit dominus misericordiam suam cum illa: ⁊ congratulabantur ei. Et factum est: in die octauo venérunt circumcidere púerum: ⁊ vocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et respondens mater eius, dixit. Nequaquam: sed vocabitur Joannes. Et dixerunt ad illaz: quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari euz. Et póstulans pugillárē, scripsit, dicens. Joánes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem illico os eius, ⁊ lingua eius: ⁊ loquebatur, benedicens deum. Et factus est timor super omnes vicinos eoruz: ⁊ super omnia montana Judeę diuulgabantur omnia verba hec. Et posuerunt omnes qui audierant, in corde suo, dicētes. Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus domini erat cuz illo. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: ⁊ prophetauit, dicens. Benedictus dominus deus Israel: quia visitauit ⁊ fecit redéptionē plebis suę. Non dicit Credo, nisi venerit i dñica: aut infra octauam corporis Christi: vel in ecclesia propria: sed in octaua dr̄, propter octauā apostolorum. Offert. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. Secr.

Tua domine muneribus altaria cumulamus: illius natiuitatē honore debito celebrantes: qui saluatorem mundi, ⁊ cécinit affuturuz, ⁊ adesse monstrauit, dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat. Communio. Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciē dñi, parare vias eius. Postcōi.

Sumat ecclesia tua deuz beati Joannis Baptistę generatione letitiā: per quem suę regenerationis cognouit auctorē dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus. Infra octauam sancti Joannis Baptistę, ⁊ ipso die octauę fit idē officium, quod in die. Sed infra octauam post orationem dici, dicitur secunda Oratio de sancta Maria. Concede. tertia cōtra psecutores ecclesię vel p Papa.

¶ In festo sanctorum martyrū Joannis ⁊ Pauli. Introitus.


Multę tribulatiōes iustorum: 26
de his omnib⁹ liberauit eos dominus: dñs custodit omnia ossa eoruz: vnū ex his non conteretur. Psalm⁹. Benedicam dominum in omni tem-

tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Oratio.

Quesumus, omnipotés deus: vt nos geminata letitia hodierne festiuitatis excipiat, q̃ de beatorum martyrum Joannis ⁊ Pauli glorificatione procedit: quos eadé fides ⁊ passio, vere fecit esse germanos. Per do. Secunda oratio de sancto Joanne. tertia cótra persecutores ecclesie. vel pro Papa. Epistola. Hi sunt viri misericordie. vt in octaua apostolorũ Petri ⁊ Pauli fo. 209. Grad. Ecce quàm bonum, ⁊ quàm iucundum, habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Alleluia, alleluia. ℣. Hec est vera fraternitas, que vicit mũdi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna celestia. Alleluia. Euangeliũ. Attendite à fermento phariseorum. de cói plurimo. marty. fo. 244. Offer. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu domine benedices iusto: domine, vt scuto bone voluntatis tue, coronasti nos. Secre.

Hostias tibi, domine, sanctorum martyrum tuorum Joannis ⁊ Pauli dicatas meritis benignus assúme: ⁊ ad perpétuum nobis tribue ꝑuenire subsidiuz. Per do. Cóio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, deus tentauit eos: tanquã aurũ in fornace probauit eos: ⁊ quasi holocausta accepit eos. Postcóio.

Sumpsimus domine sanctorum martyruz tuoruz Joannis ⁊ Pauli sollénia celebrantes, sacramenta celestia: presta, quesumus: vt, quod temporaliter gerimus, eternis gaudijs cósequamur. Per dominum nost.

¶ Si sequens festũ sancti Leonis venerit in dominica, transfertur post octauam Apostoloruz: ⁊ Missa dicitur de dominica cũ commemoratione sancti Joannis: ⁊ vigilia apostolorum fit in sabbato. Quocunque vero alio die venerit, fit de festo cum commemoratione sancti Joannis, ⁊ vigilie. In ecclesijs autem collegiatis dicũtur due misse, vna de Festo, cum commemora. sancti Joannis, ⁊ contra persecutores ecclesie, vel pro Papa: alia de vigilia cũ cóme. S. Marie, Concede. ⁊ Ecclesie. vel pro Papa. die. 28.

¶ In festo S. Leonis Pape ⁊ cofess. Missa. Sacerdotes tui. de cómuni. fo. 245. pter orationé que dicitur vt infra. Oratio.

Deus, qui beatum Leonez pontificem tuum sanctorũ tuorum méritis coequasti: concede propitius: vt, qui commemorationis eius festa percólimus, vite quoque imitémur exẽpla. Per dominuz no. Secreta.

Annue nobis, q̃s domine: vt, intercessione beati Leonis hec nobis prosit oblatio: quã immolãdo totius mũdi tribuisti relaxari delicta. Per. Postcóio.

Deus, qui anime famuli tui Leonis eterne beatitudinis

 nis

nis premia cõtulisti: cõcede propitius: vt, q peccatorũ nostrorũ pondere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per do.

¶ In vigilia apostolorum Petri & Pauli. Introitus.

Dic. 28 Dicit dominus Petro: cũ esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autẽ senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis: hoc autẽ dixit, significans, qua morte clarificaturus esset deum. Psalmus. Celi enarrant gloriã dei: & opera manuũ eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria patri, & fi. non dicitur Gloria in excelsis deo. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt nullis nos pmittas perturbationibus concuti: quos in apostolice confessionis petra solidasti. Per dñm.

Lectio actuum Apostolorum.

Ca. 3. In diebus illis. Petrus & Joannes ascendebant in tẽplum, ad horã orationis nonã. Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris sue, baiulabatur: quẽ ponebant quotidie ad portam templi, que dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynã ab introeuntibus in templũ. Is cũ vidisset Petrũ & Joannem incipientes introire in templũ: rogabat vt eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cũ Joãne, dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperãs se aliquid accepturũ ab eis. Petrus autem dixit. Argentum & aurum non est mihi: quod autẽ habeo, hoc tibi do. In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eũ: & protinus cõsolidate sunt bases eius & plante. Et exiliens stetit, & ambulabat: & intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans deum. Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem deum. Cognoscebant autem illum, quoniam ipse erat qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosã portã templi: & repleti sunt omnes stupore & extasi, in eo quod cõtigerat illi. Grad. In omnẽ terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terre verba eorum. ℣. Celi enarrãt gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Sequen. sci euang. sm Joannẽ.



C. 21. In illo tẽpore: Dixit Jesus Simoni Petro. Simon Joannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Joannis diligis me? Ait illi. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon Joannis amas me? Contristatus est Petrus qr dixit ei tertio, amas me: & dixit

dixit ei. Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen, amen dico tibi: cuz esses iunior cingebas te, et ambulabas vbi volebas. Cum autem senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo tu nō vis. Hoc autē dixit, significans, qua morte esset clarificatur⁹ deū. Offer. Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. Secreta.

Munus populi tui, q̄s domine, apostolica intercessione sanctifica: nosq3 a peccatorū nostrorum maculis emunda. Per. Cōio. Simon Joannis diligis me plus his? Dn̄e, tu omnia nosti: tu scis dn̄e, q2 amo te. Postc.

Quos celesti domine alimēto satiasti: apostolicis inter cessionibus ab omni aduersitate custodi. Per dominum nost.

In festo apostolorum Petri et Pauli. Introitus.

Die. 29.



Nunc scio vere, quia misit dn̄s angelum suuz: et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatiōe plebis Judeorum. psalmus. Domine probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, et resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, et filio, et. Oratio.

Deus, qui hodiernam diez apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio cōsecrasti: da ecclesie tue, eorum in omnib⁹ sequi preceptum: per quos religionis sumpsit exordium. Per. Et non fit comemor. de sancto Paulo, quia oratio est cōis: nec octaue S. Joannis Baptiste.

Lectio actuum Apostolorum.

In diebus illis: Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Jacobuz fratrem Joannis gladio. Uidens autem q2 placeret Judeis, apposuit vt apprehenderet et Petrum. (Erant autem dies Azymorum.) Quez cum apprehendisset, misit in carcerem: tradens quatuor quaternionibus militum custodiendū: volens post pascha producere eum populo. Et Petrus quidē seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad deum pro eo. Cū autem producturus eum esset Herodes: in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: et custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit: et lumen refulsit in habitaculo. Percussoque latere Petri, excitauit eum, dicens. Surge velociter. Et ceciderunt catene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Precingere, et calcea te caligas tuas. Et fecit sic: et dixit illi. Circunda tibi vestimentum tuum, et sequere me. Et exiens sequebatur eum: et nesciebat, quia veruz est quod fiebat per angelum. Existimabat ca.12

bat autem se visum videre. Trāseuntes autem primam et secundam custodias, venerunt ad portam ferream, que ducit ad ciuitatem: que vltro aperta est eis. Et exeuntes, processerunt vicum vnum: et continuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit. Nunc scio vere, quia misit dominus angelum suum: et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Judeorum. Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Alleluia.


c.16. Seq. sancti euang. secundum Matthe.



In illo tēpore: Venit Jesus in partes Cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos, dicēs. Quē dicunt homines esse filiū hominis? At illi dixerunt. Alij Joannem Baptistam: alij autem Eliam: alij vero Hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis Jesus. Vos autē quem me esse dicitis? Respōdens Simon Petrus, dixit. Tu es Christus filius dei viui. Respondens autē Jesus, dixit ei. Beatus es Simō Bar Jona: quia caro et sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: et super hanc petrā edificabo ecclesiam meā: et porte inferi non preualebūt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum et in celis: et quodcunque solueris super terram, erit solutum et in celis. Credo. Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine in omni progenie et generatione. Secre. Hostias domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, et defendi. Per dominum nostrum. Prefatio de apostolis, et dicitur per totam octauam. Communio. Tu es Petrus: et super hāc petram edificabo ecclesiam meā.

Postcommunio. Quos celesti domine alimēto satiasti: apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per dominum nostrum.

In Commemoratione sancti Pauli. Introitus. die 30.



Scio, cui credidi, et certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem, iustus iudex. Psalmus. Domine probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, et resurrectionem meam. ℣. Gloria patri et. Oratio. Deus

Deus, qui multitudinē gentium, beati Pauli apostoli predicatione docuisti: da nobis, quesumus: vt cuius natalitia cōlimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per dñm. Et fit cōmem. de beato Petro. Oratio.

Deus, q beato Petro apostolo tuo, collatis clauibus regni celestis, aīas ligandi, atq; soluēdi pontificiū tradidisti: concede: vt intercessionis eius auxilio, a peccatorū nostrorum nexibus liberemur. Qui vi. Deinde fit com. S. Joan. preterq; in ecclesia propria S. Pauli. Oratio.

Deus qui presentem diem.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Galatas.

ca. 1. Fratres: Notum vobis facio euangeliū, quod euangelizatū est a me: quia nō est sm hoiem. Neq; enim ego ab hoie accepi illud, neque didici: sed p reuelationem Jesu Christi. Audistis enim conuersationē meā aliquando in Judaismo: quoniā supra modum persequebar ecclesiam dei: & expugnabam illā: & proficiebam in Judaismo supra multos coetaneos meos, in genere meo: abundantius emulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filiū suum in me, vt euangelizarem illum in gentibus: continuo non acquieui carni & sanguini. Neq; veni Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos: sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascū. Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum: & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem Apostolorum vidi nemi nem: nisi Jacobum fratrem domini. Que autem scribo vobis: ecce corā deo, quia nō mentior.

Gradu. Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est & mihi inter gentes: & cognouerūt gratiā dei, que data est mihi. ℣. Gratia dei in me vacua nō fuit: sed gratia eius semper in me manet. Alleluia, alleluia. ℣. Sancte Paule apostole, predicator veritatis, & doctor gentium: intercede pro nobis. Alleluia.

Seq. sancti euang. sm Matthe.



In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Ecce, ego mitto vos, sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes: & simplices sicut columbe. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad presides & reges ducemini propter me, in testimonium illis & gentibus. Cū autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non c. 10.

eniz vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem: et pater filiuz. Et insurgent filij in parentes: et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit vsqz in finez, hic saluus erit. Dr Credo. Offer. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorz. Sec.

Apostoli tui Pauli precibus Domine, plebis tue dona sanctifica: vt, que tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis. Per do.

Pro beato Petro. Secreta.

Ecclesie tue, quesumus domine, preces et hostias beati Petri apostoli tui comendet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per dominum nostrum.

Pro sancto Joanne secreta.

Tua Dne. Prefatio de aplis. Cōio. Amen dico vobis: quod vos qui reliquistis omnia, et secuti estis me: centuplum accipietis, et vitam eternam possidebitis.

Postcommunio.

Perceptis dne sacramentis, beatis apostolis interuenientibus deprecamur: vt, que pro illoruz celebrata sunt gloria, nobis pficiant ad medelā. Per.


Pro beato Petro, Postcomu.

Letificet nos domine munus oblatuz: vt sicut in apostolo tuo Petro te mirabilez predicamus: sic per illum tue sumamus indulgentie largitatē. Per dominum. Pro sancto Joanne postcōmunio. Sumat ecclesia.

Festa Julii.

In octaua sancti Joānis Baptiste dicitur missa vt in die cum commemoratione apostolorz, vt supra. et in ea dicitur Credo. die 1.

In festo visitationis beate Marie virginis. Introitus.



Salue sancta parēs, enixa puerpera regem: qui celum terramque regit in secula seculorum. Psalmus. die 2.

Eructauit cor meum verbuz bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio.

Famulis tuis, quesumus domine, celestis gratie munus impertire: vt, quibus beate virginis partus extitit salutis exordium, visitationis eius votiua sollemnitas, pacis tribuat incrementum. Per dominuz nostrū.

Pro commemoratione sanctorum apostolorum Petri et Pauli. Oratio.

Deus, qui hodiernam diez apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio consecrasti: da ecclesie tue, eorū in oibus sequi preceptū, p quos religionis sumpsit exordiuz. Per dominū.

Pro comme. sanctorum martyr. Processi et Martiniani. Oratio.

Deus, qui nos sanctorum martyrum tuoruz Processi et Martiniani gloriosis confes-

sionibus circundas & protegis: da nobis, & eorũ imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per dominum nostrum Jesum.

Lectio libri Sapientię.

ca. 2. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreę, hinnuloque ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestram, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea: & veni. Jam enim hiems transijt, imber abijt, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vineę florentes dederunt odorem suum. Surge propera amica mea, speciosa mea: & veni. Columba mea in foraminibus petrę, in cauerna macerię, ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Graduale.

Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quę sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quẽ totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

Alleluia, alleluia. ℣. Felix es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitię. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



In illo tẽpore: Exurgens Maria, abijt in mõtana cum festinatione in ciuitatẽ Juda: & intrauit in domũ Zacharię: & salutauit Elisabeth. Et factũ est: vt audiuit salutationem Marię Elisabeth: exultauit infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus vẽtris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata, quę credidisti: quoniam perficiẽtur ea, quę dicta sunt tibi à domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. dicitur Credo. Offertorium. Beata es virgo Maria, quę omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit, & in ęternum permanes virgo. Secreta.

Unigeniti tui Domine nobis succurrat humanitas: vt qui natus de virgine matris integritatem non minuit, sed sacrauit, in Visitationis eius sollẽnijs, nostris nos piaculis eruens, oblationem nostram sibi faciat acceptam Jesus Christus dominus noster. Qui tecum viuit &c.

Pro

Pro cōme. Sanctorum aposto- lorum Petri ꝛ Pauli. Secreta.

HOstias dn̄e, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica ꝓsequatur oṙo: ꝑ quā nos expiari tribuas, ꝛ defendi.

Pro cōme. sanctoꝝ mar. Pro- cessi ꝛ Martiniani. Secreta.

SUscipe domine preces ꝛ munera: que, vt tuo sint di- gna conspectu, sanctorum tuo- rum precibus adiuuemur. Per do. Coio. Beata viscera Ma- rie virginis: q̄ portauerunt eter- ni patris filium. Postcommun.

SUmpsimus dn̄e celebrita- tis annue votiua sacramen ta: presta, quesumus: vt tempora lis vite nobis remedia prebeāt, ꝛ eterne. Per dominum nostrū.

Pro cōm. sanctoꝝ apostoloꝝ Petri ꝛ Pauli. Postcōmunio

QUos celesti dn̄e alimēto sa- tiasti: apostolicis interces- siōib⁹ ab oī aduersitate custodi.

Pro cōme. sanctoꝝ mar. Pro- cessi ꝛ Martiniani. Postcōmu.

COrporis sacri, ꝛ preciosi sā guinis repleti libamine q̄- sumus, domine deus noster: vt, quod pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per eundem dominum nostrū.

¶ Intra octaua sanc. apostolo- rum Petri, ꝛ Pauli. Introitus.

MIhi autē nimis hono rati sunt amici tui de⁹: nimis confortatus est principatus eoꝝ. Ps. Domine probasti me, ꝛ cognoui sti me: tu cognouisti sessionem meam, ꝛ resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oratio.

DEus, qui hodiernam diē apl'oꝝ tuoꝝ Petri ꝛ Pau li martyrio consecrasti: da eccle- sie tue, eorum in omnibus sequi preceptum: per quos religionis sumpsit exordiū. Per dominū.

Lectio actuum Apostolorum.

IN diebus illis: Per manus apostoloꝝ fiebant signa ꝛ prodigia multa in plebe. Et erāt vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceterorum autē nemo audebat se coniungere il- lis: sed magnificabat eos popu- lus. Magis autē augebatur cre dentium in domino, multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateis eijcerent infirmos, ꝛ po- nerent in lectulis, ꝛ grabbatis: vt veniente Petro, saltem vm- bra illius obumbraret quenquā illorum: ꝛ liberarentur ab infir- mitatibus suis. Cōcurrebat au- tem ꝛ multitudo vicinarum ciui- tatum, Hierusalem: afferentes egros, ꝛ vexatos a spiritibus im mundis: qui curabantur omnes. ca. 5.

Grad. Constitues eos princi- pes super omnem terrā: memo res erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confi- tebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: ꝛ tu aliquando conuersus, confirma fratres tu- os. Alleluia. Euang. Ecce nos reliquimus omnia. De cōi pro Abbatib. f. 249. dicit Credo. Offerto.

Offerto. In omnem terrã exiuit sonus eorũ: ꝛ in fines orbis terrę verba eorum. Secreta.

Hostias dñe, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, ꝛ defendi. Per dominum nostrũ. Prefatio de apostolis. Cõio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus Israel. Postcõm.

Quos cęlesti domine alimẽto satiasti, apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per dominum nostrũ.

¶ In octaua apostolorum Petri, ꝛ Pauli. Introitus.

die. 6.



Sapientiam sanctorũ narrẽt populi, ꝛ laudes eorum nunciet ecclesia: nomina autem eorũ viuent in seculũ seculi. psalmus. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, ꝛc. Oratio.

Deus, cuius dextera beatũ Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit: ꝛ coapostolum eius Paulũ tertiò naufragantem, de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, ꝛ concede: vt amborum meritis, ęternitatis gloriam consequamur. Qui viuis ꝛ regnas.

Lectio libri Sapientię.

eccl. 44.

Hi sunt viri misericordię, quorum iustitię obliuionẽ non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona: hęreditas sancta nepotes eorum. Et in testamentis stetit semen eorũ: ꝛ filij eorum propter eos in ęternum manent. Generatio eorũ, ꝛ gloria eorum, non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: ꝛ nomina eorum viuent in secula. Sapientiam eorũ narrent omnes populi: ꝛ laudeꝫ eorum pronunciet omnis ecclesia sanctorum. Graduale. Iustorum animę in manu dei sunt: ꝛ non tanget illos tormentum malitię. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Alleluia, alleluia. ℣. Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: ꝛ ego dispono vobis regnuꝫ, vt sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Alleluia.

Seq. sancti euange. sm Matth.



In illo tẽpore: Iussit Iesus discipulos ascendere in nauiculaꝫ, ꝛ pręcedere euꝫ transfretuꝫ, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos, ambulans supra mare. Et videntes eum supra mare ambulantem, turbati sunt, c.14.

sunt dicentes: quia phantasma est. Et prę timore clamauerunt. Statimq; locutus est eis Jesus, dicens. Habete fiduciam: ego sum: nolite timere. Respondens autem Petrus dixit. Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. Ueni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, vt veniret ad Jesum. Uidens verò ventum validum, timuit. Et cum cepisset mergi, clamauit dicens. Domine, saluum me fac. Et continuò extendens Jesus manum, apprehendit eum: ⁊ ait illi. Modicę fidei, quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, ⁊ adorauerunt eum dicentes. Uere filius dei es. dicitur Credo. Offertorium. Exultabunt sancti in gloria, lętabuntur in cubilibus suis: exaltationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Offerimus tibi domine preces ⁊ munera: quę, vt tuo sint digna conspectu, apostolorum tuorum Petri ⁊ Pauli precibus adiuuemur. Per dominum nostrū. Prefatio de Apostolis. Cōio. Iustorū animę in manu dei sūt: ⁊ non tanget illos tormētū malitię: visi sunt oculis insipiētiū mori: illi aūt sunt in pace. Postcō.

Protege domine populum tuum: ⁊ apostolorum tuorum Petri ⁊ Pauli patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua. Per dominum no.

¶ In festo sanctorū mar. Septē fratrum, ac Ruffinę ⁊ Secundę virginum ⁊ martyrum. Introi.



Laudate pueri die.
dominum, lau- 10.
date nomē domini: qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lętantem. Ps. Sit nomen domini benedictum, ex hoc, nunc, ⁊ vsque in seculū. V. Gloria. Oro.

Presta, quęsumus omnipotens deus: vt qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per. Episto. Mulierem fortē. de cōi nec virg. nec mar. fol. 253. Grad. Anima nostra, sicut passer erepta est de laqueo venātiū. V. Laqueus contritus est, ⁊ nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cęlum ⁊ terram. Alleluia, alleluia. V. Hęc est vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cęlestia. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij
secundum Mattheum. c.12.



In illo tēpore. Loquente Jesu ad turbas, ecce mater eius ⁊ fratres stabant foris, quęrentes loqui ei. Dixit aūt ei quidam. Ecce mater

ter tua, et fratres tui foris stant querentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait. Que est mater mea, et qui sunt fratres mei? Et extendens manum suam in discipulos suos, dixit. Ecce mater mea, et fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in celis est: ipse meus frater, et soror, et mater est. Offer. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Secreta.

Sacrificiis presentibus, que sumus domine, intende placatus: et intercedentibus sanctis tuis, deuotioni nostre proficiat, et saluti. Per dominum. Coio.

Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in celis est: ipse meus frater, et soror, et mater est, dicit dominus. Postcomunio.

Quesumus, omnipotens deus: vt intercedentibus sanctis tuis, illius salutaris capiamus effectum, cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per domi.

die. ¶ Sancti Pij pape et martyris,
11. Missa. Statuit ei dominus. vt in coi vnius marty. pont. f.236.

die. ¶ Sanctorum martyrum Na-
12. boris et Felicis. dicitur Missa. Intret in conspectu tuo. de coi plurimo. marty. 241. preter orationem, que dicit vt infra. Oro.

Presta quesumus domine: vt, sicut nos sanctorum martyrum tuorum Naboris et Felicis natalitia celebranda non deserunt: ita iugiter suffragiis comitentur. Per dominum. Secre.

Munera plebis tue, quesumus domine, sanctorum martyrum tuorum Naboris et Felicis fiant grata suffragiis: et quorum triumphis tuo nomini offeruntur, ipsorum digna perficiantur et meritis. Per d. Postcoio.

Natalitiis sanctorum tuorum, quesumus domine, et sacramenti munere vegetati: bonis, quibus per tuam gratiam nunc fouemur, perfruamur eternis. per.

¶ In festo sancti Anacleti pape et die.
marty. Missa. Sacerdotes dei. 13
de coi vnius mart. pontifi. f.237

¶ In festo sancti Bonauenture epi die.
scopi et confessoris. Introitus. 14



Sacerdotes tui domine induant iustitiam: et sancti tui exultent: propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui. ps. Memento domine Dauid, et omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri et filio. Oratio.

Exaudi, quesumus domine, preces nostras: quas in beati Bonauenture confessoris tui atque pontificis sollemnitate deferimus: et qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per domin. Epistola. Testificor coram deo. de communi doctorum. f.247. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Iurauit dominus, et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum

secundum ordinē Melchisedec. Alleluia. Euangelium. Homo quidam peregre. de communi confesso. pōtifi. fol. 245. Offertorium. Ueritas mea, et misericordia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabit cornu eius. Sec.

SAncti Bonauenture confessoris tui atq; pontificis, quesumus domine, annua sollēnitas pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie placationis officia, et illum beata retributio comitetur, et nobis gratie tue dona conciliet. Per dominum. Communio. Beatus seruus, quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super omnia bona sua cōstituet eum. Postcommunio.

DEus, fidelium remunerator animarum, presta: vt beati Bonauenture confessoris tui atque pontificis, cuius venerandā celebramus festiuitatem, precibus, indulgentiam consequamur. Per dominum nostr.

¶ Sancti Alexij confessoris.

Introitus.

die. 17



OS iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudiciū: lex dei eius in corde ipsius. Psal. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatez. ℣. Gloria patri et filio. Oratio.

DEus, qui nos beati Alexij confessoris tui annua sollemnitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colim⁹, etiam actiones imitemur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vi. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Timotheum.

FRatres. Est questus magnus: pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hūc mundum: haud dubium q; nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, et quibus tegamur: his contenti sumus. Naz qui volunt diuites fieri: incidūt in tentationem et in laqueuz diaboli, et desideria multa inutilia, et nociua, que mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum, est cupiditas. Quam quidam appetentes, errauerunt a fide: et inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo dei, hec fuge: sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatē, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam eternam. Graduale. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus libani, multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir qui suffert tentationē: quoniam cuz probatus fuerit, accipiet coronā vite. Alleluia. Euangeliū. Ecce nos reliquimus omnia. de cōmuni Abba. f. 249. Offe. Ueritas mea et misericordia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur

i. c. 6

tur cornu eius. Secreta.
Laudis tibi dñe hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos et presentibus exui malis confidimus, et futuris. Per dom. Communio. Beatus seruus, quem cu3 venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua cõstituet eum. Postcommunio.
Refecti cibo, potuque celesti deus noster, te supplices exoramus: vt in cuius hec commemoratione percépimus, eius muniamur et precibus. Per do.
¶ Sãcte Symphorose cum septẽ filijs martyrib⁹. Introitus.

dic. 18



Clamauerunt iusti, et domin⁹ exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos. Psalm⁹. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Oratio.
Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuoru3, Symphorose et filiorũ natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per. Epist. Sancti per fidẽ vicerunt regna. de communi plurimo. marty. fol. 244. Grad. Ecce quàm bonum, et quàm iucundu3 habitare fratres in vnũ. ℣. Sicut vnguentum in cápite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Alleluia, alleluia. ℣. Hec est vera fraternitas, que vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna celestia. Alleluia. Euangelium. Attendite a fermento phariseorum. de eodem communi fol. 244. Offertorium. Letamini in domino, et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.
Munera tibi domine nostre deuotionis offerim⁹: que et pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, et nobis salutaria te miserante reddãtur. Per do. Cõio. Quicunq3 fecerit voluntatẽ patris mei qui in celis est: ipse meus frater, et soror, et mater est, dicit dñs. Postcommunio.
Presta, nobis quesumus, domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Symphorosa et filiis: vt que ore contingimus, pura mẽte capiamus. Per dominum nostrum Jesu3.
¶ Sante Margarite virginis et martyris, Missa. Me expectauerunt, de communi virginum et martyrum. fol. 250. dic. 20
¶ Sancte Praxedis virginis. Introitus.

dic. 21



Loquebar de testimonijs tuis in cõspectu regu3, et nõ confundebar: et meditabor in mãdatis tuis, que dilexi nimis. Psalm. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria. Oratio.
Exaudi nos deus salutaris noster: vt, sicut de beate Praxẽdis virginis tue festiuita-

te gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur effectu. Per domin. Epistola. De virginibus pręceptum domini non habeo. De communi virginum. fol. 252. Graduale. Dilexisti iustitiam: & odisti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te deus tuus oleo lętitię. Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna, Alleluia. Euangeliū. Simile est regnum celorū thesauro abscondito in agro. De eod. communi. fo. 251. Offertorium. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in ęternum, & in seculum seculi. Secreta.

ACcepta tibi sit dn̄e sacratę plebis oblatio, pro tuorū honore sanctorum: quorū se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxiliū. Per. Coio.

Simile est regnum cęlorū homini negotiatori, quęrenti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam. Postcōio.

SAtiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, intercuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per dominum nostr.

¶ In festo sanctę Marię Magdalenę. Introitus.

die. 22.



ME expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua dn̄e intellexi: omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuū nimis. Psalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria. Oratio.

BEatę Marię Magdalenę, quęsumus domine, suffragiis adiuuemur: cuius precibus exoratus quatriduanum fratrem Lazarum viuum ab inferis resuscitasti. Qui viuis & regnas in.

Lectio libri sapientię.


SUrgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quęram quē diligit anima mea: Quęsiui illum: & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quē diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meę, & in cubiculum genitricis meę. Adiuro vos filię Hierusalem per capreas, ceruosque camporū: ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculū super brachium tuum: quia fortis est vt mors, dilectio: dura sicut infernus, ęmulatio. Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum. Aquę multę non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiā domus suę pro dilectione: quasi nihil despiciet eam. Graduale. Dilexisti iustitiā: & odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te ca. 3.

deus, deus tuus oleo letitie. Alleluia, alleluia. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternū. Alleluia. Euangeliū. Rogabat Jesum quidam phariseus. in feria quinta dominice passionis. fol. 66. .dī Credo. Offert. Filie regū in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circūdata varietate. Secre.

Munera nostra, quesumus dn̄e, beate Marie Magdalene gloriosa merita tibi reddant accepta: cuius oblationis obsequiū vnigenitus filius tuus clementer suscepit impensū. Qui te. Cōmunio. Feci iudicium ꝛ iustitiam dn̄e, non calumnient mihi superbi, ad oīa mādata tua dirigebar, omnē viam iniquitatis odio habui. Postcō.

Sumpto, quesumus domine, vnico ac salutari remedio, corpore scilicet, ꝛ precioso sanguine tuo: ab oibus malis, scte Marie Magdalene patrociniis eruamur. Qui viuis ꝛ re.

die. 23. ¶ In festo Sancti Apolinaris episcopi ꝛ martyris. Introitus.



Sacerdotes dei benedicite dn̄m: sancti ꝛ humiles corde laudate deum. Psal. Benedicite oia opa dn̄i dn̄o: laudate ꝛ superexaltate eū in secula. ℣ Gloria patri. Oratio.

Deus, fidelium remunerator animarum, quiqꝫ hūc diem beati Apolinaris sacerdotis tui martyrio consecrasti: tribue, quesumus, nobis famulis tuis: vt, cuius venerandā celebramus festiuitatē, precibus eius indulgentiā cōsequamur. Per do.

Lec. epistole bti Petri apostoli.

Charissimi: Seniores q in vobis sunt obsecro, consenior ꝛ testis Christi passionū, q ꝛ eiꝰ que in futuro reuelāda est, glorie cōicator. Pascite q in vobis est gregem dei: prouidentes non coacte, sed spontanee secundum deū: neqꝫ turpis lucri gratia, sed volūtarie: neqꝫ vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilē glorie coronam. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes enim inuicem humilitatē insinuate. Quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiā. Humiliamini igitur sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempore visitationis: omnē solicitudinem vestrā proijcientes in eū, quoniā ipsi cura est de vobis. Sobrij estote, ꝛ vigilate: qꝛ aduersarius vester diabolus tāquam leo rugiens circumit, querens quē deuoret. Cui resistite, fortes in fide: scientes eandē passionem ei que in mundū est, vestre fraternitati fieri. Deus aūt omnis gratie, qui vocauit nos in eternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitqꝫ. Ipsi gloria, ꝛ imperiū in

secula seculorū. Amen. Grad. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meū confortabit eū. V. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. V. Jurauit dñs: et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundū ordinem melchisedec. Alleluia.

Sequē. scti euang. scdm Lucam.

c. 22. 

In illo tēpore: Facta est contētio iter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autē eis Jesus. Reges gentiū dominantur eorū, et qui potestatē habēt super eos, benefici vocantur. Uos autē non sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: et qui precessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recūbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrū sum, sicut qui ministrat. Uos autē estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum: vt edatis et bibatis super mensam meā in regno meo: et sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Jsrael. Offerto. Ueritas mea et misericordia mea cū ipso: et in noie meo exaltabit cornu eius. Sec.

Respice domine propitius super hec munera: que pro beati sacerdotis et martyris tui Apollinaris commemoratione deferimus, et pro nostris offensionibus immolamus. Per dominum nostrum. Communio. Domine quinqz talēta tradidisti mihi: ecce alia quinqz superlucratus sum: euge serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituā, intra in gaudium domini tui. Postcommu. Tua sancta sumētes, quesumus domine: vt beati Apollinaris nos foueant continuata presidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per.

¶ Missa vigilie sancti Jacobi dicat de cōi in vigilia vnius Apostoli. Et pro commemor. sancte Christine virginis et martyris, dicitur oratio. Indulgentiā. cū sua secreta, et postcommunio. de communi virgi. et marty. f. 250. — die. 24. fol. 236.

¶ Si festum sancti Jacobi venerit feria ij. de vigilia fit cōme. in Missa sācti Apollinaris, et de sancta Christina in dominica.

¶ In festo sancti Jacobi apostoli. Introitus. — die. 25.



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Psal. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, et resurrectionem meam. V. Gloria

Gloria patri & filio. Oratio.
Esto dñe plebi tuę sanctificator & custos: vt, apostoli tui Jacobi munita pręsidijs, & conuersatione tibi placeat, & secura mente deseruiat. Per do.
In missis priuatis pro commemoratione sancti Christophori martyris, oratio. Presta quęsumus omnipotens deus. de communi vnius mart. fol. 239. In Missa sollēni nulla cōm. fit de eodem.
Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.
1.C.4 Fratres: Puto, quod deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquaꝫ morti destinatos: quia spectaculū facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christū: vos autē prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Usqꝫ in hanc horaꝫ & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cędimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur: & benedicimus. Persecutioneꝫ patimur: & sustinemus. Blasphemamur: & obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsqꝫ adhuc. Non vt confundaꝫ vos, hęc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. Nam si decē millia pędagogoruꝫ habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Jesu, per euangelium ego vos genui.
Gradua. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribꝰ tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebūtur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Ego vos elegi de mundo, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat, Alleluia.
Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.



In illo tēpore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedęi cum filijs suis, adorās & petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuaꝫ, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autē Jesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē, quē ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteraꝫ meam & sinistram, non est meum dare vobis: sed, quibus paratuꝫ est a patre meo. dicit Credo. C.20.
Offert. In omnem terram exiuit sonus eoruꝫ, & in fines orbis terrę verba eorum. Secreta.
Oblationes populi tui, quęsumus domine, beati apostoli tui Jacobi passio beata conciliet: &, quę nostris nō apta sunt meritis, fiant tibi placita eius deprecatione. Per dominum.
Prefatio de apostolis. Cōm.

Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Postcõio.

Beati apostoli tui Jacobi, quesumus domine, intercessione nos adiuua: pro cuius festiuitate percepimus tua sancta letantes. Per dominum nostr.

die. 27 ¶ Sancti Pantaleonis martyris, Missa. Letabitur iustus. de commun. vnius mart. f. 238.

die. 28 ¶ In festo sanctorum Nazarij, Celsi, et Victoris martyrũ, et Innocentij Pape et Confessoris, Missa. Intret in cõspectu. 241. cum Epistola. Reddidit deus mercedez. 243. de cõi plurimorũ martyrum. preter orationes, que dicuntur vt infra. Oratio.

Sanctorũ tuorum nos domine Nazarij, Celsi, Victoris, et Innocentij confessio beata communiat: et fragilitati nostre subsidiuz dignanter exoret. Per dominum. Secreta.

Concede nobis omnipotens deus: vt his muneribus, que pro sanctorum tuoruz Nazarij, Celsi, Victoris, et Innocentij honore deferimus, et te placemus exhibitis, et nos viuificemur acceptis. Per dominũ nostrum Jesuz. Postcõmunio.

Sanctorum Nazarij, Celsi, Victoris, et Innocentij domine intercessione placatus: presta quesumus: vt, quod temporali celebramus actione, ppetua saluatione capiamus. Per do.

die. 29 ¶ In festo sancte Marthe virginis. Introitus.



Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitie, pre consortibus tuis. Psal. Eructauit cor meuz verbuz bonum: dico ego opera mea regi. V. Gloria. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt, sicut de beate Marthe virginis festiuitate gaudemus, ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominuz.

Pro commemoratione sanctorum martyr. Felicis, Simplicij, Faustini, et Beatricis. Oratio.

Presta, quesum⁹ domine: vt, sicut populus Christianus martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, et Beatricis temporali sollemnitate congaudet, ita perfruatur eterna: et qd votis celebrat, comprehendat effectu. Per dominum nostruz Jesum Christũ. Epistola. Qui gloriatur, in domino glorietur. de commun. virginuz. fol. 251. Gradu. Specie tua, et pulchritudine tua: intẽde, prospere procede, et regna. V. Propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiã, et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. V. Adducentur regi virgines post eam: proxime eius afferentur tibi in letitia, Alleluia. Euange. Intrauit Jesus in quoddaz castellũ. vt in festo Assump. beate Marie. f. 237. Offert. Filie regũ in honore tuo: astitit regina

a dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Secre.

A Ccepta tibi sit dñe sacratę plebis oblatio, pro tuorũ honore sanctorum: quorũ se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit &c.

Pro cõmemoratione sanctorũ martyrũ Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis. Secreta.

HOstias tibi dñe pro sanctorum martyrũ tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis cõmemoratione deferimus, suppliciter deprecãtes: vt indulgentiã nobis pariter conferãt, & salutẽ. Per. Coio. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cũ lampadibus: media aũt nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam Christo dño. Postcõ.

SAtiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per dominum nostr.

Pro cõmemoratione sanctorũ martyrũ Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis. Postcom.

PRęsta, quęsumus omnipotens deus: vt sanctorum martyrum tuorũ Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis cęlestib⁹ mysterijs celebrata sollemnitas, indulgentiam nobis tuę propitiationis acquirat. Per.

¶ Sanctorum martyrum Abdon & Sennen. Introitus.



INtret in cõspectu tuo dñe gemitus cõpeditorũ: redde vicinis nr̃is septuplũ i sinu eorũ: vindica sanguinẽ sanctorũ tuorũ: qui effusus est. Psal. Deus venerũt gentes in hereditatẽ tuã: polluerũt tẽplũ sanctũ tuũ: posuerũt Hierusalem in pomorũ custodiã. ℣. Glia. Oro.

DEus qui sanctis tuis Abdon & Sennen ad hanc gloriã veniẽdi copiosũ munus gratię cõtulisti: da famulis tuis suorum veniã peccatorũ: vt sanctorum tuorũ intercedentibus meritis, ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari. Per do.

Epistola Exhibeamus nosmet ipsos. de comuni plurimorũ marty. f. 243. Grad. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate: faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia, alleluia. ℣. Justorũ animę in manu dei sunt: & non tanget illos tormẽtũ malitię. Alleluia. Euangelium. Videns Jesus turbas. de codẽ comuum. f. 244. Offertorium.

Mirabilis deus in sanctis suis: deus Jsrael ipse dabit virtutẽ, & fortitudinem plebi suę: benedictus deus. Secreta.

HAec hostia, quęsumus domine, quã in sanctorũ martyrum tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostrę prauitatis absoluat, & tuę no

bis misericordię dona conciliet. Per dominum. Communio. Posuérunt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilib⁹ celi: carnes sanctorum tuorū bestiis terrę: secundum magnitudinez brachij tui, possidc filios morte punitorum. Postcōmunio.

Per huius domine operationem mysterij, ⁊ vitia nostra purgētur, ⁊, intercedētibus sanctis tuis Abdon, ⁊ Sennen, iusta desideria compleantur. Per dominum nostrum Jesuz.

Festa Augusti.

dic. 1 In festo sancti Petri ad vincula. Introitus.



Nunc scio verè, q̄ misit dominus angelum suum, ⁊ eripuit me de manū herodis, ⁊ de omni expectatiōe plebis Judęorum. Psalmus. Domine probasti me, ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, ⁊ resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Deus, qui beatum Petruz apostoluz, a vinculis absolutuz, illęsum abire fecisti: nostrorum, quęsumus, absolue vincula peccatorū: ⁊ omnia mala a nobis propitiatus exclude. Per do.

Deinde fit commemoratio de sancto Paulo. Oratio.

Deus, qui multitudiné gentium beati Pauli apostoli prędicatione docui sti: da nobis, quęsumus: vt cuius commemorationem colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per do.

Pro commemoratione sanctorum mart. Machabęorū. Orō.

Fraterna nos domine martyrum tuorum corona lętificet: quę ⁊ fidei nostrę prębeat incrementa virtutum, ⁊ multiplici nos suffragio cōsoletur. Per.

Episto. Misit Herodes rex manus. vt in festo apostolorum Petri ⁊ Pauli Grad. Constitues eos principes super omnem terram: mémores erūt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Solue iubēte deo terrarum Petre catenas: qui facis, vt páteant cęlestia regna beatis, Alleluia. Euangel. Venit Jesus in partes Cęsareę Philippi. ibidem vbi epis. Et dicitur Credo. Offert. Constitues eos principes super omnē terrā: mémores erunt nominis tui dn̄e in oi progenie ⁊ gn̄atione. Sec.

Oblatum tibi domine sacrificiuz, intercedente beato Petro apostolo tuo, viuificet nos semper, ⁊ muniat. Per do.

Pro sancto Paulo. Secreta.

Apostoli tui Pauli precib⁹ domine plebis tuę dona sanctifica: vt, quę tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis.

Pro commemo. sanctoruz martyrum Machabęorum. Secre.

Iterata mysteria domine, pro sanctorum martyrum

tuorum

tuorũ cõmemoratione, deuota mente tractemus: quibꝰ pręsidiũ nobis crescat, & gaudiũ. Per d.
Pręfatio de aplis. Cõio. Tu es Petrus: & super hãc petrã ędificabo ecclesiam meã. Postcõio.
Corporis sacri, & preciosi sanguinis repleti libamine, q̃s dñe deus noster: vt, quod pia deuotione gerimus, certa redẽptione capiamus. Per domin.
Pro sancto Paulo. Postcõio.
Perceptis dñe sacramẽtis, beatis apostolis interuenientibus deprecamur: vt, quę pro illorũ celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam.
Pro commemoratione sanctorum Machabęorũ. Postcõio.
Pręsta, q̃s, oр̃s deꝰ: vt quorum memoriã sacramenti participatione recolimus, fidẽ quoq̃ pficiẽdo sectemur. Per.
die. 2. ¶ Sancti Stephani Papę, & martyris. Introitus.



Sacerdotes eius induant salutari, & sancti eius exultatione exultabunt. ps. Memẽto domine Dauid, & omnis mãsuetudinis eius. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.
Deus, qui nos beati Stephani martyris tui atque pontificis annua sollemnitate lętificas: concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiusdẽ etiam protectione gaudeamus. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tec.

Lectio actuum apostolorum.
In diebus illis. A Mileto c. 20.
Paulus mittens Ephesũ: vocauit maiores natu ecclesię. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis. Vos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscũ per omne tempus fuerim, seruiens domino cum omni humilitate & lacrymis, & tentationibus, quę mihi acciderunt ex insidiis Judęorum: quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium, quominus annunciarem vobis, & docerem vos publice, & per domos, testificans Judęis atq̃ gentilibus in deum pęnitentiam, & fidem in dominum nostrum Jesũ Christum. Gradua. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legẽ excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in ęternum, secundum ordinem Melchisedec. Alleluia. Euangelium. Siquis vult venire post me. de communi vnius marty. pont. fol. 237.
Offertorium. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Secreta.
Munera tibi domine dicata sanctifica: & intercedente beato Stephano martyre tuo atque pontifice, per eãdem nos placatus intende. Per dñm.
Communio. Dñe quinq̃ talẽta tradidisti mihi: ecce alia quin-

que superlucratus sum: euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituaz: intra in gaudiũ dñi tui. Postcõ.
H Aec nos communio domine purget a crimine: ꝛ intercedēte beato Stephano martyre tuo atque pontifice, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum.

die.3 ¶ In inuētione sancti Stephani protomartyris, ad Missaz oia dicuntur de natali eius. fol. 12. At vbi dicitur in oratione natalitia, dicatur inuentionem.

die 4 ¶ In festo sancti Dominici cõfessoris. Introitus.



S iusti meditabitur sapientiam: ꝛ lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. Psalmus. Noli ęmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria. Oratio.
D Eus, qui ecclesiam tuam, beati Dominici confessoris tui illuminare dignat⁹ es meritis ꝛ doctrinis: concede: vt, ei⁹ intercessione temporalibus non destituatur auxilijs, ꝛ spiritualibus semper proficiat incrementis. Per dominum. Epistola. Testificor coram deo. de communi doctorũ. f. 247. Gradu. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani, multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciādum mane misericordiam tuaz, ꝛ veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Justus germinabit sicut lilium: ꝛ florebit in ęternuz ante dominũ. Alleluia. Euange. Sint lumbi vestri pręcincti. de cõmuni confesso. non pontificũ. fo. 248. Offert. Veritas mea ꝛ misericordia mea cũ ipso: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
M Unera tibi domine dicata sanctifica: vt meritis beati Dominici confessoris tui, nobis proficiant ad medēlaz. Per do. Cõio. Fidelis seruus ꝛ prudēs, quē constituit dñs super familiā suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõmunio.
C Oncede, quęsumus omnipotens deus: vt, qui peccatorum nostrorum pōndere prémimur, beati Dominici cõfessoris tui patrocinia subleuēmur. Per dominum nostrum Jesum Christuz filium tuum: qui tecuz viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus.

¶ In dedicatione sanctę Marię ad Niues, Missa. Salue sancta parens. vt in missis votiuis beatę M. virg. a Pēteco. vsq; ad Aduētũ. fo. 261 Et dr̃ Credo. Prefatio de Sācta Maria. die.5

¶ In festo Transfigurationis domini nostri Jesu Christi. Introitus. die. 6.



Illuxerunt coruscationes tuę orbi terrę: cõmota est, ꝛ contrēmuit terra. Psal. Quam dilecta tabernācula tua domine virtutum: concupiscit,

piscit, ⁊ déficit anima mea in átria domini. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui fidei sacramenta, in vnigeniti tui gloriosa Transfiguratione patrum testimonio roborasti: ⁊ adoptionē filiorum perfectam, voce delapsa in nube lúcida, mirabiliter pręsignasti: concede propitius: vt ipsius regis glorię nos coheredes efficias, ⁊ eiusdem glorię tribuas esse consortes. Per eundem d.

Pro commemoratione sanctorum martyrū Xisti, Felicissimi, ⁊ Agápiti. Oratio.

DEus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorū Xisti, Felicissimi, ⁊ Agapiti natalitia cólere: da nobis in ęterna beatitudine de e[illegible] societate gaudere. Per dominū. Lectio epistolę beati Petri apostoli.

2.c.1 CHarissimi: Nō doctas fabulas secuti, notā fecimus vobis domini nostri Jesu Christi virtutem ⁊ pręsentiā: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorē ⁊ gloriam, voce ad eum delápsa huiusmodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de cęlo allatam: cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorē propheticum sermonem: cui bene facitis attendentes, quasi lucernę lucenti in caliginoso loco: donec dies illucescat, ⁊ lucifer oriatur in cordibus vestris. Graduale.

Speciosus forma pre filiis hominū: diffusa est gratia in labiis tuis. ℣. Eructauit cor meū verbum bonū: dico ego opera mea regi. Allia, allia. ℣. Candor est lucis ęternę: speculū sine macula, ⁊ imago bonitatis illius. Allia. Sequē. scti euāg. sm Matthęū.



IN illo tēpore: Assumpsit Jesus Petrum, ⁊ Jacobum, ⁊ Joannem fratrem eius: ⁊ duxit illos in montem excelsum seorsū: ⁊ trāsfiguratus est ante eos. c.17. Et resplēduit facies eius sicut sol: vestimenta aūt eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuérunt illis Moyses ⁊ Elias, cum eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Jesum. Domine, bonū est nos hic esse. Si vis, faciamus hic tria tabernácula: tibi vnum, Moysi vnum, ⁊ Elię vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lúcida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam: ⁊ timuerunt valde. Et accessit Jesus, ⁊ tétigit eos: dixitque eis. Súrgite, ⁊ nolite timere. Leuātes autem óculos suos, neminē vidérunt, nisi solum Jesum. Et descendentibus illis de monte, pręcepit eis Jesus, dicens. Ne-

liam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõio.

O Mnipotens ꝛ misericors deus, qui nos sacramentorum tuorum ꝛ participes efficis ꝛ ministros: presta quesumus: vt, intercedẽte beato Donato martyre tuo atq; pontifice, eiusdem proficiamus ꝛ fidei consortio, ꝛ digno seruitio. Per dominũ nostrum Jesum Christum filium.

¶ In festo Sanctorum martyrum Cyriaci, Largi, ꝛ Smaragdi. Introitus.

die.8 
Imẽte dominum omnes sancti eius: quoniã nihil deest timentibus eum: diuites eguerunt, ꝛ esurierũt: inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Psalmus. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Oratio.

D Eus, qui nos annua beatorum martyrum tuorũ Cyriaci, Largi, ꝛ Smaragdi sollemnitate letificas: concede propitius: vt, quorum natalitia colimus, virtutem quoq; passionis imitemur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

1.c.2 F Ratres: Gratias agimus deo sine intermissione: quoniã cum accepissetis a nobis verbum auditus dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed sicut est vere verbum dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Vos enim imitatores facti estis, fratres, ecclesiarum dei, que sunt in Judea, in Christo Jesu: quia eadem passi estis ꝛ vos a contribulibus vestris, sicut ꝛ ipsi a Judeis: qui ꝛ dominum occiderũt Jesum, ꝛ prophetas, ꝛ nos persequuti sunt: ꝛ deo non placent: ꝛ omnibus hominibus aduersantur: prohibentes nos gentibus loqui, vt salui fiant: vt impleant peccata sua semper. Peruenit enim ira dei super illos vsque in finem. Graduale. Timete dominum omnes sancti eius: quoniam nihil deest timẽtibus eum. ℣. Inquirentes autem dñm, nõ deficient omni bono. Alleluia, alleluia. ℣. Fulgebunt iusti: ꝛ tãquam scintille in arundineto discurrent in eternum. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.


I N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. c.16. Euntes in mundũ vniuersum, predicate euangelium omni creature. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit: saluus erit. Qui vero nõ crediderit: cõdemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hec sequentur. In noĩe meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: ꝛ, si mortiferũ quid biberint, non eis nocebit: super egros manus imponent, ꝛ bene habebunt. Offert. L ctamini

in dño, ꝛ exultate iusti: ꝛ gloriamini omnes recti corde. Secre. ACcepta sit in cóspectu tuo domine nostra deuotio: ꝛ eorum nobis fiat supplicatione salutaris, pro quorum sollemnitate defertur. Per dominũ nostrum. Communio. Signa autem eos, qui in me credũt, hec sequentur demonia eiicient: super egros manus impónent, ꝛ bene habebunt. Postcommunio. REfecti participatione muneris sacri, quesumus, domine deus noster, vt quorum exéquimur cultuz, sentiamus effectum. Per dominum nostrum.

¶ In vigilia sancti Laurentij martyris. Introitus.



die. 9 Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur i gloria. psal. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria patri ꝛ filio. Oratio. ADesto domine supplicationibus nostris: ꝛ intercessione beati Laurẽtii martyris tui: cuius preuenimus festiuitatem, perpetuam nobis misericordiaz benignus impende. Per domi.

Pro commemoratione Sancti Romani martyris. Oratio. PResta quesumus omnipotens deus: vt intercedente beato Romano martyre tuo, ꝛ a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, ꝛ a prauis cogitationibus mundemur in mẽte. Per dominum nostrum Jesuz.

Tertia oratio, Ecclesie, vel pro Papa. Si festum sancti Laurentii venerit feria ij. de vigilia fit cómemoratio in sabbato, ꝛ de sancto Romano in dominica. Ubi autem fuerint plures sacerdotes in sabbato dicatur etiaz missa de vigilia. Lectio libri sapientie.

COnfitebor tibi dñe rex, ꝛ collaudabo te deum saluatorem meuz. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor ꝛ protector factus es mihi: ꝛ liberasti corpus meum a perditione: a laqueo lingue inique, ꝛ a labiis operantium mendacium: ꝛ in conspectu persequentium factus es mihi adiutor. Et liberasti me, secundum multitudinez misericordie nominis tui a rugientibus preparatis ad escaz, de manibus querentium animam meaz: ꝛ de portis tribulationum que circũdederũt me: a pressura flamme que circundedit me: ꝛ in medio ignis nó sum estuatus. De altitudine ventris inferi: ꝛ a lingua coinquinata, ꝛ a verbo mendacij: a rege iniquo: ꝛ a lingua iniusta. Laudabit vsque ad mortem anima mea dominũ: quoniam eruis sustinentes te: ꝛ liberas eos de manu angustie, domine deus noster. Graduale. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. ℣. Potẽs in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. Euág. Si quis vult venire post me. de com-

eccl. 51

cõi vnius mart. fo.237. Offert. Oratio mea mũda est: ꝛ ideo peto, vt detur locus voci meę in cęlo: q꞉ ibi est iudex meus, ꝛ cõscius meus: in excelso ascendat ad dominum deprecatio mea. Secre. Hostias domine, quas tibi offerimus, propitius suscipe: ꝛ intercedente beato Laurẽtio martyre tuo, vincula peccatorum nostrorum absolue. Per d.

Pro cõmemoratione sancti Romani martyris. Secreta.

Accepta sit in cõspectu tuo dñe nr̃a deuotio: ꝛ eius nobis fiat supplicatione salutaris; ꝓ cuius sollẽnitate deferť. Per d. Cõio. Qui vult venire post me, ãbneget semetipsũ: ꝛ tollat crucẽ suã, ꝛ sequať me. Postcõ. Da, q̃s, dñe deus noster: vt, sicut beati Laurentij martyris tui cõmemoratione, tẽporali gratulamur officio: ita perpetuo lętemur aspectu. Per d.

Pro commem. sancti Romani martyris. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quęsumus, domine deus noster: vt sancti Romani martyris tui, cuius exequi-
dic. mur cultum, sentiamus effectũ.
10 ¶ In festo sancti Laurentij martyris. Introitus.



Confessio ꝛ pulchritudo in cõspectu eius: sanctitas ꝛ magnificentia in sanctificatione eius. Psal. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria patri, ꝛ filio ꝛ. Oratio. Da nobis, quesumus omnipotens deus, vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per dominum nostrum Iesum Christum filium.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Qui parce semi- 2.C.9
nat, parce ꝛ metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus ꝛ metet: vnusquisque prout destinauit in corde suo: non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiã habentes, abundetis in omne opus bonum: sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti, ꝛ panem ad manducandum prębit. Et multiplicabit semen vestrum: ꝛ augebit incrementa frugum iustitię vestrę. Graduale. Probasti domine cor meum: ꝛ visitasti nocte. ℣. Igne me examinasti: ꝛ non est inuenta in me iniquitas. Alleluia, alleluia. ℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus est: qui per signum Crucis cęcos illuminauit, Alleluia.

Sequentia sancti euangelij, secundum Ioannem.

c. 12. 

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Amen, amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terram, mortuũ fuerit: ipsum solum manet. Si autẽ mortuum fuerit: multum fructũ affert. Qui amat animam suam, perdet eam: ⁊ qui odit animam suam in hoc mundo, in vitã ęternam custodit eam. Siquis mihi ministrat, me sequatur: ⁊ vbi ego sũ, illic ⁊ minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus, qui est in celis. non dicitur Credo. nisi in ecclesia propria, ⁊ nisi venerit in dominica. Offer. Cõfessio ⁊ pulchritudo in conspectu eius: sanctitas ⁊ magnificẽtia in sanctificatione eius. Secreta.

ACcipe, quęsumus domine, múnera dignáter oblata: ⁊ beati Laurẽtij suffragantibus meritis, ad nostrę salutis auxiliũ prouenire concede. Per dominum nostrum. Communio.

Qui mihi ministrat, me sequatur: ⁊ vbi ego sũ, illic ⁊ minister meus erit. Postcommunio.

SAcro múnere satiati, supplices te domine deprecamur: vt, quod debitę seruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurẽtio martyre tuo, saluationis tuę sentiamus augmentum. Per dominum nostrũ Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnit.

Infra octauam sancti Laurentij fit idem officium quod in die: ⁊ post orationem diei dicitur oratio de sancta Maria, Cõcede. tertia Ecclesię. vel pro Papa. ⁊ non fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semiduplex: de simplici autem fit tantum cõmemoratio.

¶ Pro comme. sanctoruꝫ marty. Tyburtij ⁊ Susannę. Orõ. die. 11.

SAnctorum martyrum tuorum Tyburtij ⁊ Susannę nos domine fóueant continuata pręsidia: quia non désinis propitius intuéri, quos talibus auxiliis concesseris adiuuari. Per dominum nostrũ. tertia oratio. Ecclesię. vel pro Papa nisi venerit in dominica: tunc enim tertia oratio erit pro sanctis. Secr.

ADesto domine precibus populi tui: adesto muneribus: vt, quę sacris sunt oblata mysteriis, tuorum tibi pláceant intercessione sanctorũ. Per dominum nostrum. Postcomm.

SUmpsimus domine pignus redẽptionis ęternę: quod sit nobis, quęsumus, interueniẽtibus sanctis martyribus tuis, vitę pręsentis auxilium pariter, ⁊ futurę. Per dominum nostr.

¶ Pro cõmemoratio. Sanctę Clarę virginis. Oratio. die. 12.

EXaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beatę Clarę virginis festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dñm. Secre.

ACcepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro

tuorum

tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum. Postcommu.

Satiasti domine familiã tuam muneribus sacris: eius quesumus semper interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per dominuz no.


die. 12. ¶ Pro commem. Sanctorum martyrum Hippolyti, & sociorum eius, & Cassiani. Oratio.

Da, quesumus omnipotens deus: vt, beatorum martyrum tuorum Hippolyti, & sociorum eius, & Cassiani veneranda sollemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per dominum nostrum. Secreta.

Respice dñe munera populi tui sanctorum festiuitate votiua: & tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per domin. Postcommunio.

Sacramentorum tuorũ domine communio sumpta nos saluet: & in tue veritatis luce confirmet. Per dominum n.

die. 14 ¶ In vigilia Assumptionis beate Marie virg. Introitus.



Vultum tuũ deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eã: proxime eius adducẽtur tibi, in letitia & exultatione. Psalmus. Eructauit cor meum verbum bonuz: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. non dicitur Gloria in excelsis. Oro.

Deus, qui virginalem aulaz beate Marie virginis, in qua habitares, eligere dignatus es: da, quesumus: vt sua nos defensione munitos, iucundos facias sue interesse festiuitati. Qui viuis & regnas cũ deo pat.

Pro commemorat. sancti Laurentij. Oratio.

Da nobis, quesumus omnipotens deus, vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Deinde pro sancto Eusebio confesso. Oratio.

Deus, qui nos beati Eusebij confessoris tui annua sollemnitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum no.

Lectio libri sapientie.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: & flores mei, fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchre dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sancte spei. In me omnis gratia vie, & veritatis: in me omnis spes vite, & virtutis. Transite ad me omnes qui cõcupiscitis me: & a generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: & hereditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generatione seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audiunt me, non confundẽtur: & qui operantur in me, non

eccl. 24

peccabunt. Qui elucidant me, vitam eternam habebunt. Gradua. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. V. Virgo dei genitrix: quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

Sequen. S. euang. sm Lucam.



C. II. In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas: extollens vocem quedaz mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit: & vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Offer. Beata es virgo Maria, que omnium portasti creatorez, genuisti qui te fecit, & in eternuz permanes virgo. Secreta.

Munera nostra, domine, apud clementiam tuaz dei genitricis commendet oratio: quam idcirco de presenti seculo transtulisti, vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum filiū tu.

Pro sancto Laurentio. Secre.

Accipe, quesumus domine, munera dignanter oblata: & beati Laurentii suffragantibus meritis, ad nostre salutis auxilium prouenire concede.

Pro commemoratione sancti Eusebij. Secreta.

Laudis tibi dn̄e hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos, & presentibus exui malis confidimus, & futuris. Per dominum nostrum Jesuz Chri.

Prefatio communis. Coio.

Beata viscera Marie virginis: que portauerunt eterni patris filium. Postcommunio.

Concede misericors deus fragilitati nostre presidiū: vt, qui sancte dei genitricis festiuitatem preuenimus, intercessionis eius auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eun.

Pro sancto Laurentio. Postcommunio.

Sacro munere satiati, supplices te domine deprecamur: vt, quod debite seruitutis celebramus officio, intercedēte beato Laurentio martyre tuo, saluationis tue sentiamus augmentuz. Per d. Pro cōmemo. sancti Eusebii. Postcōmunio.

Refecti cibo potuq3 celesti, deus noster, te supplices exoramus: vt in cuius hec commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per do.

¶ In Assumptione beate Marie Virginis. Introitus. Die. 15



Gaudeamus oēs in dn̄o, diem festū celebrātes sub honore beate Marie virginis: de cuius Assumptione gaudent Angeli: & collaudant filiū dei. Ps. Eructauit cor meuz verbū bonū: dico ego opa mea regi. V. Gloria patri. Oratio.

Famulorum tuorum, quęsumus dñe, delictis ignosce: vt, qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis filij tui domini nostri intercessione saluemur. Per eun.

Lectio libri sapientię.

eccl. 24 In omnibus requiem quęsiui: ꝛ in hęreditate domini morabor. Tunc pręcepit, ꝛ dixit mihi creator omnium: ꝛ qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, ꝛ dixit mihi. In Jacob inhabita: ꝛ in Israel hęreditare: ꝛ in electis meis mitte radices. Et sic in Sion firmata sum: ꝛ in ciuitate sanctificata similiter requieui: ꝛ in Hierusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: ꝛ in partes dei mei, hęreditas illius: ꝛ in plenitudine sanctorū detētio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano: ꝛ quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades: ꝛ quasi plantatio rosę in Jericho. Quasi oliua speciosa in campis: ꝛ quasi platanus exaltata sum iuxta aquas. In plateis, sicut cinnamomū, ꝛ balsamum aromatizans, odorem dedi. Quasi myrrha electa, dedi suauitatem odoris.

Graduale. Propter veritatem, ꝛ mansuetudinem, ꝛ iustitiam, ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, ꝛ vide, ꝛ inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluia, alleluia. ℣. Assumpta est Maria in celū, gaudet exercitus angelorū. Alleluia. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



In illo tēpore: Intrauit Jesus in quoddam castellum: ꝛ mulier quędam Martha nomine, excepit illū in domum suam. Et huic erat soror nomine Maria: quę etiā sedens secus pedes dñi, audiebat verbū illius. Martha autem satagebat circa frequens ministeriū. Quę stetit, ꝛ ait. Domine, non est tibi curę quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus. Martha Martha, solicita es, ꝛ turbaris erga plurima. Porro, vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit: quę nō auferetur ab ea. Dicitur Credo. Offertor. Assumpta est Maria in cęlum: gaudent angeli: collaudantes benedicunt dominum, Alleluia. Secreta.

Subueniat dñe plebi tuę dei genitricis oratio: quam etsi pro cōditione carnis migrasse cognoscimus, in cęlesti gloria apud te pro nobis intercedere sentiamus. Per eundem domi.

Prefatio de beata Maria. Cōmunio. Optimam partem elegit sibi Maria: quę non auferetur ab ea in ęternum. Postcom.

Mensę cęlestis participes effecti, imploramus clementiam tuam domine deus noster:

vt, qui assumptionez dei genitricis colimus, a cunctis malis imminentibus, eius intercessione liberemur. Per eundē dominuz. Inf. octa. Assumptio. beatę virgi. ꝛ in ei⁹ oct. fit idē offiñ qđ in die. Et inf. oct. post oꝛonē dici dī oꝛo de Apostolis. U e⁹ cui⁹ dext. f. 256. tertia E ecclesię. vel pꝛo Papa. Et nō fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semiduplex. De simplici aūt fit tm̄ cōmemo.

die. 17 ¶ In oct. S. Laurētij. Intro.



Robasti domine coꝛ meum, ꝛ visitasti nocte: igne me examinasti, ꝛ non est inuenta in me iniquitas. Psal. Exaudi domine iustitiam meaz, intende depꝛecationem meam. ℣. Gloꝛia patri ꝛ filio. Oꝛatio.

Excita domine i ecclesia tua spiritum, cui beatus Laurentius leuita seruiuit: vt, eodez nos repleti, studeam⁹ amare qđ amauit, ꝛ opere exercere quod docuit. Per domi. in vni. eiusd. Et fit commemoꝛatio de octaua Assumptionis beatę Marię. Epistola. Qui parce seminat. vt in festo eiusdem. Graduale. Gloꝛia ꝛ honoꝛe coꝛonasti eū. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Alleluia, all'a. ℣. Leuita Laurentius bonū opus operatus est, qui per signum crucis cęcos illuminauit, Alleluia. Euange. Nisi granuz frumenti. vt in eius festo. Et dicitur Credo. Offertoꝛiuz. In virtute tua domine lętabitur iustus, ꝛ super salutare tuū exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

Sacrificium nostrū tibi domine, quęsum⁹, beati Laurentij pꝛecatio sancta conciliet: vt, cuius honoꝛe sollemniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per dominum nostrum. Communio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, ꝛ tollat crucem suam, ꝛ sequatur me. Postcommunio.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt, quos donis cęlestibus satiasti, intercedente beato Laurentio martyre tuo, perpetua pꝛotectione custodias. Per dominum nostrū.

¶ Pꝛo commemoꝛatione sancti Agapiti martyris. Oꝛatio. die. 18

Laetetur ecclesia tua deus, beati Agapiti martyris tui confisa suffragiis: atque eius pꝛecibus gloꝛiosis, ꝛ deuota permaneat, ꝛ secura cōsistat. tertia, E ecclesię. vel pꝛo Papa. De eus omnium. Secreta.

Suscipe domine munera, quę in eius tibi sollēnitate deferimus, cuius nos cōfidimus patrocinio liberari. Postcōio.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, semper interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebꝛamus.

¶ In festo sancti Bernardi abbatis, Missa. Os iusti medita. die. 20 de cōi vnius Abbatis. fo. 249.

Episto-

Epistola. Iustus cor suum. in communi doctorum. fo.247. fit cõmemoratio de octaua Assumptio. beatę Marię: & dr Credo.

die. 22 ¶ In octa. Assumptionis beatę Marię missa vt in die, cũ commemoratione sanctorum martyrum Timothei, Hippolyti, & Symphoriani. Oratio.

Auxilium tuum nobis domine, quęsumus, placatus impende: & intercedentibus beatis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto, & Symphoriano, dexteram super nos tuę propitiationis extende. Per dominum nostrum Jesum Chr. Secreta.

Accepta tibi sit, domine, sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum. Postcommunio.

Diuini muneris largitate satiati, quęsumus domine deus noster: vt intercedentibus sanctis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto, & Symphoriano, in eius semper participatione viuamus. Per dominum.

die. 23 vel. 24 ¶ Missa vigilię sacti Bartholomęi dicatur de communi vnius apostoli. Ego autẽ sicut oliua. Sequẽs festum sancti Bartholomęi celebretur secundum consuetudinem locorum vel 24 vel 25. Augusti. Romę autem celebrat

die. 24 vel 25 25. cum cõmemoratione S. Ludouici, in missis tantum priuatis.

¶ In festo sacti Bartholomęi apostoli. Introitus.




Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus ẽ principatus eorũ. ps. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui huius diei venerandam sanctamque lętitiam, in beati apostoli tui Bartholomęi festiuitate tribuisti: da ecclesię tuę, quęsumus, & amare quod credidit, & prędicare quod docuit. Per dominum nostrum Jesum.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia: primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetę? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiã habent curationum? nunquid omnes linguis loquũtur? nunquid omnes interpretantur? Aemulamini autem charismata meliora. Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis na- 1. ca. 12.

ti sunt tibi filij, propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Te gloriosus apostolorum chorus laudat dñe, Allã. Sequen. S. euang. sm Lucam.


ca.6. 

In illo tempore: Exiit Jesus in montem orare: ⁊ erat pernoctans in oratione dei. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos: ⁊ elegit duodecim ex ipsis, quos ⁊ Apostolos nominauit. Simoné, qué cognominauit Petrũ, ⁊ Andreá fratré eius: Jacobum ⁊ Joannem, Philippum ⁊ Bartholomeum, Mattheum ⁊ Thomam, Jacobum Alphei, ⁊ Simonem qui vocatur Zelotes, ⁊ Judam Jacobi, ⁊ Judaz Iscarioten, qui fuit proditor. Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, ⁊ turba discipulorum eius, ⁊ multitudo copiosa plebis ab omni Judea ⁊ Hierusalem: ⁊ Maritima ⁊ Tyri ⁊ Sidonis, qui venerant vt audirent eum, ⁊ sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, ⁊ sanabat omnes. dicitur Credo. Offertorium. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cóforatus est principatus eorum. Secreta.

Beati apostoli tui domine Bartholomei sollemnia recensentes, quesumus: vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hostias laudis immolamus. Per dominum nostrum Jesuz. Prefatio de Apostolis. Communio. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodeciz tribus Israel, dicit dominus. Postcommunio.

Sumptum domine pignus redéptionis eterne sit nobis, quesumus, interueniéte beato Bartholomeo apostolo tuo, vite presentis auxilium pariter ⁊ future. Per dominum nostruz.

¶ Sancti Ludouici confessoris. Introitus. die. 25



Os iusti meditabitur sapientiam: ⁊ lingua eius loquetur iudiciũ: lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

Deus qui beatum Ludouicum confessorem tuum, de terreno regno ad celestis regni gloriam transtulisti: eius quesumus meritis ⁊ intercessione, regis omnium Jesu Christi filii tui nos coheredes efficias. Per d. Episto. Iustum deduxit dñs. de commun vnius marty. non pontifi. fo. 238. Grad. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus libani, multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, ⁊ verita-

ritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniã cũ probatus fuerit, accipiet coronam vitę, Alleluia. Euangeliũ. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam. de communi confessorum non pontificum. fo. 248. Offertoriũ. Veritas mea & misericordia mea cũ ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

PResta, quęsumus, omnipotens deus: vt sicut beatus Ludouicus confessor tuus, spretis mundi oblectamentis, soli regi Christo placere studuit, ita eius oro nos tibi reddat acceptos. Per dominum. Cõio. Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcõio.

DEus, qui beatum confessorem tuum Ludouicum mirificasti in terris: quęsumus: vt quem in cęlis gloriosum fecisti, ecclesię tuę constituas defensorem. Per dominum nostrum.

Die. 26 ¶ Sancti Zephyrini Papę, & martyris, Missa. Sacerdotes dei. de communi vnius martyris põtificis. fo. 247. preter orationẽ quę dicitur vt infra. Orõ.

PResta quęsumus omnipotens deus: vt beati Zephyrini martyris tui atq; põtificis, cuius gaudemus meritis, instruamur exẽplis. Per do. Secreta.

MUnera tibi domine dicata sanctifica: & intercedente beato Zephyrino martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominũ nostrum. Postcommunio.

HAec nos communio, domine, purget a crimine: & intercedẽte beato Zephyrino martyre tuo atque pontifice, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum Iesũ.

¶ In festo sancti Augustini episcopi & confessoris, ac doctoris ecclesię. Introitus. Die. 28



IN medio ecclesię aperuit os eius, & impleuit eum dñs spiritu sapientię & intellectus: stolã glorię induit eũ. Psal. Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri. Oratio.

ADesto supplicationib9 nostris omnipotens deus: & quibus fiduciam sperandę pietatis indulges, intercedẽte beato Augustino confessore tuo atq; pontifice, consuetę misericordię tribue benignus effectum. Per dominum nostrum Iesum.

Pro commemoratione Sancti Hermetis martyris. Oratio.

DEus, qui beatum Hermetem martyrem tuum virtute constantię in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue, pro amore tuo prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Per dominũ. Epistola. Testificor. de communi doctorũ. fo. 247. Grad.

Os iusti meditabitur sapiētiā: ⁊ lingua eius loquetur iudiciū. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: ⁊ non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. Alleluia. Euangelium. Uos estis sal terrę. de eodem commun. fo. 247. Et dicitur Credo. Offertor. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. Secreta.

Sancti confessoris tui Augustini nobis, domine, pia non desit oratio: quę ⁊ munera nostra conciliet, ⁊ tuā nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominum nostrum Iesū. Pro commemoratione Sancti Hermetis. Secreta.

Sacrificiū tibi domine laudis offerimus in tuorum commemoratione sanctorū: da, quęsumus: vt, quod illis contulit ad gloriam, nobis prosit ad salutem. Per dominum. Cōio. Fidelis seruus ⁊ prudens, quē constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōio.

Ut nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus cōfessor tuus Augustinus ⁊ pontifex, quęsumus, precator accedat. Per dominum nostrum. Pro commemoratione Sancti Hermetis. Postcommunio.

Repleti benedictione cęlesti, quęsumus clementiam tuā: vt intercedente beato Hermete martyre tuo, quę humiliter gerimus, salubriter sentiamus. Per dominum nostrum.

¶ In Decollatione sancti Ioannis Baptistę. Introitus. die. 29



Loquebar de testimoniis tuis in cōspectu regum, ⁊ nō confundebar: ⁊ meditabar in mādatis tuis, quę dilexi nimis. Psalmus. Bonum est confiteri domino, ⁊ psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri ⁊ filio, ⁊ spiritui. Oratio.

Sancti Ioannis Baptistę, ⁊ martyris tui, quęsumus domine, veneranda festiuitas, salutaris auxilij nobis prestet effectum. Per dominum nostrum. Pro comemoratione sanctę Sabinę martyris. Oratio.

Deus, qui inter cętera potentię tuę miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij cōtulisti: cōcede propitius: vt cuius natalia colimus, per eius ad te exēpla gradiamur. Per d.

Lectio Hieremię prophetę.

In diebus illis: Factum est verbum domini ad me, dicens. Accinge lumbos tuos, ⁊ surge: ⁊ loquere ad Iuda omnia quę ego precipio tibi. Ne formides a facie eorum: nec eniā timere te faciam vultum eorū. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, ⁊ in columnā ferream, ⁊ in murum ęreum super omnem terram, regibus Iuda, principibus eius, ⁊ sacerdotibus, ca. 1.

bus, ꝛ omni populo terrę. Et bellabunt aduersuꝫ te, ꝛ non prę ualebunt: quia ego tecum sum, ait dñs, vt liberem te. Gradua. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabit in domo domini. ℣. Ad annúciandum mane misericordiam tuá, ꝛ veritatem tuá per nocté. Alleluia, alleluia. ℣. Justus germinabit sicut lilium: ꝛ florebit in ęternum ante dominum, alleluia.

Sequé. scti euang. fm Marcuꝫ.

ca. 6. 

In illo tempore. Misit Herodes, ac tenuit Joannem, ꝛ vinxit eū in carceré propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui: quia duxerat eam. Dicebat enim Joannes Herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: ꝛ volebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Joannem, sciens eum virum iustū ꝛ sanctū: ꝛ custodiebat eū: ꝛ audito eo multa faciebat, ꝛ libēter eū audiebat. Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cęná fecit principib⁹, ꝛ tribunis, ꝛ primis Galilęę. Cumqꝫ introisset filia ipsius Herodiadis, ꝛ saltasset, ꝛ placuisset Herodi, simulqꝫ recumbentibus: rex ait puellę. Pete a me quoduis: ꝛ dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidiū regni mei. Quę cum exisset: dixit matri suę. Quid petam? At illa dixit. Caput Joannis Baptistę. Cum qꝫ introisset statim cum festinatione ad regem: petiuit, dicens. Uolo vt protinus des mihi in disco caput Joannis Baptistę. Et contristatus est rex, propter iusiurandū: ꝛ propter simul discumbentes, noluit eaꝫ contristare: sed misso spiculatore pręcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco: ꝛ dedit illud puellę: ꝛ puella dedit matri suę. Quo audito: discipuli eius venérunt, ꝛ tulerunt corpus eius: ꝛ posuerunt illud in monumento. Offertorium. In virtute tua domine letabitur iustus: ꝛ super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animę eius tribuisti ei. Secreta.

Munera, quę tibi, domine, pro sancti martyris tui Joannis Baptistę passione deferimus, quęsumus, vt eius obtentu nobis proficiant ad salutem. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tec.

Pro cōme. S. Sabinę. Secre.

Hostias tibi domine beatę Sabinę martyris tuę dicatas, meritis benignus assume: ꝛ ad perpetuuꝫ nobis tribue prouenire subsidium. Per dominū.

Communio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcommunio.

Conferat nobis domine sancti Joannis Baptistę vtraqꝫ sollemnitas: vt ꝛ magni-

fica sacramenta quę sumpsimus, significata veneremur, ⁊ in nobis potius édita gaudeamus. Per dominum nostrum Jesuz.

Pro commemoratione sanctę Sabinę. Postcommunio.

D Iuini muneris largitate satiati, quęsum⁹ domine deus noster: vt intercedente beata Sabina martyre tua, in eius semper participatione viuamus. Per dominum nostrum Jesuz.

die. 30 ¶ Sanctorum Felicis, ⁊ Adaucti martyrum. Introitus.



Apientiaz sanctoruz narrent populi: ⁊ laudes eorum nũciet ecclesia: nomina autem eorũ viuent in seculum seculi. Psalmus. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria pat. Oratio.

M Aiestatem tuam domine supplices exoramus: vt, sicut nos iugiter sanctorum tuorum commemoratione lętificas, ita semper supplicatione defendas. Per dominum. Epistola.

R eddidit deus iustis mercedē. de cõmuni plurim. mart. f. 243.

Graduale. I ustorum animę in manu dei sunt: ⁊ nõ tanget illos tormentuz malitię. ℣. Uisi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. A lleluia, alleluia. ℣. Fulgebunt iusti, ⁊ tanquam scintillę in arundineto discurrent in ęternum, Alleluia.

Euang. Q ui vos audit. de cõmuni plurimorũ marty. f. 244.

Offertorium. L ętamini in domino, ⁊ exultate iusti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

H Ostias domine plebis tuę intende: ⁊ quas in honore sanctorum tuorum deuota mente célebrant, proficere sibi sentiant ad salutem. Per dominũ.

Comunio. Q uod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit dñs: ⁊ quod in aure auditis prędicate super tecta. Postcõ.

R Epleti domine munerib⁹ sacris, quęsumus: vt, intercedentibus sanctis tuis, in gratiarum tuarum semper actione maneamus. Per dominum no.

¶ Festa Septembris.

¶ Sãcti Egidij Abbatis. Missa. O s iusti medi. vt in cõmuni Abbatis. fol. 249. cum commemoratione sanctorum martyrũ duodecim Fratrum. Oratio. die. 1


F Raterna nos domine martyrum tuorum corona lętificet: quę ⁊ fidei nostrę prębeat incrementa virtutum, ⁊ multiplici nos suffragio consoletur. Per dominum nost. Secreta.

I Terata mysteria, domine, pro sanctorum martyrum tuoruz commemoratione deuota mente tractemus: quibus nobis ⁊ pręsidiũ crescat, ⁊ gaudiuz. Per dominum. Postcõmunio.

P Ręsta, quęsumus, omnipotens deus: vt, quorum memoriam sacramenti participatione recolimus, fidem quoqꝫ proficiendo sectemur. Per domin.

¶ In

dic.8 ¶ In Natiuitate sancte Marie virginis. Introitus.



Salue sacta parés, enixa puerpera regem: qui celuz terramque regit in secula seculorum. Psalmus. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opa mea regi. ℣. Gloria patri ⁊ filio, ⁊ spiri. Oratio.

Famulis tuis, quesumus, domine, celestis gratie munus impertire: vt, quibus beate Virginis partus extitit salutis exordium, Natiuitatis eius votiua sollemnitas, pacis tribuat incrementum. Per dominum nostrum Jesum Christum filium.

In missis priuatis pro comme. sancti Adriani marty. Oratio. Presta quesumus omnipotés. de coi vnius martyris. fo. 238.

Lectio libri sapientie.

pro-uer. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret a principio. Ab eterno ordinata sum, ⁊ ex antiquis, antequaz terra fieret. Nonduz erant abyssi: ⁊ ego iam concepta erā. Necdum fontes aquarum eruperant: necdū montes graui mole cōstiterant. Ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, ⁊ flumina, ⁊ cardines orbis terre. Quando preparabat celos, aderaz. Quando certa lege ⁊ gyro vallabat abyssos. Quando ethera firmabat sursum: ⁊ librabat fontes aquarum. Quando circundabat mari terminum suum: ⁊ legez ponebat aquis, ne transirent fines suos. Quando appendebat fundamenta terre, cum eo eram cuncta componés. Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum: ⁊ delicie mee, esse cum filiis hominū. Nunc ergo filij audite me. Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, ⁊ estote sapientes: ⁊ nolite abiicere eam. Beatus homo qui audit me: ⁊, qui vigilat ad fores meas quotidie: ⁊, obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitā, ⁊ hauriet salutē a dño. Gra.

Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: que sine tactu pudoris, inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quem totus nō capit orbis, in tua se clausit viscera, factus homo. Alleluia, allia. ℣. Felix es sacra virgo Maria, ⁊ oi laude dignissima: qr ex te ortus est sol iustitie. Allia.

Initium sancti euangelij secundum Mattheum.



Liber generationis Jesu Christi filij Dauid, filii Abraham. ca.1. Abraham genuit Isaac. Isaac autem, genuit Jacob. Jacob autē, genuit Judā ⁊ fratres eius. Judas autez, genuit Phares ⁊ Zaram de Thamar. Pha-

res aũt, genuit Esron. Esrõ aũt, genuit Arã. Aram autẽ, genuit Aminadab. Aminadab autem, genuit Naason. Naason autem, genuit Salmon. Salmon autez, genuit Booz de Raab. Booz autem, genuit Obeth ex Ruth. Obeth autem, genuit Jesse. Jesse autẽ, genuit David regez. David autẽ rex, genuit Salomonez ex ea quę fuit Urię. Salomõ autẽ, genuit Roboam. Roboam autẽ, genuit Abiam. Abias aũt, genuit Asa. Asa autẽ, genuit Josaphat. Josaphat autem, genuit Jorã. Jorã aũt, genuit Oziam. Ozias aũt, genuit Joathã. Joathan aũt, genuit Achaz. Achaz autẽ, genuit Ezechiã. Ezechias aũt, genuit Manassem. Manasses autez, genuit Amon. Amon autẽ, genuit Josiam. Josias autem, genuit Jechoniaz ⁊ fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationẽ Babylonis, Jechonias genuit Salathiel. Salathiel autem, genuit Zorobabel. Zorobabel autem, genuit Abiud. Abiud autem, genuit Eliachim. Eliachim autem, genuit Azor. Azor autẽ, genuit Sadoc. Sadoc autez, genuit Achim. Achim autem, genuit Eliud. Eliud autez, genuit Eleazar. Eleazar autez, genuit Mathan. Mathan autem, genuit Jacob. Jacob autẽ, genuit Joseph virum Marię, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus. Credo. Offertorium.

Beata es virgo Maria, quę omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit: ⁊ in ęternum permanes virgo. Secreta.

Unigeniti tui domine nobis succurrat humanitas: vt, qui natus de virgine, matris integritatem nõ minuit, sed sacrauit: in Natiuitatis eius sollemniis, nostris nos piaculis exuens, oblationem nostrã sibi faciat acceptam Jesus Christus dominus noster. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate. Prefatio de beata Uirgine. Communio.

Beata viscera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium. Postcommunio.

Sumpsimus domine celebritatis annuę votiua sacramenta: pręsta, quęsumus: vt temporalis vitę nobis remedia prębeant, ⁊ ęternę. Per domi.

Infra octauaz Natiuitatis beatę Marię, ⁊ in die octaua, dicitur Missa sicut in die, cum secunda oratione de Apostolis. Deus cuius dextera. fol. 256. ⁊ tertia. Ecclesię. vel pro Papa, Deus oium fideliũ. f. 269. ⁊ non fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semiduplex. De simplici autem fit tantum commemoratio.

¶ Pro commemoratione sancti Gorgonii martyris. Oratio. Die. 9

Sanctus tu9 domine Gorgonius sua nos intercessione lętificet: ⁊ pia faciat sollemnitate gaudere. Per dominum. tertia oratio, Ecclesię. vel pro Papa: nisi venerit i dnica: tũc enĩz tertia oĩo erit, p Sãctis. Sec.

Grata

GRata tibi sit domine nostrę seruitutis oblatio: pro qua sanctus Gorgonius martyr interuentor existat. Per dominum nostrum. Postcomunio.

FAmiliam tuam deus suauitas ęterna contingat, & vegetet: quę in martyre tuo Gorgonio, Christi filii tui bono iugiter odore pascatur. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spirit.

Pro comme. sanctorū martyrū Proti, & Hyacinthi. Oratio.

BEatorum martyrum tuorum Proti, & Hyacinthi nos dn̄e foueat preciosa confessio: & pia iugiter intercessio tueatur. Per dominum. Secreta.

PRo sanctorum martyrum tuorum Proti, & Hyacinthi commemoratione, munera tibi domine, quę debemus exoluimus: pręsta, quęsumus: vt remedium nobis perpetuę salutis operentur. Per dominum nostrum Jesum. Postcommunio.

VT percepta nos domine tua sancta purificent, beatorum martyrum tuorum Proti, & Hyacinthi, quęsumus, imploret oratio. Per dominum nost.

die. 14 ¶ In Exaltatione sanctę Crucis. Introitus.



Os autem gloriari oportet in Cruce domini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati, & liberati sumus. Psalmus. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suū super nos, & misereatur nostri. ℣. Gloria patri & filio, & spiritui. Oratio.

DEus, q nos hodierna die exaltationis sanctę Crucis annua sollemnitate lętificas: pręsta, quęsumus: vt, cuius mysterium in terra cognouimus, eius redemptionis pręmia in cęlo mereamur. Per eundem dominū nostrum. Et fit commemoratio de Natiuitate sanctę Marię.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

FRatres: Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem autem Crucis. Propter quod & deus exaltauit illum: & donauit illi nomē, quod est super omne nomē: vt in nomine Jesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, & infernorum: Et omnis lingua confiteatur: quia dominus Jesus Christus in gloria est dei patris. Gradua. Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem: mortē autem Crucis. ℣. Propter quod & deus exaltauit illum: & dedit illi nomē, quod est super omne nomen. Alleluia, alleluia. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quę sola fuisti digna sustinere regem cęlorum, & dn̄m, Alleluia. ca. 2.

Sequentia sancti euangelii secundum Joannem.

IN illo tēpore: Dixit Jesus turbis Judęorū. Nūc iudiciū est mundi: nunc princeps hu- c. 12.

ius mūdi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, oia trahā ad meipsuz. Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, qr Christus manet in eternum. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Jesus. Adhuc modicū, lumē in vobis est. Ambulate, dum lucē habetis: vt non tenebre vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Duz lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. dicitur Credo. Offertorium. Protege domine plebem tuā per signum sancte Crucis, ab insidiis inimicorū omniū: vt tibi gratā exhibeamus seruitutem, et acceptabile fiat sacrificiū nostrū, Alleluia. Secre.

IEsu Christi domini nostri corpore et sanguine saginādi, per quem Crucis est sanctificatum vexillum, quesumus domine deus noster: vt sicut illud adorare meruimus, ita perenniter eius glorie salutaris potiamur effectu. Per eundem dom. Prefatio de Cruce. Communio. Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. Postcommunio.

ADesto nobis domine deus noster: et, quos sancte Crucis letari fecisti honore, eius quoque perpetuis defende subsidiis. Per dominū nostrum Jesum Christum filium tuum, qui.

¶ In octaua Natiuitatis beate Marie, Missa vt in die, cum commemoratione sancti Nicomedis martyris. Oratio. dic. 15

ADesto dñe populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita preclara suscipiēs, ad impetrandam misericordiaz tuā semper eius patrociniis adiuuetur. Per dominum nostrū Jesum Christum filiuz. Secreta.

SUscipe dñe munera propitius oblata: que maiestati tue, beati Nicomedis martyris tui commendet oratio. Per dominum no. Postcommunio.

PUrificent nos domine sacramēta que sumpsimus: et intercedēte beato Nicomede martyre tuo, a cunctis efficiant vitiis absolutos. Per dominuz nostrum Jesum Christum filiū.

¶ In festo sanctorum Pontificum et martyrum Cornelij et Cypriani. Missa. Intret in cōspectu tuo. de cōmuni plurimorum martyrum. fo. 241. cum commemoratio. aliorū marty. vt inf. nisi fuerit dñica: qr tūc cōmemoratio sequens fit in dñica, et festum predictū transfertur in ij. feriaz. die. 15

¶ Pro commemoratione sanctorum martyrum Eupheinie, Lucie et Geminiani. Oratio.

PResta domine precibus nostris cum exultatione prouentum: vt quorum diem passionis ānua deuotione recolimus, etiam fidei constantiā subsequamur. Per dominum nostrū Jesum Christum filium. Secreta.

Uota

V Ota populi tui, quesumus domine, propitiatus intende: et, quorum nos tribuis sollennia celebrare, fac gaudere suffragiis. Per do. Postcommunio.
E Xaudi domine preces nostras: et sanctorum martyrum tuorum Euphemie, Lucie, et Geminiani, quorum festa sollemniter celebramus, continuis foueamur auxiliis. Per domin.

Die. 20 ¶ In Vigilia scti Matthei apostoli et euangeliste. Introitus.



EGo autem sicut oliua fructificaui in domo dñi: speraui in misericordia dei mei: et expectabo nomen tuum: quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum. Psal. Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate. ℣. Gloria pa. Oro.
D A, quesumus, omnipotens deus: vt, beati Matthei apostoli tui et euangeliste quam preuenimus veneranda sollemnitas, et deuotionem nobis augeat, et salutem. Per dominum.
Pro comem. sanctorum marty. Eustachij et sociorum. Oratio.
D Eus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum Eustachij et sociorum natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere.
tertia oratio, Ecclesie. vel pro Papa. Epistola. Benedictio domini super caput iusti. vt in vigilia S. Andree, vel in communi in vigilia vnius apostoli.

Gradu. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem.
Seque. sancti euang. secundum Lucam.



I N illo tempore: Vidit Jesus publicanum nomine Leui, sedentem ad telonium: et ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua: et erat turba multa publicanorum, et aliorum qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant pharisei et scribe eorum, dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis? Et respondens Jesus, dixit ad illos. Non egent qui sani sunt, medico: sed qui male habent. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Offert. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.
A Postolice reuerentie culmen offerimus tibi sacris mysteriis imbuendum: presta, quesumus dñe: vt beati apostoli tui et euangeliste Matthei suffragiis, cuius natalitia preuenimus, hec plebs tua semper et sua vota depromat, et desiderata percipiat. Per dominum nostrum. ca. 5.

Pro cõme. sanctorũ mart. Eustachij ⁊ sociorum. Secreta.

Munera tibi dñe nostrę deuotionis offerimus: quę ⁊ pro tuorũ tibi grata sint honore iustorũ, ⁊ nobis salutaria te miserante reddãtur. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã, ⁊ magnũ decorẽ impones super eum, domine. Postcõio.

Sancti apostoli tui ⁊ euangelistę Matthęi quęsumus domine supplicatione placatus, ⁊ veniam nobis tribue, ⁊ remedia sempiterna concede. Per.

Pro commem. sanctorũ mart. Eustachij ⁊ sociorũ. Postcõio.

Presta nobis, q̃s dñe, intercedẽtibus sanctis tuis Eustachio ⁊ sociis: vt, qđ ore cõtingimus, pura mente capiamus.

die. 21 ¶ In festo sancti Matthęi apostoli ⁊ euangelistę. Introitus.



Os iusti meditabit sapientiã, ⁊ lingua eius loquetur iudiciũ: lex dei eius in corde ipsius. psal. Noli ęmulari in malignãtibus, neq; zelaueris faciẽtes iniquitatẽ. ℣. Gloria. Oratio.

Beati Apostoli ⁊ euãgelistę Matthęi dñe precibus adiuuemur: vt, quod possibilitas nostra nõ obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per domin.

Lectio Ezechielis prophetę.

ca. 1. Similitudo vultus quatuor animaliũ: facies hominis, ⁊ facies leonis a dextris ipsorũ quatuor: facies autem bouis a sinistris ipsorũ quatuor: ⁊ facies aquilę desuper ipsorũ quatuor. Et facies eorum, ⁊ pennę eorum extẽtę desuper: duę pennę singulorum iungebantur, ⁊ duę tegẽbant corpora eorum. Et vnumquodque eorum, coram facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur cũ ambularent. Et similitudo animalium, ⁊ aspectus eorum quasi carbonũ ignis ardentium, ⁊ quasi aspectus lampadarum. Hęc erat visio discurrens in medio animalium: splendor ignis, ⁊ de igne fulgur egrediens. Et animalia ibãt, ⁊ reuertebãtur in similitudinẽ fulguris coruscantis. Gra. Beatus vir qui timet dñũ: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorũ benedicetur. Allia, allia. ℣. Te gloriosus apostolorum chorus laudat domine, Alleluia.

Sequẽ. S. euãg. sm Matthęũ.



In illo tẽpore: Uidit Jesus hominẽ sedentẽ in telonio, Mattheũ nomine: ⁊ ait illi. Sequere me. Et surgẽs, secutus est cũ. Et factũ ẽ: discũbẽte eo i domo ecce multi publicani ⁊ peccatores veniẽtes, discũbebãt cũ Jesu ⁊ discipulis eius. Et videntes pharisei, dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis ⁊ peccatori- ca. 9

toribus manducat magister vester? At Jesus audiens, ait. Nõ est opus valẽtibus medicus, sed male habentibus. Euntes autẽ, discite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificiũ. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Credo. Offert. Posuisti dñe in capite eius coronaʒ de lapide precioso: vitaʒ petijt a te, & tribuisti ei, Alleluia. Secreta.

SUpplicationibus apostolicis beati Matthei euãgelistę, quęsumus domine, ecclesię tuę commẽdetur oblatio: cuius magnificis prędicationibus eruditur. Per. Prefatio de Apostolis. Coĩo. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã & magnum decorem impones super eum domine. Postcommunio.

PErceptis dñe sacramẽtis, beato Mattheo apostolo tuo & euangelista interueniente, deprecamur: vt, quę pro eius celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelaʒ. Per dominũ.

die. 22 ¶ Sanctorũ martyrum Mauritij & sociorũ eius, Missa. Intret in conspectu tuo. fol. 241. cum epistola. Respondit vnus de senioribus de communi plurim. mart. f. 244. preter orationem quę dicitur vt inf. Oratio.

ANnue, quęsumus, omnipotens deus: vt sanctorum martyrũ tuorum Mauricij & sociorum eius, nos lętificet festiua sollemnitas: vt, quorũ suffragijs nitimur, eorum natalitijs gloriemur. Per dominum. Secreta.

REspice, quęsumus domine, munera, quę in sanctorũ martyrũ tuorũ Mauricij & sociorũ eius cõmemoratione deferimus: & pręsta: vt, quorũ honore sũt grata, eorũ nobis fiãt intercessione ppetua. Perd. Postcõio.

COelestibus refecti sacramentis & gaudiis, supplices te rogamus domine: vt, quorum gloriamur triumphis, protegamur auxiliis. Per dominũ.

¶ In festo sancti Lini Papę & martyris, Missa. Sacerdotes dei. De cõi vnius mart. pontif. fo. 237. cum commemoratione sanctę Thecle virgi. & marty. vt infra: nisi fuerit dominica: q̃ tũc commemoratio. sequens fit in dominica, & festum predictum transfertur in secundam feriam. die. 23

Pro commemoratione Sanctę Theclę virginis & mar. Oratio.

DA, quęsumus, omnipotẽs deus: vt, qui beatę Theclę virginis & martyris tuę natalitia colimus, & annua sollemnitate lętemur, & tantę fidei proficiamus exemplo. Per dñm. Secreta.

SUscipe dñe munera quę in beatę Theclę virginis & martyris tuę sollemnitate deferimus: cuius nos cõfidimus patrocinio liberari. Per. Postcõio.

AUxilientur nobis domine sumpta mysteria: &, intercedente beata Thecla virgine & martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per dominum nostrum Jesum Christ.

¶ Sanctorũ martyrũ Cypriani die 26

⁊ Justine, Missa. Salus autem iustorum. De cõi plurimorum martyrum. fo. 243. preter oratione que dicitur vt inf. Oratio.

Beatorum martyrum tuorũ Cypriani ⁊ Justine nos domine foueant cõtinuata presidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxiliis cõcesseris adiuuari. Per d. Secre.

Munera tibi dñe nre deuotionis offerimus: que ⁊ pro tuorũ tibi grata sint honore iustorũ, ⁊ nobis salutaria te miserate reddatur. Per d. Postcõio.

Presta nobis, quesumus domine, intercedentibus sanctis tuis Cypriano, ⁊ Justina: vt, que ore contingimus, pura mente capiamus. Per dñm.

die. ¶ In festo sanctorũ martyrum
27. Cosme ⁊ Damiani. Introitus.




Sapietiã sanctorũ narrent populi, ⁊ laudes eorũ nunciet ecclesia: nomina aũt eorũ viuẽt i seculũ seculi. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. ℣. Glia. Oro.

Presta, qs, ops deus: vt, q sanctorũ martyrũ tuorum Cosme, ⁊ Damiani natalitia cõlimus, a cunctis malis imminentibus eorũ intercessionibus liberemur. Per. Episto. Justi autẽ in perpetuũ viuent. de cõi plurimo. mart. fo. 242. Grad. Clamauerunt iusti, ⁊ dominus exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Juxta est dominus his q tribulato sunt corde: ⁊ humiles spiritu saluabuntur. Alleluia, alleluia. ℣. Hec ẽ vera fraternitas: que vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna celestia, alleluia. Euangeliũ. Descendens Jesus de monte. de eodem communi. fol. 242. Offer. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu domine benedices iusto: domine, vt scuto bone voluntatis tue, coronasti nos. Sec.

Sanctorum tuorum nobis domine pia non desit oratio: que ⁊ munera nostra conciliet, ⁊ tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominũ nostrum. Communio. Posuerunt mortalia seruorum tuorũ domine escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorũ bestiis terre: secundum magnitudinem brachii tui posside filios mortepunitorum. Postcommunio.

Protegat, quesumus, domine, populũ tuum, ⁊ participatio celestis indulta cõuiuii, ⁊ deprecatio collata sanctorum. Per dominum nostrum Jesuz.

¶ In festo Dedicationis sancti die.
Michaelis Archangeli. Intro. 29



Benedicite dominũ oẽs angeli ei⁹: potẽtes virtute, q facitis verbũ ei⁹, ad audiẽdã vocẽ sermonũ eius. ps. Benedic anima mea domino, ⁊ omnia que intra me sunt, nomini san-

ni sancto eius. ℣. Gloria. Oratio.
DEus, qui miro ordine, angelorum ministeria, hominumq; dispensas: concede propitius: vt, quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniat. Per do. Lectio libri apocalypsis beati Joannis Apostoli.
ca.1. IN diebus illis. Significauit deus que oportet fieri cito, loquens per angelum suu; seruo suo Joanni: qui testimonium perhibuit verbo dei, & testimonium Jesu Christi, quecunq; vidit. Beatus qui legit & qui audit verba prophetie huius: & seruat ea que in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Joannes septem ecclesiis que sunt in Asia, gratia vobis & pax ab eo qui est; & qui erat, & qui venturus est: & a septem spiritibus qui in conspectu Throni ei⁹ sũt: & a Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terre: qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Gradu. Benedicite dñm oẽs angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbũ eius. ℣. Benedic anima mea dñm, & omnia interiora mea nomen sanctũ ei⁹. Alleluia, alleluia. ℣. Sancte Michael archangele defende nos in prelio: vt non pereamus in tremendo iudicio. Alleluia.
In Apparitione sancti Michaelis mense Maij, omisso graduali additur sequens. ℣. Concussum est mare, & contremuit terra, vbi archangelus Michael descendit de celo. Alleluia. Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.



IN illo tpe: Accesserũt discipuli ad Jesum, dicentes. Quis, putas, maior est in regno celorũ? Et aduocans Jesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnũ celorum. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo: me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundu; maris. Ve mundo a scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala: veruntamen ve homini illi, per quem scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscide eum, & proijce abs te. Bonum est tibi ad vitã ingredi debilem vel claudũ, quàm duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem eternum. Et, si oculus tuus scãdalizat te: erue eu;, & proijce abs te. Bonum est tibi cum vno oculo in vitã intrare, quã duos oculos habentem mitti in gehennam; c.18.

ignis. Videte ne contẽnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis: quia angeli eorum semper vident faciẽ patris mei, qui in celis est. Credo. Offer. Stetit angelus iuxta aram tẽpli, habens turibulum aureum in manu sua: et data sunt ei incensa multa: et ascẽdit fumus aromatum in conspectu dei, Alleluia. Secreta.

Hostias tibi domine laudis offerimus, suppliciter deprecantes: vt easdem angelico pro nobis intercedente suffragio, et placatus accipias, et ad salutem nostram prouenire concedas. Per dominum. Cõio. Benedicite oẽs angeli dñi dominũ: hymnum dicite, et superexaltate eum in secula. Postcommunio.

Beati archangeli tui Michaelis intercessione suffulti, supplices te domine deprecamur: vt, quod ore prosequimur, contingamus et mente. Per do.

die. 30. ¶ In festo sancti Hieronymi presbyteri confessoris et doctoris ecclesie. Introitus.



In medio ecclesie aperuit os eius, et impleuit eum dñs spiritu sapientie, et intellectus: stolam glorie induit eum. Psalmus. Bonum est confiteri domino, et psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria pat. Oratio.

Deus, qui ecclesie tue in exponendis sacris scripturis beatũ Hieronymum confessorẽ tuũ, doctorem maximũ, prouidẽre dignatus es: presta, qs: vt eius suffragãtibus meritis, quod ore simul et opere docuit, te adiuuãte exercere valeamus. Per d. Episto. Testificor corã deo. de cõi docto. fo. 247. Grad. Os iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: et nõ supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Amauit eum dñs, et ornauit eum: stolã glorie induit eum. Allia. Euange. Vos estis sal terre. de eo. cõi. f. 247. et dicitur Credo. Offertorium. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, que in Libano est, multiplicabitur. Secreta.

Donis celestib⁹, quesumus domine, libera nos tribue mente inseruire: vt munera que deferimus, intercedente beato Hieronymo confessore tuo, et medelam nobis operẽtur, et gloriam. Per dominũ. Communio. Fidelis seruus, et prudens: quẽ constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõio.

Repleti alimonia celesti, quesumus, domine: vt interueniente beato Hieronymo confessore tuo, misericordie tue gratiam consequi mereamur. Per dominum nostrum Jesum Ch.

¶ Festa Octobris.

¶ Sancti Remigij Episcopi et Confessoris, Missa. Statuit ei dominus. de communi confessorum pontificum. fol. 245. die. 1

¶ In

die. 4. In festo sancti Francisci confessoris. Introitus.


Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo. psal. Voce mea ad dñm clamaui, voce mea ad dñm deprecat⁹ sum. ℣. Gloria. Oro.

Deus, qui ecclesiam tuam beati Francisci meritis fętu nouę prolis amplificas: tribue nobis, ex eius imitatione, terrena despicere, & cęlestium donorũ semper participatione gaudere. Per do. Lectio epistolę beati Pauli apli ad Galatas.

ca.6. Fratres: Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu, neque circuncisio aliquid valet, neque prępu tium: sed noua creatura. Et quicunq; hanc regulam secuti fuerint: pax super illos, & misericordia, & super Israel dei. De cetero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini Jesu i corpore meo porto. Gratia dñi nostri Jesu Christi, cũ spiritu vestro fratres, Amen. Gradua. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: & non supplãtabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Franciscus pauper & humilis, cęlũ diues ingreditur, hymnis cęlestibus honoratur, Alleluia. Euange. Confitcor tibi. de communi plurimor. martyr. fo.244. Offic. Veritas mea, & misericordia mea cũ ipso, & in noĩe meo exaltabit cornu eius. Sec.

Munera tibi domine dicata sanctifica: & intercedente beato Frãcisco, ab omni nos culparum labe purifica. Per dñm. Cõio. Fidelis seruus & prudẽs: quem constituit dñs super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensurã. Postcõmunio.

Ecclesiã tuã, qs dñe, gratia cęlestis amplificet: quã beati Frãcisci illuminare voluisti gloriosis meritis, & exẽplis. Per d.

¶ Sancti Marci Papę & confessoris. Introitus. die. 7.


Sacerdotes tui domine induant iustitiam: & sancti tui exultent: propter Dauid seruũ tuũ, non auertas faciẽ Christi tui. Psal. Memento domine Dauid, & omnis mãsuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

Exaudi domine preces nostras: &, intercedente beato Marco confessore tuo atque põtifice, supplicationes nostras placatus intende. Per dominũ. Pro commemoratione sanctorum martyrum Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij. Oratio.

Sanctorum martyrũ tuorum nos domine Sergij, Bacchi, Marcelli & Apuleij beata merita prosequantur: & tuo

semper faciāt amore feruentes. Per d. Epist. Plures facti sūt sacerdotes. de cōi confessorum pontifi. fo.245. Grad. Sacerdotes eius induāt salutare: ⁊ sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producā cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo. Alleluia, alleluia. ℣. Iurauit dominus, ⁊ nō pęnitebit eū: tu es sacerdos in ęternum, ſm ordinem Melchisedec, Alleluia. Euangelium. Vigilate, quia nescitis. de eodem communi. f.246. Offertorium. Veritas mea, ⁊ misericordia mea cū ipso: ⁊ in nomine meo exaltabit cornu ei⁹. Sec.

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuorū honore sanctorū: quorū se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Sergii, Bacchi, Marcelli, ⁊ Apuleii. Secreta.

Maiestatem tuam nobis domine, quęsumus, hęc hostia reddat immolanda placatā, tuorum digna postulatione sanctorum. Per dominum. Communio. Beatus seruus, quem cum venerit dn̄s, inuenerit vigilātē: amē dico vobis: sup oīa bona sua constituet eū. Postcōio.

Da, quęsumus domine, fidelibus populis sanctorum tuorum semper veneratione lętari, ⁊ eorum perpetua supplicatione muniri. Per dominum.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Sergii, Bacchi, Marcelli ⁊ Apuleii. Postcōio.

Sacramentis domine muniamur acceptis, ⁊ sanctorum martyrum tuorum Sergij, Bacchi, Marcelli, ⁊ Apuleij intercessione, contra omnes nequitias irruentes, armis cęlestibus protegamur. Per dominum.

¶ In festo sanctorum martyrum Dionysij, Rustici ⁊ Eleutheri. Introitus. Dic. 9



Sapientiā sanctorum narrēt populi: ⁊ laudes eorum nūciet ecclesia: nomina autem eorū viuent in seculum seculi. Psalmus. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria pat. Oratio.

Deus, q hodierna die beatum Dionysium martyrē tuum atque pontificem, virtute constantię in passione roborasti: quique illi ad prędicandum gentibus gloriam tuam, Rusticum, ⁊ Eleutherum sociare dignatus es: tribue nobis, quęsumus, eorū imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere, ⁊ nulla eius aduersa formidare. Per do.

Lectio Actuum apostolorum.

In diebus illis. Stās Paulus ī medio Areopagi, ait. C.17.
Viri Athenienses, p omnia quasi superstitiosos vos video. Pręteriens enim ⁊ videns simulacra vestra, inueni ⁊ aram in qua scriptum erat, Ignoto deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Deus qui fecit mun-


munduꝫ ⁊ omnia que in eo sunt, hic celi ⁊ terre cum sit dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cuꝫ ipse det omnibus vitam ⁊ inspirationem ⁊ omnia: fecitqꝫ ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersaꝫ faciem terre, definiēs statuta tempora ⁊ terminos habitationis eoruꝫ, querere deum si forte attrectent eum, aut inueniant, quamuis non longe sit ab vnoquoqꝫ nostrū. In ipso enim viuimus ⁊ mouemur ⁊ sumus, sicut ⁊ quidam vestrorum poetarum dixerunt: Ipsius enim ⁊ genus sumus. Genus ergo cum simus dei, non debemus estimare auro ⁊ argento, aut lapidi sculpture artis ⁊ cogitationis hominis, diuinū esse simile. Et tempora quidem huius ignorantie despiciens deus, nunc annūciat hominibus, vt omnes vbique peni tentiam agant: eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbē in equitate in viro in quo statuit, fidem prebens omnibus, suscitans eum a mortuis. Cum audissent auteꝫ resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidā vero dixerunt. Audiemus te de hoc iteruꝫ. Sic Paulus exiuit de medio eoruꝫ. Quidam vero viri adherentes ei, crediderunt: in quibus ⁊ Dionysius Areopagita, ⁊ mulier nomine Damaris, ⁊ alii cum eis.

Grad. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est, ⁊ nos liberati sumus: adiutoriuꝫ nostruꝫ in nomine domini, qui fecit celum ⁊ terraꝫ. Alleluia, alleluia. ℣. Justi epulentur, ⁊ exultent in conspectu dei, ⁊ delectentur in letitia, Alleluia. Euange. Descendens Jesus ⁊c. de communi plurimorum martyrum. fo. 242. Offer. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exaltationes dei in faucibus eoruꝫ, Alleluia. Secreta.

Oblata tibi domine munera populi tui, pro tuorum honore sanctorum martyrū Dionysii, Rustici, ⁊ Eleutheri, suscipe propitius, quesumus: ⁊ eoruꝫ nos intercessione sanctifica. Per dominum nostrum. Communio. Dico auteꝫ vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. Postcommunio.

Sumptis domine sacramētis, quesumus: vt intercedētibus beatis martyribus tuis Dionysio, Rustico, ⁊ Eleuthero, ad redemptionis eterne proficiamus augmentū. Per dnm.

¶ In festo sancti Callisti Pape ⁊ martyris. Introitus. die. 14




Sacerdotes dei benedicite dominū: sancti ⁊ humiles corde laudate deum. Psalm⁹. Benedicite omnia opera domini domino, laudate ⁊ superexaltate eum in secula. ℣. Gloria patri ⁊c. Oratio.

Deus, qui nos conspicis ex

nostra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura. Per dominum nostr. Episto. Omnis pótifex. de cói confess. pontifi. fo. 246. Grad. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meuz confortabit eũ. ℣. Nihil proficiet inimicus i eo, & filius iniquitatis nõ nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Amauit eum dñs, & ornauit eum: stolam glorię induit eũ. Allia. Euang. Si quis venit ad me. de cómuni mart. pont. fo. 237. Offerto. Ueritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre. Mystica nobis domine prosit oblatio: quę nos, & a reatibus nostris expédiat, & perpetua saluatione cófirmet. Per dominum. Communio. Beatus seruus, quem cũ vénerit dñs inuénerit vigilantez: amen dico vobis: super omnia bona sua cóstituet eum. Postcommunio. Quęsumus omnipotés deus: vt reatum nostrum munera sacra purificét: & recte viuédi nobis opentur effectũ. Per.

die. 18. In festo sancti Lucę euangelistę: Introitus.



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cófortatus é principatus eorũ. ps. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria p. Oro. Interueniat pro nobis, quęsumus domine, sanctus tuus Lucas euangelista: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per dominum.


Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Gratias ago deo, qui dedit eandem solicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniá exhortationem quidem suscepit: sed cum solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam cũ illo Fratré nostrũ, cuius laus est in Euágelio per omnes ecclesias. Non solum autez: sed & ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinatiónis nostrę, in hác gratiam quę ministratur a nobis ad dñi gloriaz, & destinatá voluntatem nostrá. Deuitantes hoc, ne quis nos vitúperet in hac plenitúdine, quę ministratur a nobis in dñi gloriá. Prouidemus enim bona: nó solum coram deo, sed etiam corá hominibus. Misimus auté cum illis & fratré nostrum, qué probáuimus in multis sępe solicituz esse: nunc autem multo solicitioré: confidétia multa in vos: siue pro Tito qui est socius meus, & in vobis adiutor: siue fratres nostri, apostoli ecclesiaruz, gloria Christi. Ostensionez ergo quę est charitatis vestrę & nostrę glorię pro vobis, in illos ostédite in facie ecclesia-

2.c.s.

clesiarū. Gradua. In omnem terrā exiuit sonus eorum: ⁊ in fines orbis terrę verba eoruꝫ. ℣. Celi enarrant gloriaꝫ dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. Alleluia, alleluia. ℣. Ego vos elegi de mundo, vt eatis, ⁊ fructum afferatis: ⁊ fructus vester maneat. Alleluia.

Sequen. scti euang. fm Lucaz.

c.10. 

In illo tēpore: Designauit dominus ⁊ alios septuagitaduos: ⁊ misit illos binos ante facieꝫ suam, in omneꝫ ciuitatem ⁊ locū quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidē multa: operarij autem, pauci. Rogate ergo dn̄m messis, vt mittat operarios in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculuꝫ, neqꝫ peraꝫ, neque calceamenta: ⁊ neminem per viam salutaueritis. In quancunque domum intraueritis: primum dicite, Pax huic domui. Et, si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illuꝫ pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete: edētes, ⁊ bibentes, quę apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quancumqꝫ ciuitatem intraueritis, ⁊ susceperint vos: manducate quę apponuntur vobis: ⁊ curate infirmos qui in illa sunt: ⁊ dicite illis. Appropinquauit in vos regnum Dei. Credo. Offertorium. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorū. Secr.

Donis cęlestibus da nobis, quęsumus domine, libera tibi mente seruire: vt munera quę deferimus, interueniēte beato euangelista tuo Luca, ⁊ medelam nobis operentur, ⁊ gloriaꝫ. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecuꝫ viuit ⁊ regnat i vnitate spiritus. Prefatio de apostolis. Coio.

Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Postcoio.

Presta, quęsumus, omnipotens deus: vt, quod de sancto altari tuo accepimus, precibus beati euangelistę tui Lucę, sanctificet animas nostras: per quod tuti esse possim⁹. Per dominum nostrū Jesum Christuꝫ.

¶ Sācti Hilarionis Abbatis, die. Missa. Os iusti meditabitur. 21 de communi vnius Abbatis. fo.248. Et pro commemo. sancte Ursulę ⁊ sociarum. Oratio.

Da nobis, quęsumus domine, sanctarum virginum ⁊ martyruꝫ tuarum Ursulę ⁊ sociarū eius, palmas incessabili deuotione venerari: vt, quas digna mente non possumus celebrare, humilibus salteꝫ frequentemus obsequiis. Per dominum nostrum Jesum Christū. Secreta.

Inten-

Attende, quesumus domine, múnera altaribus tuis pro sanctarum martyrum ⁊ virginum tuarum Ursule ⁊ sociarũ eius festiuitate proposita: vt sicut, per hec beata mysteria illis gloriã contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominũ nostrum Iesu. Postcommunio.

Presta nobis, quesumus domine, intercedentibus sactis martyribus ⁊ virginibus tuis: vt, quod ore contingimus, pura mente capiámus. Per do.

¶ Sanctorũ martyrum Chrysanthi ⁊ Darie. Missa. Intret in conspectu tuo. de cõi plurimorũ martyrũ fo.241. excepta oratione que dicitur vt infra. Orõ.

die. 25

Beatorum martyrum tuorum, domine, Chrysanthi ⁊ Darie, quesumus, adsit nobis oratio: vt, quos veneramur obsequio, eorum pium iugiter experiamur auxilium. Per d. Secre.

Populi tui, quesumus domine, tibi grata sit hostia: que in natalitiis sanctorum martyrum tuorum Chrysanthi ⁊ Darie sollemniter immolatur. Per dominum. Postcommunio.

Mysticis domine repleti sumus votis ⁊ gaudiis, presta, quesumus: vt intercessionibus sanctorum martyrum tuorum Chrysanthi ⁊ Darie, que temporaliter ágimus, spiritualiter consequamur. Per dominum.

¶ Sãcti Euaristi Pape ⁊ martyris. Missa. Statuit ei dominus. de communi vnius martyris pontificis. fol.236

die. 26

¶ In vigilia Apostolorum Simonis, ⁊ Iude. Introitus.

die. 27



Intret in conspectu tuo domine gémitus compeditorũ: redde vicinis nostris séptuplum in sinu eorũ: vindica domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. Psalmus. Deus venérunt gentes in hereditatem tuam: polluérunt templum sanctum tuũ: posuerunt Hierusalem in pomorũ custodiam. ℣. Gloria. Oratio.

Concede, quesumus, omnipotens deus: vt sicut apostolorum tuorum Simónis, ⁊ Iude gloriosa natalitia preuenimus: sic, ad tua beneficia promerenda, maiestatem tuam pro nobis ipsi preueniant. Per domi.

Epistola. Spectaculum facti sumus mundo. de communi confessorum non pontific. fo.248. Graduale. Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. ℣. Posuérunt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorũ bestiis terre. Euangeliũ. Ego sum vitis vera ⁊ pater. vt in communi martyrum tempore pascha fo.240. Offertoriũ. Exaltabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis: exaltationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Muneribus nostris domine sanctorum apostolorũ tuo-

tuorum Simónis, ꝛ Jude festa precédimus, te suppliciter depre cantes: vt, que cósciêtie nostre prepediuntur obstaculis, illoruꝫ meritis grata reddantur. Per.

Cõio. Posuerunt mortalia ser uorũ tuorũ dñe escas volatilibꝰ celi: carnes sanctorũ tuorum be stijs terre: secundũ magnitudiné brachij tui pólside filios morte punitorum. Postcommunio.

Sumpto dñe sacraméto sup pliciter deprecamur: vt, in tercedentibus beatis apostolis tuis Simóne, ꝛ Juda, quod tem poraliter gérimus, ad vitã capia mus eternam. Per dominum.

¶ In festo apostolorum Simo nis, ꝛ Jude. Introitus.



Mihi autem nimis honorati sunt ami ci tui deus: nimis cõfortatꝰ est prin cipatus eorũ. ps. Domine probasti me, ꝛ cognouisti me: tu cognoui sti sessionem meam, ꝛ resurrectio nem meaꝫ. ℣. Gloria. Oratio.

Deus, qui nos per beatos apostolos tuos Simóneꝫ ꝛ Judam, ad agnitionem tui no minis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternam, ꝛ proficiẽdo celebrare, ꝛ celebran do proficere. Per dominum.

Lectio epistole beati Pauli apo stoli ad Ephesios.

ca. 4. Fratres: Unicuiqꝫ nostruꝫ data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit. Ascẽdens in altum, captiuam duxit captiui tatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit: quid est, nisi quia ꝛ descendit primùm in inferiores partes terre? Qui de scendit: ipse est ꝛ qui ascendit su per omnes celos, vt impleret om nia. Et ipse dedit quosdam qui deꝫ apostolos: quosdam autem prophetas: alios verò euangeli stas: alios autem pastores ꝛ do ctores, ad cõsummationé sancto rum, in opus ministerij, in edifi cationem corporis Christi: do nec occurramus omnes in vni tatem fidei ꝛ agnitionis filij dei, in virum perfectum, in mensu ram etatis plenitudinis Christi.

Gradua. Constitues eos prin cipes super omnem terram: mé mores erunt nominis tui domi ne. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cõfitebũtur tibi. Alleluia, allelu ia. ℣. Nimis honorati sunt ami ci tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorum. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.



In illo tẽ pore; Di xit Jesus disci pulis suis. Hec mando vobis: vt diligatis in uicem. Si mun dus vos odit: scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mũdo fuissetis: mũdus quod suum erat, diligeret. Quia vero c. 15.

de mundo non estis, sed ego ele-
gi vos de mūdo: propterea odit
vos mundus. Mementote ser-
monis mei, quē ego dixi vobis:
Non est seruus maior domino
suo. Si me persecuti sunt: ꝛ vos
persequentur. Si sermonem me
um seruauerunt: ꝛ vestrum ser-
uabunt. Sed hęc omnia facient
vobis propter nomen meum:
q2 nesciunt eum qui misit me. Si
non venissem, ꝛ locutus eis fuis-
sem: peccatum non haberent.
Nunc autē excusationē non ha-
bent de peccato suo. Qui me
odit: ꝛ patrem meum odit. Si
opera nō fecissem in eis, quę ne-
mo alius fecit: peccatum non ha
berēt. Nunc autem ꝛ viderunt,
ꝛ oderunt ꝛ me, ꝛ patrem meū.
Sed vt impleatur sermo, qui in
lege eorum scriptus est, Quia o-
dio habuerūt me gratis. dicitur
Credo. Offerto. In omnem
terrā exiuit sonus eorū, ꝛ in fines
orbis terrę verba eorū. Secre.
GLoriam domine sancto-
rum apostolorum tuorum
perpetuam venerantes, quęsu-
mus: vt eā sacris mysteriis expia
ti, dignius celebremus. Per do.
Prefatio de aplis. Cōio. Uos,
qui secuti estis me, sedebitis sup
sedes iudicantes duodecim tri-
bus Israel. Postcommunio.
PErceptis domine sacramē
tis suppliciter exoramus:
vt, intercedentibus beatis apo-
stolis tuis Simone ꝛ Juda, quę
pro illorum veneranda gerimus
passione, nobis proficiant ad me
delam. Per dominum nostrū.
¶ In Uig. oium sctoꝝ. Intr. Dic. 31.



Iudicant sancti gē-
tes, ꝛ dn̄antur po
pulis: ꝛ regnabit
dn̄s deus illorū in
ppetuū. ps. Exul
tate iusti in dn̄o: re
ctos decet collaudatio. ℣. Glia.
nō dr Gloria in excels. Oratio.
DOmine deus noster, mul-
tiplica super nos gratiam
tuam: ꝛ quorū pręuenimus glo-
riosa sollemnia, tribue subsequi
in sancta promissione lętitiam.
Per dominum. secunda oratio
de sancta Maria. Cōcede. ter
tia Ec clesię. vel pro Papa.
Deus omnium fideliū pastor.
Lectio libri Apocalypsis, beati
Joannis apostoli.
IN diebus illis: Ecce ego ca. 5.
Joannes vidi in medio
throni ꝛ quatuor animalium, ꝛ
in medio seniorum, agnum stan-
tē tanquam occisum, habentem
cornua septē, ꝛ oculos septem:
qui sunt septem spiritus dei, mis-
si in omnem terram. Et venit, ꝛ
accepit librum de dextera seden-
tis in throno. Et cū aperuisset
librū: quatuor animalia ꝛ vigin-
tiquatuor seniores ceciderūt co
ram agno: habentes singuli ci-
tharas ꝛ phialas aureas, plenas
odoramentorum: quę sunt ora-
tiones sanctorum. Et cantabāt
canticum nouum, dicentes. Di-
gnus es domine accipere librū,
ꝛ soluere signacula eius: quoniā
occisus es: ꝛ redemisti nos deo
in san-

in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione: & fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes: & regnabimus super terram, & vidi, & audiui vocem angelorū multorū in circuitu throni, & animaliū, & seniorum: & erat numerus eorum millia milliū voce magna dicentium. Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatē, & sapiētiā, & fortitudinē, & honorē, & gloriā, & benedictionē, in secula seculorū. Amen. Grad. Exultabūt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate dño cāticū nouū: laus ei⁹ in ecclesia sctōruz. Euang. Descendēs Jesus de mōte stetit. de cōi plurimorū marty. fol. 242. Offer. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exaltationes dei in faucibus eoruz. Secreta.

Altare tuum domine deus muneribus cumulamus oblatis: da quesumus: vt ad salutem nostram, omnium sanctorum tuorum precatione proficiant, quorum sollemnia ventura precurrimus. Per dominuz. Communio. Iustorum anime in manu dei sunt: & non tanget illos tormentū malitie: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Postcommu.

Sacramentis domine & gaudiis optata celebritate expletis, quesumus: vt eorum precibus adiuuemur, quorum recordationibus exhibētur. Per dominum nostrum Jesum Ch.

Festa Nouembris.

In festo omnium Sanctorum. Introitus. die. 1



Gaudeamus omnes in domino, diem festum celebrantes, sub honore sanctorū omnium: de quorum sollemnitate gaudent angeli, & collaudant filium dei. Psalmus. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri & filio & spiritui san. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari: q̄sumus: vt desideratam nobis tue propitiationis abundantiā, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per dominum nostrum Je.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis apostoli.

In diebus illis. Ecce, ego Joannes vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis: habentem signum dei viui. Et clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terre & mari, dicens. Nolite nocere terre & mari, neqz arboribus: quoadusque signemus seruos dei nostri in frōtibus eorum. Et audiui numerum signatorum, centuz quadragintaquatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Juda, duodecim millia signati. Ex tribu Rubēn, duodecim millia si-

gnati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodeciz millia signati. Ex tribu Nephthalim, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodeciz millia signati. Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulō, duodecim millia signati. Ex tribu Joseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati. Post hęc vidi turbam magnā, quā dinumerare nemo poterat, ex omnibus gētibus, ⁊ tribubus, ⁊ populis ⁊ linguis, stantes ante thronum: ⁊ in conspectu agni, amicti stolis albis, ⁊ palmę in manibus eoruz: ⁊ clamabant voce magna dicentes. Salus deo nostro qui sedet super thronum, ⁊ agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni, ⁊ seniorum, ⁊ quatuor animalium: ⁊ ceciderunt in conspectu throni in facies suas, ⁊ adorauerunt deum, dicētes, Amen. Benedictio, ⁊ claritas, ⁊ sapientia, ⁊ gratiarum actio, honor, virtus, ⁊ fortitudo deo nostro, in secula seculorum. Amen. Grad.

Timete dominum omnes sancti eius: quoniam nihil deest timentibus euz. ℣. Inquirentes autem dominum, non deficient omni bono. Alleluia, alleluia. ℣. Uenite ad me omnes qui laboratis, ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiam vos. Alleluia. Sequent. sancti euange. scdm Mattheum.



In illo tpe: ca. 5. Uidēs Iesus turbas, ascēdit i montē. Et cum sedisset, accesserunt ad eū discipuli eius: ⁊ aperiēs os suū, docebat eos, dicens. Beati pauperes spū: quoniam ipsorum est regnum celoz. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terraz. Beati qui lugēt: quoniā ipsi consolabuntur. Beati, qui esuriunt, ⁊ sitiunt iustitiaz: quoniā ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniā ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniā ipsi deum videbūt. Beati pacifici: quoniā filij dei vocabuntur. Beati, qui persecutionē patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis, cū maledixerint vobis homines, ⁊ persecuti vos fuerint, ⁊ dixerint omne malū aduersum vos mentiētes, propter me. Gaudete ⁊ exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis. Dicitur Credo. Offe. Iustorū animę in manu dei sunt: ⁊ non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori, illi aūt sunt in pace. Secreta.

Munera tibi domine nostrę deuotionis offerimus: quę ⁊ pro cunctorum tibi grata sint honore iustorum, ⁊ nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum nostrū. Communio.

Beati

Beati mundo corde, quoniã ipsi deum videbunt: beati pacifici, quoniã filij dei vocabuntur: beati q persecutionē patiuntur propter iustitiã, quoniã ipsorũ est regnum celorum. Postcōmunio.

Da, quesumus domine, fidelibus populis, omnium sanctorum tuoruz semper veneratione letari: ⁊ eoruz perpetua supplicatione muniri. Per do.

Infra octauam omnium Sanctorum, ⁊ in die octaua, missa dr sicut in die. Secunda oratio de sancto spiritu. Deus qui corda fideliũ. tertia. Ecclesie tue. vel pro Papa. De festis duplicibus ⁊ semiduplicibus infra eã occurrentibus fit, cum commemoratione octaue. De simplicibus autē fit tantuz cōmemora.

die.2 ¶ Secunda die fit Commemoratio omnium fidelium defunctorum: ⁊ dicitur Missa. Requiem eternam dona. que loco suo circa finem Missalis ponitur. fo.274. Si autē secunda dies fuerit dñica, dicta cōmemoratio defunctorũ fit feria secunda.

die.4 ¶ Pro commemoratione sanctorum martyrum Vitalis ⁊ Agricole. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotēs deus: vt, qui sanctorum martyrum tuorum Vitalis ⁊ Agricole sollemnia colimus, eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per do. Secreta.

Oblatis, quesumus domine, placare muneribus: ⁊ intercedentibus sanctis martyribus tuis Vitale ⁊ Agricola, a cunctis nos defende periculis. Per dominuz. Postcōmunio.

Haec nos cōmunio dñe purget a crimine: ⁊ intercedētib⁹ sanctis martyrib⁹ tuis Vitale ⁊ Agricola, celestis remedij faciat esse cōsortes. Per. tertia oro. Ecclesie. vel pro Papa.

¶ In die octaua omniuz Sanctorum, dicitur Missa, vt in die cũ cōmemorat. sanctorũ mart. Quatuor Coronatorũ. Oratio. die.8

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt, qui gloriosos martyres fortes in sua cōfessione cognouim⁹, pios apud te i nostra intercessione sentiamus. Per dominuz nostrũ. Secreta.

Benedictio tua domine larga descendat: que ⁊ munera nostra, deprecantibus sanctis martyribus tuis, tibi reddat accepta, ⁊ nobis sacramentũ redēptionis efficiat. Per. Postcom.

Celestibus refecti sacramentis ⁊ gaudijs, supplices te domine deprecamur: vt quorum gloriamur triumphis, protegamur auxilijs. Per dominũ.

¶ In dedicatione Basilice Saluatoris dicitur Missa. Terribilis est locus iste. de comuni Dedicationis ecclesie. fo.253. ⁊ p cōme. sancti Theodori mar. oro. die.6

Deus, qui nos beati Theodori martyris tui confessione gloriosa circundas ⁊ protegis: presta nobis, ex eius imitatione proficere, ⁊ oratione fulciri. Per dominum. Secreta.

Suscipe domine fideliũ preces cum oblationibus hostiarũ: ꝛ intercedente beato Theodoro martyre tuo, ꝑ hęc pię deuotionis officia, ad cęlestẽ gloriã transeamus. Per d. Postcõm. Presta nobis, quęsumus dñe, intercedente beato Theodoro martyre tuo: vt, qđ ore cõtingimus, pura mẽte capiamus. Per dominum nostrum Jesuz.

die. ¶ Sanctorũ mart. Tryphonis
10 Respicij, ꝛ Nymphę. Introit⁹.



Clamauerunt iusti, ꝛ dominus exaudiuit eos: ꝛ ex omnibus tribulationib⁹ eorũ liberauit eos. ps. Benedicã dominuz in omni tẽpore, semp lauꝭ eius in ore meo. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui san. Oratio. Hac nos, quęsumus, dñe, sanctoruz martyrũ tuorũ Tryphonis, Respicij, ꝛ Nymphę, sẽper festa sectari: quorũ suffragijs protectionis tuę dona sentiam⁹. Per do. Episto. Non sunt cõdignę. de cõi plurimorũ marty. fo. 243. Grad. Uindica domine sanguinẽ sanctorũ tuorũ qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuoruz escas volatilibus cęli, carnes sanctorum tuorũ bestijs terrę. Alla, alleluia. ℣. Preciosa in conspectu dñi mors sanctorũ eius. Alla. Euangelium. Attendite a fermento phariseorum. de eodẽ coi. fol. 245. Offerto. Letamini in domino, ꝛ exultate iusti: ꝛ gloriami ni omnes recti corde. Secreta. Munera tibi domine nostrę deuotionis offerim⁹: quę ꝛ pro tuorum tibi grata sint honore iustorum: ꝛ nobis salutaria te miserante reddantur. Per d. Cõmunio. Quicũqꝫ fecerit voluntatẽ patris mei q in cęlis est: ipse meus frater, ꝛ soror, ꝛ mater est, dicit dominus. Postcõm. Presta nobis, quęsumus domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Tryphone, Respicio, ꝛ Nympha: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominũ.

¶ In festo sancti Martini episcopi ꝛ confessoris.
Introitus.



Statuit ei dominus testamentũ pacis: ꝛ principez fecit euz: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternuz. ps. Memẽto domine Dauid, ꝛ omnis mãsuetudinis eius. ℣. Gloria patri ꝛ filio, ꝛ spiritui. Orõ. Deus, qui conspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propitius: vt, intercessione beati Martini confessoris tui atqꝫ pontificis, contra omnia aduersa muniamur. Per dominum nostrum Jesuz. Pro commemoratione Sancti Menę martyris. Oratio. Presta, quęsumus, omnipotẽs de⁹: vt, q beati Menę martyris tui natalitia colimus, intercel-

Die. 11

intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per domi. Epistola. Ecce sacerdos magnus. de commmuni confessorũ pontificũ. fo. 245. Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Nõ est inuentus similis illi, qui conseruaret legẽ excelsi. Alleluia. alleluia. ℣. Beatus vir sanctus Martinus, vrbis Turonis episcopus, requieuit: quẽ susceperunt angeli, atqꝫ archãgeli, throni, dominationes, ⁊ virtutes. Alleluia. Euãge. Nemo accendit lucernã. de eodẽ cõi. fo. 246. Offerto. Ueritas mea ⁊ misericordia mea cũ ipso, ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Da, misericors deus: vt, hec nos salutaris oblatio, ⁊ à proprijs reatibus indesinenter expediat, ⁊ ab omnibus tueatur aduersis. Per dominũ nostrũ Jesum Christum filium tuum.

Pro commemor. sancti Mene martyris. Secreta.

Muneribus nostris, quesumus domine, precibusqꝫ susceptis: ⁊ celestibus nos munda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominum nostrum Je. Communio. Beatus seruus, quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcommun.

Presta, quesumus, domine deus noster: vt, quorum festiuitate votiua sunt sacramenta, eorum nobis salutaria intercessione reddantur. Per dñm.

Pro cõm. sancti Mene. Postcõ.

Da, quesumus, dñe deus noster: vt, sicut tuorum commemoratione sanctorũ temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. Per dominũ.

¶ In festo sancti Martini Pape ⁊ martyris, Missa. Sacerdotes dei. de commũni vnius martyris pontificis. folio. 237. die. 12

¶ Sancti Gregorij Thaumaturgi Episcopi ⁊ confes. Intro. die. 17



Statuit ei dominus testamentũ pacis: ⁊ principẽ fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas ĩ eternũ. psals. Memẽto dñe Dauid, ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui. Oratio.

Da, quesumus, omnipotẽs deus: vt, beati Gregorij confessoris tui atque pontificis veneranda sollemnitas, ⁊ deuotionem nobis augeat, ⁊ salutẽ. Per dominum nostrum Jesũ. Epistola. Ecce sacerdos magnus. de cõmuni confessorum pontificum. fo. 245. Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Nõ est inuentus similis illi, qui cõseruaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in eternum secundũ ordinem Melchisedech. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.

ca. 11 
IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Habete fidē dei. Amen dico vobis, qꝛ quicunque dixerit huic monti, tollere ꝛ mittere in mare: ꝛ nō hesitauerit in corde suo, sed crediderit qꝛ quodcū que dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quecunqꝫ orantes petitis, credite quia accipietis, ꝛ euenient vobis. Offertoꝛ. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ꝛ brachium meum confortabit eum. Secreta.

SAncti tui, quesumus domine, nos vbiqꝫ letificent: vt dum eorū merita recolimus: patrocinia sentiamus. Per dñz. Comu. Fidelis seruus, ꝛ prudens: quez constituit dñs super familiam suaz: vt det illis in tempore tritici mensurā. Postcom.

PResta, quesumus, omnipotēs deus: vt, de perceptis muneribꝰ gratias exhibētes, intercedente beato Gregorio cōfessore tuo atqꝫ pontifice, beneficia potiora sumamus. Per do.

die. 18 ¶ In dedicatione Basilice sanctoꝛ apostoloꝛum Petri ꝛ Pauli. Missa. Terribilis est. De cōi dedicationis ecclesie. folio. 254.

die. 19 ¶ Sācti Pōtiani Pape ꝛ mar. Missa. Statuit ei dñs. De cōi vnius mar. pontificis. fol. 236.

¶ In festo Sancte Cecilie virginis ꝛ martyris. Introitus.


LOquebar de testimonijs tuis in cōspectu regū, ꝛ non cōfundebar: ꝛ meditabar in mādatis tuis que dilexi nimis. Psal. Beati immaculati in via, qui ambulāt in lege domini. ℣. Gloria patri. Oratio. die. 22

DEus qui nos annua beate Cecilie virginis ꝛ martyris tue sollemnitate letificas: da, vt quā veneramur officio, etiam pie cōuersationis sequamur exēplo. Per do. Episto. Dñe deꝰ meus. De coi virginis ꝛ mar. fo. 252. Gradu. Audi filia, ꝛ vide, ꝛ inclina aurē tuā: qꝛ cōcupiuit rex speciem tuā. ℣. Specie tua ꝛ pulchritudine tua intēde, prospere procede, ꝛ regna. Alla, allia. ℣. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamoꝛ factus est: ecce sponsus venit, exite obuiam Christo Domino, Alleluia. Euangeliū. Simile est regnum celoꝛum decem virginibus. De eode coi. fo. 251. Offer. Afferentur regi virgines post eā: proxime eius afferentur tibi. Secr.

HAec hostia, domine, placationis ꝛ laudis, quesumus, vt, intercedente beata Cecilia martyre tua, nos propitiatione tua dignos semper efficiat. Per dominum nostruz. Communi.

Con-

C ōfundatur superbi, q2 iniuste iniquitatē fecerunt in me: ego autē in mandatis tuis exercebo2: ꝛ meditabo2 i tuis iustificationibus, vt nō cōfūdar. Postcomu.

S Atiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius quęsumus semper interuentione nos rēfoue, cuius sollemnia celebramus. Per dominū.

C In festo Sancti Clementis pape ꝛ martyris. Introitus.

Die. 23



Dicit dominus: sermones mei, quos dedi in os tuum, non deficiēt de ore tuo: ꝛ munera tua accepta erūt super altare meū. ps. Beatus vir q timet dñm: in mandatis eius volet nimis. v. Gloria. Oro.

D Eus, qui nos annua beati Clementis martyris tui atque pontificis sollemnitate lętificas: concede propitius: vt, cuius natalitia colim⁹, virtutē quoq3 passionis imitemur. Per do.

Pro commemorat. Sanctę Felicitatis martyris. Oratio.

P Resta, quęsumus, omnipotens deus: vt beatę Felicitatis martyris tuę sollemnia recensentes, meritis ipsius protegámur, ꝛ precibus. Per dñm n.

Episto. I mitatores mei estote: vt in dñica xxiij. post Penteco. fo. 171. Gradua. I urauit dominus, ꝛ nō pęnitēbit eum: tu es sacerdos in ęternū secundū ordinē Melchisedech. v. Dixit dñs domino meo: sede a dextris meis. A lleluia, alleluia. v. Hic est sacerdos, quem coronauit dominus. Alleluia. Euangelium. V igilate, quia nescitis. De communi confessorum pontificum. fol. 246. Offertoriū. V eritas mea ꝛ misericordia mea cum ipso, ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

M Unera tibi domine oblata sanctifica, ꝛ intercedēte beato Clemēte martyre tuo atq3 pōtifice, ꝑ hęc nos a peccatorū nostrorū māculis emunda. Per do. Pro commemoratione Sanctę Felicitatis. Secreta.

V Ota populi tui domine propitiātus intende: ꝛ cuius nos tribuis sollēnia celebrare, fac gaudere suffragijs. Per.

Communio. B eatus seruus, quem cum vēnerit dominus, inuēnerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua cōstituet eum. Postcommunio.

C Orporis sacri, ꝛ preciosi sanguinis replēti libāmine quęsumus, domine deus noster: vt, quod pia deuotione gérim⁹, intercedente beato Clemente martyre tuo atq3 pontifice, certa redēptione capiamus. Per.

Pro commemoratione sanctę Felicitatis. Postcommunio.

S Upplices te rogamus omnipotens deus: vt intercedētibus sanctis tuis, ꝛ tua in nobis dona multiplices, ꝛ tempora nostra disponas. Per dominum nostrum Jesum Christum.

die. 24 ¶ Sancti Chrysogoni martyris. In virtute tua domine. de communi vnius martyris. folio. 237. preter orationez que dicitur vt infra. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: vt, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Chrysogoni martyris tui intercessione liberemur. Per dominũ. Secreta.

Oblatis, quesumus, domine, placare muneribus: & intercedente beato Chrysogono martyre tuo, à cunctis nos defende periculis. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Postcommunio.

Tui domine perceptione sacramenti, & à nostris mundemur occultis, & ab hostium liberemur insidijs. Per dominuz nostrum Jesum Christum filiũ.

Die. 25 ¶ In festo Sancte Catharine virginis & martyris.

Introitus.

Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar: & meditabar in mandatis tuis, que dilexi nimis. Psal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Deus q dedisti legẽ Moysi in summitate montis Sinai: & in eodem loco per sanctos angelos tuos corpus beate Catharine virginis & martyris tue mirabiliter collocasti: presta, quesumus: vt, eius meritis & intercessione, ad montez qui Christus est peruenire valeamus. Per eundem dominum nostrũ. Epistola. Confitebor tibi domine rex. de communi vnius virginis & martyris. fo. 249. Graduale. Dilexisti iustitiam: & odisti iniquitatez. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo letitie. Alleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines post eá: proxime eius afferẽtur tibi in letitia, Alleluia. Euangeliuz. Simile est regnum celorum decem virginibus. de eodem communi. fo. 249. Offer. Afferentur regi virgines post eam: proxime eius afferentur tibi. Secreta.

Suscipe domine munera, que in beate Catharine virginis & martyris tue sollemnitate deferimus: cuius nos confidim⁹ patrocinio liberari. Per dominum nostrum Jesum Christum. Communio. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatez fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, & meditabor in tuis iustificationibus vt nõ cõfũdar. Postcommunio.

Auxilientur nobis domine sumpta mysteria, & intercedente beata Catharina virgine & martyre tua, sempiterna faciãt protectione gaudere. Per dominum nostruz Jesum Christũ.

¶ Sancti Petri Alexandrini episcopi & martyris, Missa. Die. 26

Statuit ei dominus. de cõmuni vnius marty. pontifi. fo. 236.

FINIS.

Commune Sanctorum.

In vigilia vnius Apostoli.
Introitus.

psal. 51 EGo aũt sicut oliua fructificaui i domo dñi: speraui in misericordia dei mei: ⁊ expectabo nomẽ tuum, quoniã bonum est ante cõspectũ sanctoruz tuorum. Psal. Quid gloriaris in malitia, qui potẽs es in iniquitate: V. Gloria.

DA q̃sumus oĩpotens Oro. deus, vt beati N. apostoli tui, quam preuenimus, veneranda sollemnitas: ⁊ deuotionez nobis augeat ⁊ salutez. Per dñm.

Lectio libri Sapientie.

Eccl. 44. ⁊ 45 BEnedictio domini super caput iusti. Ideo dedit illi dominus hereditatem, ⁊ diuisit ei partem in tribubus duodecim: ⁊ inuenit gratiam in cõspectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorum: ⁊ in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regum: ⁊ ostendit illi gloriaz suã. In fide ⁊ lenitate ipsius sanctuz fecit illum: ⁊ elegit eum ex omni carne. Et dedit illi coram precepta: ⁊ legem vite ⁊ disciplinę: ⁊ excelsum fecit illum. Statuit illi testamentum eternum: ⁊ circumcinxit eum zona iustitię: ⁊ induit eum dominus coronam glorię. Gr. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo domini. V. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, ⁊ veritatem tuam per noctem.


Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

IN illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Hoc ca. 15 est preceptum meum: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet: vt animaz suam ponat quis pro amicis suis. Uos amici mei estis: si feceritis que ego precipio vobis. Jam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Uos autez dixi am[illegible]: quia omnia quecunque [illegible] a patre meo, nota feci [illegible]. Non vos me elegistis: [illegible] ego elegi vos [illegible] posui vos: vt eatis, ⁊ fruct[illegible] feratis: ⁊ fructus vester [illegible]: vt quodcun[illegible] patrem in nomin[illegible] vobis. Offerto.

G[illegible] honore coronasti euz: ⁊ constitu[illegible] eũ super opera manuum tuarum, domine. psal. 8 Secre.

APostolice reuerentie culmen offerimus tibi sacris mysterijs imbuendũ: presta quesumus domine: vt beati aposto-

li tui N. suffragijs, cuius natalitia preuenimus, hec plebs tua semper et sua vota depromat, et desiderata percipiat. Per dñm.
Comu. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, et magnũ decorem impones super eum, domine. Postcommunio.
Sancti apostoli tui N. q̃sumus domine, supplicatione placatus: et veniam nobis tribue, et remedia sempiterna concede. Per dominum nostrum.
¶ In Natalitijs Apostolorum et Euangelistarũ, omnia vt suis locis in proprio Sanctorum.
¶ In communi vnius martyris pontificis. Introitus.



Statuit ei dominus testamentuz pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. Psalmus. Memento domine Dauid: et omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria pa. Orõ.
Infirmitatem nostram respice omnipotens deus: et quia pondus proprie actionis grauat, beati N martyris tui atque pontificis, intercessio gloriosa nos protegat. Per dñm no.
Lectio epistole beati Jacobi apostoli.
ca.1 Charissimi: Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite: quam repromisit deus diligentibus se. Nemo cuz tentatur, dicat quoniam a deo tentatur. Deus enim intentator malorũ est: ipse autem neminem tentat. Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. Deinde cõcupiscentia cũ conceperit, parit peccatum: peccatum vero cũ consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaqz errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminũ: apud quez non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: vt simus initium aliquod creature eius. Gradua.
Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meuz confortabit eũ. ℣. Nihil proficiet inimic⁹ in eo, et filius iniquitatis nõ nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in eternum, secunduz ordinem Melchisedech, alleluia.
Post septuagesimam Tractus.
Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniaz preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Sequentia sancti euãgelij secundum Lucam.
In illo tempore. Dixit Jesus turbis. Siquis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et vxorez, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autez et animam suam: non potest meus esse disci- ca.14

discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, et venit post me: nõ põt meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volẽs turrim edificare, non prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiẽdũ: ne postquàm posuerit fundamentum, et non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cepit edificare, et non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin, adhuc illo lõge agente, legationem mittens, rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui nõ renũciat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Offerto. Ueritas mea, et misericordia mea cũ ipso: et in nomine meo exaltabit cornu eius. Secr.

Hostias tibi dñe beati N. martyris tui atq; põtificis dicatas meritis, benignus assume: et ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidium. Per dñm. Cõmunio. Semel iuraui in sancto meo, semen eius in eternum manebit: et sedes eius sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in eternum: et testis in celo fidelis. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quesumus domine deus noster: vt beati N. martyris tui atque pontificis, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum nost.

¶ De eodem communi alia missa. Introitus.



Sacerdotes dei benedicite dominum: sancti et humiles corde laudate deum. Psalmus. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. ℣. Gloria patri, et fi. Oratio.

Deus qui nos beati N. martyris tui atque pontificis annua sollemnitate letificas, concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiusdem etiã protectione gaudeamus. Per dñm.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Benedictus deus et pater dñi nostri Jesu Christi: pater misericordiarum et deus totius cõsolationis: qui cõsolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus et ipsi consolari eos qui in omni pssura sũt, per exhortationem, qua exhortamur et ipsi à deo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita et per Christum abundat cõsolatio nostra. Siue autem tribulamur, pro vestra exhortatione et salute: siue consolamur, pro vestra cõsolatiõe: siue exhortamur pro vestra exhortatione, et salute: que operatur tolerantiam earundem passionum quas et nos patimur: vt spes nostra firma ij.ca.1

ma

ma sit pro vobis: scientes quoniam, sicut socij passionum estis, sic eritis & cõsolationis. In Christo Iesu domino nostro. Gradua. Gloria & honore coronasti eum. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, domine. Alleluia, alleluia. ℣. Hic est sacerdos, quem coronauit dominus, alleluia.

Post Septuagesimã Tractus. Beatus vir, qui timet dominũ: in mandatis eius cupit nimis. ℟ Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Glorię & diuitię in domo eius: & iustitia eius manet in seculũ seculi. Sequentia sancti euangelij secũdũ Mattheũ.

ca. 16 In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Siquis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eã. Qui autẽ perdiderit animã suã propter me, inueniet eã. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animę vero suę detrimentũ patiatur? Aut quam dabit homo cõmutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Offerto.

psal. 88 Inueni Dauid seruũ meũ, oleo sancto meo vnxi eũ: manus enĩ mea auxiliabitur ei, & brachium meũ cõfortabit eũ.

Munera tibi domine dicata sanctifica: & intercedente beato N. martyre tuo atque pontifice: per eadem nos placatus intende. Per dñm nostrum Ies. Cõmunio. Posuisti domine in capite eius, coronam de lapide psal. 20 precioso. Postcommunio.

Haec nos cõmunio domine purget à crimine: & intercedente beato N. martyre tuo, atq; pontifice: cęlestis remedij faciat esse cõsortes. Per do.

¶ Epistolę, & euangelia pro pon. & marty. assignata, legi possũt etiam pro marty. non ponti. Et quę infra habentur de mart. nõ pont. etiã pro mar. pont. Item pro mart. pont. legi possunt epistolę & euãgelia iferius assignata pro cõfesso. pont. Itẽ euãgelia etiã quę in vna missa de eodem cõmuni ponũtur, dici possunt in alijs missis de eodem communi.

¶ In cõmuni vnius martyris non pontificis. Introitus.



In virtute tua domine lętabitur iustus: & super salutare tuũ exultabit vehementer: desiderium animę psal. 20 eius tribuisti ei. Psal. Quoniã preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. ℣. Gloria patri, &. Oratio.

Presta quęsumus omnipotens deus, vt qui beati N. martyris tui, natalitia colimus: intercessione eius in tui nominis amo-

amore roboremur. Per dñm n.

Lectio libri sapientie.

Sap. 10 Iustum deduxit dominus per vias rectas: ⁊ ostendit illi regnum dei: ⁊ dedit illi scientiam sanctorū: honestauit illū in laboribus: ⁊ compleuit labores illius. In fraude circumuenientium, illi affuit: ⁊ honestum fecit illum. Custodiuit eum ab inimicis, ⁊ a seductoribus tutauit illum: ⁊ certamen forte dedit illi, vt vinceret, ⁊ sciret quoniam omniū potentior est sapientia. Hec, venditū iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eum. Descenditque cum illo in foueam: ⁊ in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni, ⁊ potentiam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit qui maculauerunt eum: ⁊ dedit illi claritatem eternā, dominus deus noster. Graduale.

Beatus vir, qui timet dominū: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit semē eius: generatio rectorum benedicetur. Alleluia, alleluia. ℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso, alleluia.

Post septuagesimam Tractus.

Desiderium anime eius tribuisti ei: ⁊ voluntate labiorum eius nō fraudasti eū. ℣. Quoniā preuenisti eū in benedictionib⁹ dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronā de lapide precioso.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

ca. 10 In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Ueni enim separare hominem aduersus patrem suum, ⁊ filiam aduersus matrem suam: ⁊ nurum aduersus socrum suam: ⁊ inimici hominis, domestici eius. Qui amat patrem aut matrē plusquā me: non est me dignus. Et qui amat filium aut filiā super me: nō est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, ⁊ sequitur me; non est me dignus. Qui inuenit animā suā, perdet eā: ⁊ qui perdiderit animā suā propter me, inueniet eā. Qui recipit vos, me recipit: ⁊ qui recipit me, recipit eū q me misit. Qui recipit prophetā in nomine prophete: mercedem prophete accipiet. Et q recipit iustū in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicunq; dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide, tantū in nomine discipuli: amen dico vobis, nō perdet mercedē suam. Offertoriū.

Gloria ⁊ honore coronasti eū: ⁊ constituisti eum super opera manuum tuarū domine. Secre.

Muneribus nostris, quesumus dñe, precibusq; susceptis: ⁊ celestibus nos munda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per d.

Comu. Qui vult venire post me abneget semetipsū: ⁊ tollat crucē suam, ⁊ sequatur me. Postcom.

Da, quesumus domine deus noster: vt sicut tuorum comme-

cōmemoratione sanctorum tem poráli gratulamur officio: ita ꝑ petuo letemur aspectu. Per do.

¶ De eodem communi alia missa. Introitus.


Letabit iustus in domino, ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabuntur oēs recti corde. Psal. Exaudi deus orationē meam cum deprecor: à timore inimici éripe animā meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spi. Oro.

Presta, quęsum⁹, omnipotens deus: vt intercedente beato N. martyre tuo, ⁊ à cū ctis aduersitatibus liberemur in corpore, ⁊ à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum nostrum Jesū.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Timotheum.

2.ca.2 Charissime. Memor esto dominum Jesum Christū resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum euangelium meum, in quo labóro vsque ad vincula, quasi male óperās: sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustíneo propter electos: vt ⁊ ipsi salutem consequantur, quę est in Christo Jesu, cum gloria cęlesti. Tu autē,
ca.3 assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositū, fidem, longanimitatem, dilectionē, patiéntiam, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochię, Jconij, Lystris: quales persecutiones sustinui: ⁊ ex omnibus eripuit me dominus. Et omnes qui volunt pié viuere in Christo Jesu, persecutiones patiuntur. Gradu. Justus cum ceciderit nō collidetur, quia dominus supponit manū suā. ℣. Tota die miseretur, ⁊ commodat: ⁊ semen eius in benedictione erit. Alleluia, alleluia. ℣. Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitę eternę, all'a. Post septuagesimā Tractus. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius: ⁊ iustitia eius manet in seculum seculi.

Seq. sancti euāg. sm Matthęū.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Nihil opertum quod non reueletur: ca.10
⁊ occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: ⁊ quod in aure auditis, prędicate super tecta. Et nolite timere eos qui occídunt corpus, animam autem nō possunt occidere: sed potius eū timete, qui potest ⁊ animam ⁊ corpus pérdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt: ⁊ vnus ex illis non cadet super terrā sine patre vestro? Vestri autem ⁊ capilli capitis, omnes numerati sunt. Nolite ergo timére: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo q confitebitur me coram hominibus:

bus: cōfitebor et ego eū corā patre meo, qui in cęlis est. Offert.
Posuisti dn̄e in capite eius coronā de lapide precioso: vitam petijt à te, et tribuisti ei, allā. Secre.
Accepta sit in cōspectu tuo domine nostra deuotio: et eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius sollemnitate defertur. Per dominuz. Cōio.
Qui mihi ministrat, me sequatur: et vbi suz ego, illic et minister meus erit. Postcommunio.
Refecti participatione muneris sacri, quęsumus dn̄e deus noster, vt sancti N. martyris tui, cuius exequimur cultū, sentiamus effectum. Per dn̄m.

¶ Item alię epistolę, et euangelium, in cōi vnius martyris.

Lectio epistolę beati Iacobi apostoli.

ca. 1



Charissimi. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis: scientes quòd probatio fidei vestrę patientiam operatur. Patientia autem opus perfectuz habeat: vt, sitis perfecti et integri, in nullo deficiētes. Siquis autez vestruz indiget sapientia, póstulet à deo q dat omnibus affluenter, et non impropérat: et dabitur ei. Postulet autez in fide, nihil hęsitans. Qui enim hęsitat, similis est fluctui maris, q à vento mouetur et circūfertur. Non ergo existimet homo ille quòd accipiat aliquid à domino. Vir duplex animo inconstās est in omnibus vijs suis. Glorietur autem frater humilis, in exaltatione sua. Diues autem, in humilitate sua, quoniam sicut flos fęni transibit: exortus est enim sol cum ardore, et arefecit fęnuz; et flos eius décidit, et decor vultus eius deperijt: ita et diues in itinéribus suis marcescet. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę: quam repromisit deus diligentibus se.

Lectio epistolę bti Petri apli.

1. ca. 4

Charissimi. Communicantes Christi passionibus, gaudete: vt, et in reuelatione glorię eius gaudeatis exultātes. Si exprobramini in noie christi, beati éritis: quoniā quod est honoris, glorię, et vírtutis dei, et qui est eius spiritus: sup vos requiescit. Nemo autē vestrū patiat vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorū appetitor. Si autez vt christianus: nō erubescat, glorificet autē deuz in isto nomine. Quoniā tēpus est, vt incipiat iudiciū à domo dei. Si autē primū à nobis: quis finis eorū q nō credūt dei euāgelio? Et, si iustus qui dē vix saluabitur: impius et peccator vbi parebūt? Itaqz et hi qui patiuntur secunduz voluntatez dei: fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

Seq. sancti euang. scd'm Joannē.

ca. 12

In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Amen, amen, dico vobis. Nisi granum frumen-

frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitã eternã custodit eã. Siquis mihi ministrat, me sequatur: et vbi ego sũ, illic et minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui est in celis.

¶ In cõmuni mart. tẽpore paschali, scilicet a Dñica in octaua pasche, vsqz ad vigiliã Pentec.

¶ De vno martyre. Introitus.



Proteristi me de⁹ a conuentu malignantiũ, alleluia: a multitudine operantium iniquitatem, Alleluia, alleluia. Psal's. Exaudi deus orationem meam, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloria patri.

Pro martyre et pontifice. Oro.

Infirmitatem nostram respice omnipotens deus: et quia pondus proprie actionis grauat, beati N. martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per domi.

Pro mart. et pont. alia Oratio.

Deus, q nos beati N. martyris tui atque pontificis annua sollẽnitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiã protectione gaudeamus. Per dominum nostrum Jesum Chri.

Pro martyre tantum. Oratio.

Presta, quesumus omnipotens deus: vt qui beati N. martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per dñm n.

Pro martyre, alia Oratio.

Presta, quesumus omnipotens deus, vt intercedente beato N. martyre tuo, et a cunctis aduersitatib⁹ liberemur in corpore, et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per.

Lectio libri Sapientie.

Stabũt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabũtur in subitatione insperate salutis, dicentes intra se, penitentiam agentes, et pre angustia spiritus gementes: Hi sunt quos aliquãdo habuimus in derisum, et in similitudinem improperij. Nos insensati, vitam illorum estimabamus insaniam: et finẽ illorũ sine honore. Ecce, quomodo cõputati sunt inter filios dei, et inter sanctos sors illorũ est. ca.5

Vel epistola beati Pauli apostoli ad Timotheũ. (M)emor esto. vt supra in cõi vnius mart. extra tempus Paschale. folio. 238.

Alla, alleluia. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua dñe, etenim veritatem tuã in ecclesia sanctorũ. Alleluia. ℣. Posuisti domine super caput eius coronã de lapide precioso, alleluia. Seq. sancti euang. scdm Joannem.

In illo tempore. Dixit Jesus ca.15

sus discipulis suis. Ego sum vitis vera: ⁊ pater meus agricola est. Omnem palmitem, in me non ferentē fructum, tollet eū: ⁊ omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iā vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sū vobis. Manēte in me: ⁊ ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructū à semetipso, nisi mānserit in vite: sic nec vos, nisi in me manséritis. Ego sum vitis: vos pálmites. Qui manet in me, ⁊ ego in eo, hic fert fructū multū: quia sine me nihil potestis facere. Siquis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, ⁊ arescet, ⁊ colligent eum, ⁊ in ignē mittent, ⁊ ardet. Si manseritis in me, ⁊ verba mea in vobis mānserint: quodcunque volueritis, petetis, ⁊ fiet vobis. Offertori.

Confitebuntur celi mirabilia tua domine, ⁊ veritatē tuā in ecclesia sanctorū, alleluia, alleluia.

Pro mart. ⁊ pont. Secreta.

Hostias tibi dn̄e beati N. martyris tui atq; pontificis dicatas meritis, benignus assúme: ⁊ ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidium. Per.

Pro mart. pont. alia Secreta.

Munera tibi domine dicata sanctifica: ⁊ intercedente beato N. martyre tuo atq; pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum nostrū.

Pro martyre tantum Secreta.

Muneribus nostris, quesumus domine, precibusq; susceptis: ⁊ celestibus nos munda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominum nostrū Iesū.

Pro martyre alia Secreta.

Accepta sit in cōspectu tuo domine nostra deuotio: ⁊ eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius sollennitate defertur. Per dominū. Cōio.

Letabitur iustus in domino, ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabuntur oēs recti corde, alleluia, alleluia.

Pro mart. ⁊ pont. Postcomu.

Refecti participatione muneris sacri quesumus domine deus noster: vt, beati N. martyris tui atq; pontificis, cuius exéquimur cultū, sentiamus effectum. Per dominum nost.

Pro mart. ⁊ pont. alia Postco.

Haec nos cómunio, domine, purget à crimine: ⁊ intercedēte beato N. martyr̄ tuo atque pontifice, celestis remedij faciat esse consortes. Per dn̄m.

Pro martyre tantum. Postco.

Da, quesumus domine deus noster: vt, sicut tuorum commemoratione sanctorū temporali gratulamur officio, ita ꝑpetuo letemur aspectu. Per d.

Pro martyre alia Postcomu.

Refecti participatione muneris sacri, quesumus domine deus noster: vt, sancti N. martyris tui, cuius exéquimur cultū, sentiamus effectū. Per.

¶ Epistola ⁊ euang. supradicte misse dicuntur etiam in sequenti missa: ⁊ que in sequēti habentur, dici possunt in superiori.

¶ De

¶ De pluribus martyribus tẽpore paschali. Introitus.



Sancti tui dñe benedicent te, gloriam regni tui dicent, Alleluia. Psal. Exaltabo te deus meus rex, & benedicam nomini tuo in seculũ, & in seculuz seculi. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Pro pluribus põt. & mar. Orõ.

Beatorum martyrum tuorum pariterq; pontificum N. & N. nos, quesumus domine, festa tueantur: & eorum commẽdet oratio veneranda. Per do.

Pro pluribus martyribus tantum. Oratio.

Deus, qui nos cõcedis sanctorũ martyrũ tuorũ N. & N. natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorũ societate gaudere. Per dominum.

Pro plurib. mart. alia Oratio.

Deus, q nos annua sanctorũ martyrũ tuorũ N. & N. sollemnitate letificas: concede propitius: vt quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominum nostrum.

Lectio epistole beati Petri apostoli.

ca. 1 Benedictus deus & pater domini nostri Jesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suã regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in celis in vobis, qui in virtute dei custodimini per fidez in salutem, paratã reuelari in tempore nouissimo: in quo exultabitis, modicũ nunc si oportet contristati in varijs tẽtationibus. vt ꝓbatio vestre fidei multo p̃ciosior auro (quod p ignẽ probatur) inueniatur in laudẽ & gloriã & honorẽ in reuelationem domini nostri Jesu Christi. Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui domine florebunt sicut lilium, & sicut odor balsami erũt ante te. Alla. ℣. Preciosa in conspectu dñi, mors sanctorũ eius, alleluia.

Seq. sancti euang. scdm Joannẽ.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multuz: quia sine me nihil potestis facere. Si quis i me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignez mittent, & ardet. Si mãseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcunq; volueritis petẽtis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus: vt fructum plurimum afferãtis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego patris mei precepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Hec locutus sum vobis: vt, gaudium meũ in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. ca. 15

Offertorium. Letamini in domino, & exul-

exultate iusti: ⁊ gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia.

Pro plurib. pont. ⁊ mart. Sec.

Adesto dñe supplicationibus nostris, quas in sanctoruȝ tuorũ cõmemoratione deferimus: vt, qui nostrę iustitię fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per dominum nostrum.

Pro plurib. mart. tantu Secr.

Munera tibi dñe nostrę deuotionis offerimus: quę ⁊ pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, ⁊ nobis salutaria te miserante reddãtur. Per dñm.

Pro pluribus mart. alia Secre.

Oblatis, q̃s dñe, placare muneribus: ⁊ intercedẽtibus sanctis tuis N. ⁊ N. a cũctis nos defende periculis. Per. Cõio.

Gaudete iusti in domino, alleluia: rectos decet collaudatio, allã.

Pro pluribus pontificis ⁊ martyribus. Postcommunio.

Quęsumus domine salutaribus repleti mysteriis: vt, quorum sollemnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per dominum nostruȝ Jesum.

Pro pluribus martyribus tantum. Postcommunio.

Pręsta nobis quęsumus domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis N. ⁊ N. vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominũ.

Pro pluribus martyribus. alia postcommunio.

Haec nos communio domine purget a crimine: ⁊ inter cedentibus sanctis martyribus tuis N. ⁊ N. cęlestis remedij faciat esse cõsortes. Per dominũ.

¶ In Communi martyrum tẽpore paschali, alia Epistola, Et Euangelium.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis apostoli.

In diebus illis: Post hęc ego Joannes audiui quasi vocem magnam turbarum multarum in cęlo dicentium, Alleluia. Laus, ⁊ gloria, ⁊ virtus Deo nostro est: quia vera ⁊ iusta iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna, quę corrupit terram in prostitutione sua: ⁊ vindicauit sanguinem seruoruȝ suorum de manibus eius. Et iterũ dixerunt, Alleluia. Et fumus eius ascendit in secula seculoruȝ. Et ceciderunt seniores viginti quatuor, ⁊ quatuor animalia, ⁊ adorauerunt Deum sedentem super thronum, dicentes: Amẽ, Alleluia. Et vox de throno exiuit dicens. Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius: ⁊ qui timetis eum pusilli ⁊ magni. Et audiui quasi vocem turbę magnę, ⁊ sicut vocem aquarum multarum, ⁊ sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium, Alleluia: quoniam regnauit dominus deus noster omnipotens. Gaudeamus ⁊ exultemus, ⁊ demus gloriam ei: quia venẽrunt nuptię Agni, ⁊ vxor eius pręparauit se. Et datũ est illi, vt cooperiat se byssino splendenti ⁊ candido. Byssinum enim: iustificatio

nes sunt sanctorum. Et dixit mihi. Scribe, Beati qui ad cęnam nuptiarum Agni vocati sunt.

Sequen. S. euang. secundum Joannem.

c.16. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, et flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem péperit puerum, iam non meminit pressurę propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

¶ In communi plurimorum martyrum extra tempus paschale. Introitus.



Intret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum, redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. Psal. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. V. Gloria.

Pro pluribus pontificibus et martyribus. Oratio.

Beatorum martyrum tuorum pariterque pontificum N. et N. nos, quęsumus domine, festa tueantur: et eorum commendet oratio veneranda. Per dominum.

Si non fuerint pontifices, dicitur oratio vt in sequenti Missa.

Lectio libri sapientię.

Iustorum animę in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: et ęstimata est afflictio, exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminium: et quod à nobis est iter exterminij, illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt: spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tentauit eos, et inuenit eos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos: et quasi holocausti hostiam accepit illos: et in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, et tanquam scintillę in arundineto discurrent. Judicabunt nationes, et dominabuntur populis: et regnabit dominus illorum in perpetuum. ca.3.

Graduale. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens prodigia. V. Dextera tua domine glorificata est in virtute, dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia, alleluia. V. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, et nomina eorum viuent in generatione et generationem, Alleluia.

Post Septuagesimam Tractus. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. V. Euntes ibant, et flebant, mittentes semina sua. V. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequen. S. euang. secundum Lucam.

c.21. 
IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Cũ audieritis prelia ₇ seditiones, nolite terreri: oportet primũ hec fieri, sed nondũ statiʒ finis. Tunc dicebat illis. Surget gens cõtra gẽtẽ, ₇ regnũ aduersus regnũ: ₇ terremotus magni erunt per loca: ₇ pestilentie ₇ fames: terroresq; de celo ₇ signa magna erunt. Sed ante hec omnia, iniicient vobis manus suas: ₇ persequentur tradentes in synagogas ₇ custodias, trahentes ad reges ₇ presides propter nomen meum. Continget autẽ vobis in testimoniũ. Ponite ergo in cordibus vestris nõ premeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os ₇ sapientiaʒ, cui non poterunt resistere ₇ contradicere omnes aduersarij vestri. Trademini auteʒ a parentibus ₇ fratribus, ₇ cognatis ₇ amicis: ₇ morte afficiẽt ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meuʒ: ₇ capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Offc. Mirabilis deus in sanctis suis, de⁹ Israel: ipse dabit virtutẽ, ₇ fortitudinẽ plebi sue: benedictus deus, Alleluia. Secreta.

ADesto dñe supplicationib⁹ nostris, quas in sanctoruʒ tuorũ cõmemoratione deferimus: vt, qui nostre iustitie fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per dominum nostrum.

Coio. Etsi coram hominibus tormenta passi sunt, deus tentauit eos, tanquaʒ aurũ in fornace probauit eos: ₇ quasi holocausta accepit eos. Postcommunio.

QUesumus domine salutaribus repleti mysterijs: vt, quorum sollemnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per dominum nostruʒ Jesum.

¶ De eod. cõ alia Missa. Intr.


SApientiaʒ sanctorum narrent populi: ₇ laudes eoꝝ nũciet ecclesia: nomina autem eorũ viuent in seculum seculi. Psalmus. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria pa. Oratio.

DEus, qui nos cõcedis sanctorum martyrum tuoruʒ N. ₇ N. natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per do.

Si fuerint põtifices dicat oõ pcedẽtis misse, qđ ₇ in sequẽtibus seruetur. Lectio libri sapientie.

IUsti autem in perpetuum viuent: ₇ apud dominum est merces eorum: ₇ cogitatio eorum apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris, ₇ diadema speciei de manu domini: quoniam dextera sua teget eos, ₇ brachio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturã zelus illius, ₇ armabit creaturã ad vltionem inimicorũ. Induet ꝑ thorace iu- ca.5.

stitiam: ⁊ accipiet pro galea iudicium certum. Sumet scutū inexpugnabile, equitaté. Gra. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū. ℣. Laqueus cótritus est, ⁊ nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine dñi, qui fecit celū, ⁊ terraȝ. Alleluia, alleluia. ℣. Iusti epulentur, ⁊ exultent in conspectu dei: ⁊ delectentur in letitia, allia.

Post Septuagesimá Tractus.

Qui seminát in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Eūtes ibát, ⁊ flebát, mittétes semina sua. ℣. Veniétes aūt veniét cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequē. S. euang. sm Lucam.

ca. 6. 
In illo tpe: Descédés Iesus de mõte, stetit in loco cápestri, ⁊ turba discipulorū ei⁹, ⁊ multitudo copiosa plebis ab omni Iudea ⁊ Hierusalem, ⁊ Maritima ⁊ Tyri ⁊ Sidonis, qui venerant vt audirent eum, ⁊ sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, ⁊ sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes: quoniam vestrum est regnum dei. Beati qui nūc esuritis: quoniá saturabimini. Beati qui nūc fletis: quia ridebitis. Beati eritis, cū vos óderint hoies, ⁊ cum separauerint vos, ⁊ exprobrauerint, ⁊ eiecerint nomen vestrum tanquam malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die ⁊ exultate: ecce enim merces vestra, multa ē in celo. Offe. Exultabūt scti in gloria, letabuntur in cubilibus suis: exaltationes dei in faucibus eorū, allia. Secreta.

Munera tibi dñe nostre deuotionis offerimus: que ⁊ pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, ⁊ nobis salutaria te miserante reddátur. Per dñm. Cõio. Dico auté vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos persequuntur. Postcõio.

Presta nobis, quesumus domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis N. ⁊ N. vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominū.

¶ De eodem communi alia missa. Introitus.


Salus autem iustorum a domino: ⁊ protector eorū est in tempore tribulationis. Psalm. Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri ⁊ filio, ⁊ spiritui. Oratio.

Deus, qui nos annua sanctorum martyrum tuorū N. ⁊ N. sollemnitate letificas: concede propitius: vt, quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominum nostr.

Lectio epistole beati Pauli apo-

apostoli ad Hebreos.

c.10. Fratres: Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum. Et in altero quidem opprobriis et tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socii taliter conuersantium effecti. Nam et vinctis compassi estis: et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidētiam vestram, que magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatē dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulumque, qui venturus est veniet, et nō tardabit. Iustus autem ex fide viuit.

Grad. Clamauerūt iusti, et dn̄s exaudiuit eos: et ex oībus tribulationibus eorū liberauit eos. ℣. Iuxta ē dn̄s his q tribulato sunt corde: et humiles spū saluabunt. Alla, alla. ℣. Te martyrū cādidatus laudat exercitus dn̄e, alla.

Post Septuagesimā Tractus.

Qui seminant in lacrymis, in gaudio metēt. ℣. Eūtes ibant, et flebant, mittētes semina sua. ℣. Venientes aūt venient cū exultatione, portantes manipulos suos.

Seque. S. euāg. sm Mattheū.

c.24. In illo tpe: Sedente Iesu super montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli eius secreto, dicentes. Dic nobis, quando hec erunt, et quod signum aduentus tui, et consummationis seculi? Et respōdens Iesus, dixit eis. Videte, ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, ego sum Christus: et multos seducent. Audituri enim estis prelia, et opiniones preliorū. Videte, ne turbemini. Oportet enim hec fieri: sed nondū est finis. Consurget enim gens in gentē, et regnū in regnū: et erūt pestilentie, et fames, et terremotus per loca. Hec autem omnia, initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, et occident vos, et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi: et inuicem tradent: et odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophete surgent: et seducēt multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit.

Offertor. Iustorum anime in manu dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace, Alleluia. Secreta.

Oblatis, q̄s dn̄e, placare muneribus: et intercedētibus sanctis tuis N. et N. a cūctis nos defende periculis. Per domin.

Communio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine dicit dominus: et qd in aure auditis, predicate super tecta. Postco.

Haec nos communio domine purget a crimine: et intercedentibus sanctis martyribus

tuis N. & N. cęlestis remedij faciat esse cōsortes. Per dominū.

Item alię epistolę & euangelia pro pluribus martyribus.

Lectio libri sapientię.

c.10. Reddidit deus iustis mercedem laborum suorum: & deducet illos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem. Trāstulit illos per mare rubrū, & trāsuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illoruz demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum: & decantauerunt domine nomen sanctū tuum: & victricem manum tuam laudauerunt pariter, Dñe deus noster.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca.5. Fratres. Iustificati ex fide, pacē habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum: per quem & habemus accessuz per fidem in gratiam istaz, in qua stamus, & gloriamur, in spe glorię filioruz dei. Non solum autem: sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiaz operatur, patientia autez probationem, probatio vero spem. Spes autē non confundit: q2 charitas dei diffusa est in cordibus nr̄is, per Spiritum sanctū qui datus est nobis.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 8 Fratres. Non sunt condignę passiones huius temporis, ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturę, reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, nō volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatez glorię filioruz dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & párturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habētes, & ipsi intra nos gémimus adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionez corporis nostri.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres. Exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis. In castitate, in scientia, in longánimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei. Per arma iustitię a dextris & a sinistris. Per gloriam & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam: vt seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autez locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

Lectio epistolę beati Pauli apo-

ca.2. apostoli ad Hebreos.

Fratres: Sancti per fidem vicerūt regna: operati sunt iustitiam: adepti sunt repromissiones: obturauerūt ora leonuz: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt aciem gladij: conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello: castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, vt meliorez inuenirent resurrectionē. Alij verò ludibria ⁊ verbera experti, insuper ⁊ vincula ⁊ carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melótis, in pellibus caprinis: egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus nō erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus ⁊ speluncis, ⁊ in cauernis terrę. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt: In Christo Jesu domino nostro. Lectio libri Apocalypsis beati Joānis apostoli.

ca.7. In diebus illis. Respondit vnus de senioribus, ⁊ dixit mihi. Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? ⁊ vnde venerunt? Et dixi illi. Domine mi, tu scis. Et dixit mihi. Hi sūt, q venerūt de tribulatiōe magna: ⁊ lauerūt stolas suas, ⁊ dealbauerunt eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante thronum dei, ⁊ seruiunt ei die ac nocte in templo eius: ⁊ qui sedet in throno, habitabit super illos. Non esurient, neque sitient amplius: nec cadet sup illos Sol, neque vllus ęstus. Qm̄ Agnus qui in medio throni est, reget illos: ⁊ deducet eos ad vitę fontes aquarum: ⁊ absterget deus oēm lacrymam ab óculis eorum.

Sequē. S. euāg. sm̄ Mattheū. ca.5.



In illo tēpore. Uidens Jesus turbas, ascendit in montez: Et cū sedisset, accesserunt ad eū discipuli eius: ⁊ aperiens os suum, docebat eos, dicens. Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsorum est regnū cęlorū. Beati mites: quoniā ipsi possidebūt terrā. Beati qui lugent: quoniā ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, ⁊ sitiunt, iustitiam: quoniam ipsi saturabūtur. Beati misericordes: quoniā ipsi misericordiā consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniā filij dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiūtur propter iustitiam: quoniā ipsorum est regnum cęlorum. Beati estis, cū maledixerint vobis homines, ⁊ persecuti vos fuerint: ⁊ dixerint oē malū aduersus vos, mentientes propter me. Gaudete, ⁊ exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cęlis.

Sequē. S. euāg. sm̄ Mattheū.

c.11. In illo tpe: Respondēs Jesus dixit. Cōfiteor tibi pater dn̄e cęli ⁊ terrę: qr abscōdisti

hęc a sapientibus & prudentib⁹: & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniam sic placitū fuit ante te. Oīa mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neqȝ patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

Sequen. S. euang. sm. Lucā.

C. 11. In illo tempore: Dicebat Jesus turbis Iudęorum, & principibus sacerdotum. Uę vobis, qui ędificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini, quod consentitis operibus patrum vestrorū: quoniam ipsi quidem eos occiderūt, vos autem ędificatis eorum sepulcra. Propterea & sapientia dei dixit. Mittā ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occidēt & persequentur: vt inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a cōstitutione mūdi a generatione ista, a sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zacharię qui periit inter altare & ędem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Sequētia sancti euangelii secundū Lucā.

C. 10. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit: spernit eū qui me misit. Reuersi sunt autē septuaginta duo cū gaudio, dicentes. Domine, etiam dęmonia in nomine tuo subiiciuntur nobis. Et ait illis. Uidebam satanam sicut fulgur de cęlo cadentem. Ecce, dedi vobis potestatē calcādi supra serpentes, & scorpiones, & supra omnē virtutē inimici: & nihil vobis nocebit. Ueruntamē in hoc nolite gaudere: q𝔯 spirit⁹ subiiciūtur vobis: gaudete autē q𝔯 nomina vestra scripta sunt in cęlis.

Sequen. S. euang. sm Lucam.


In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Attendite a fermēto pharisęorū, quod est hypocrisis. Nihil aūt opertū, quod non reueletur: neqȝ abscōditū, quod non sciatur. Qm̄ quę in tenebris dixistis, in lumine dicentur: &, qd in aure locuti estis in cubiculis, prędicabitur in tectis. Dico aūt vobis amicis meis: Ne terreamini ab his q occidūt corpus, & post hęc nō habēt amplius quid faciant. Ostendā autē vobis quē timeatis. Timete eū qui, postquā occiderit, habet potestatē mittere in gehennā. Ita dico vobis, hunc timēte. Nonne quinqȝ passeres veneūt dipōdio: & vnus ex illis nō est in obliuione corā deo? Sed & capilli capitis vr̄i, oēs numerati sunt. Nolite ergo timēre: multis passerib⁹ pluris estis vos. Dico aūt vobis: oīs quicūqȝ cōfessus fuerit me corā hoibus, & filius hois C. 12.

confi-

cófitebitur eũ corã angelis dei.
¶ In cõi confess. pont. Introi.



Tatuit ei domin⁹ testamentũ pacis, ⁊ principem fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. Psalm. Memẽto domine Dauid, ⁊ omnis mãsuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiri. Oratio.
Da, q̃s, om̃s deus: vt beati N. confessoris tui atq; põtificis veneranda sollẽnitas: ⁊ deuotioné nobis augeat, ⁊ salutẽ. Per do. Lectio libri sapientię.
eccl. 44. Ecce sacerdos magnus, q in diebus suis placuit deo, ⁊ inuentus est iustus: ⁊ in tempore iracundię factus est recõciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illum dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, ⁊ testamentum suum confirmauit sup caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam: ⁊ inuenit gratiaz coram oculis domini. Magnificauit eum in conspectu regum: ⁊ dedit illi coronam glorię. Statuit illi testamentum sempiternum: ⁊ dedit illi sacerdotiuz magnum: ⁊ beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio, ⁊ habere laudem in nomine ipsius: ⁊ offerre illi incensum dignum: in odorem suauitatis. Graduale.
Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.
Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, Alleluia.
¶ Tẽpore paschali omisso Graduali, ad primum versum additur sequens ℣. Hic est sacerdos, quem coronauit dominus, alla.
Post Septuagesimã Tractus.
Beatus vir, qui timet dominũ, in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo ei⁹, ⁊ iustitia ei⁹ manet in seculũ scli.
Sequẽ. S. euãg. sm Mattheũ.




In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. c. 25. Homo quidaz peregre proficiscens, vocauit seruos suos; ⁊ trãdidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta: alij autem duo, alij vero vnum. Unicuique secundum propriam virtutem: ⁊ profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta accẽperat, ⁊ operatus est in eis, ⁊ lucratus est alia quinque. Similiter ⁊ qui duo talenta acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum accẽperat, abiens fodit in terram, ⁊ abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit

dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinq; talenta accéperat, obtulit alia quinque talenta, dicens. Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce, alia quinque superlucratus sū. Ait illi dominus eius. Euge serue bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo talenta accéperat, & ait. Domine, duo talēta tradidisti mihi: ecce, alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituā: intra in gaudiū dn̄i tui. Offertorium. Inueni Dauid seruum meum, óleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Secreta.

SAncti tui, quęsumus domine, nos vbique lętificent: vt, dum eorū mérita recólimus, patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum. Communio. Fidelis seruus & prudens: quē constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōio.

PRęsta, quęsumus, omnipotens deus: vt de perceptis munéribus gratias exhibentes, intercedente beato N. confessore tuo atque pontifice, beneficia potiora sumamus. Per domin.

¶ De eodem communi alia missa. Introitus.



SAcerdotes tui domine induant iustitiā: & sācti tui exultent: propter Dauid seruū tuū, non auertas faciē Christi tui. Psal. Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria pat. Oratio.

EXaudi, quęsumus, domine, preces nostras: quas in beati N. confessoris tui atque pōtificis sollēnitate deférimus: &, qui tibi digne méruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per dominum nostrum Je.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebręos.

FRatres. Plures facti sunt sacerdotes secundum legem, iccirco quòd morte prohiberentur permanére. Jesus autem eò quòd maneat in ęternū, sempiternum habet sacerdotiū. Unde & saluare in perpetuū potest, accedens per semetipsū ad deum, semper viuens ad interpellandū pro nobis. Talis enim decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cęlis factus. Qui non habet quotidie necessitatē (quemadmodū sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel, se offerendo, dominus noster Jesus Christus. ca. 7.

Graduale. Sacerdotes eius induant salutare: & sancti eius exulta-

exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo.
Alleluia, alleluia. ℣. Jurauit dominus, et non penitebit eũ: tu es sacerdos in eternum secundũ ordinem Melchisedec, alleluia.
¶ Tempore paschali omisso Graduali, ad primũ versum additus sequens ℣. Amauit eum dominus, et ornauit eum: stolam glorie induit eum, alleluia.
Post Septuagesimã Tractus. Beatus vir, qui timet dominũ: in mandatis eius cupit nimis.
℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculum seculi. Sequẽ. sancti euangelii secundũ Mattheum.
c. 24 In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Uigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtique, et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis venturus sit. Quis, putas, est fidelis seruus et prudens, quẽ constituit dominus super familiam suam, vt det illis cibuz in tempore? Beatus ille seruus, quem cuz venerit dominus eius, inuenerit sic facientez. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Offerto. Ueritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Sancti N. cõfessoris tui atque pontificis, quesumus, dñe, annua sollẽnitas pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie placationis officia, et illũ beata retributio comitetur, et nobis gratie tue dona conciliet. Per.
Communio. Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua cõstituet eum. Postcommunio.
Deus fidelium remunerator animarũ, presta vt beati N. confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiã cõsequamur. Per.
¶ Item alie Epistole et Euangelia pro confess. ponti.
Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Hebreos.
Fratres. Omnis pontifex ca. 5.
ex hominibus assumptus pro hominibus cõstituitur in iis que sunt ad deũ: vt offerat dona et sacrificia, ꝓ peccatis. Qui cõdolere possit iis q ignorãt et errant: qm̃ et ipse circũdatus est infirmitate. Et propterea debet, quẽadmodũ pro populo, ita etiã et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo, tanquam Aaron. Lectio epistole bti Pauli apostoli ad Hebreos.
Fratres: Mementote prepositorum vestrorum, qui c. 13.
vobis locuti sunt verbum dei:

quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Jesus Christus heri ⁊ hodie: ipse ⁊ in secula. Doctrinis variis ⁊ peregrinis nolite abduci. Optimũ est enim gratia stabilire cor, non escis: quę nõ profuerunt ambulātibus in eis. Habemus altare: de quo ēdere nõ habēt potestatē qui tabernaculo deseruiũt. Quorũ enim animaliũ infertur sanguis pro peccato in sācta per pontificē, horũ corpora cremantur extra castra. Propter quod ⁊ Jesus, vt sanctificaret per suuz sanguinē populum, extra portaz passus est. Exeamus igitur ad eũ extra castra: improperiũ eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiā laudis semper deo, idest, fructũ labiorũ confitentiũ nomini eius. Beneficentię autem ⁊ communionis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. Obedite prepositis vestris, ⁊ subiacēte eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationez pro animabus vestris reddituri.

Sequen. S. euang. fm Lucam.

c. 11. In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis su s. Nemo accēdit lucernā, ⁊ in abscōdito ponit, neqz sub modio: sed super cādelabrũ, vt q ingrediuntur lumē videāt. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus simplex fuerit: totũ corpus tuũ lucidũ erit. Si aũt nequā fuerit: etiā corpus tuũ tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebrę sint. Si ergo totum corpus tuum lucidum fuerit, nõ habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum: ⁊ sicut lucerna fulgōris illuminabit te.

Sequen. S. euang. fm Marcũ.



In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Videte, vigilate, ⁊ orate. Nescitis enim quādo tempus sit. Sicut homo q pēregre, pfectus relīqt domũ suā: ⁊ dedit seruis suis potestatē cuiusqz ōpis, ⁊ ianitori pręcepit vt vigilet. Vigilate ergo (nescitis enim quando dominus domus veniat: serō, an media nocte, an gallicātu, an mane) ne, cuz venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod aũt vobis dico, oibus dico, Vigilate. c. 13.

¶ In coi Doctorũ. Introitus.



In medio ecclesię apuit os eius, ⁊ impleuit euz dñs spiritu sapientię, ⁊ intellectus: stolam glorię induit euz. Psalmus. Bonum est confitēri domino, ⁊ psāllere nomini tuo altissime. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus, qui populo tuo ęternę salutis beatuz N. ministrũ tribuisti: presta quęsumus: vt, quē doctorē vitę habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cęlis. Per dominũ nostrum Jesum Christum filiũ.

Lectio epistolę beati Pauli apo-

apostoli ad Timotheum.


2.c.4 Charissime. Testificor corā deo & Christo Jesu qui iudicaturus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius: predica verbum: insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebūt: sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magistros, pruriētes auribus: & a veritate quidē auditum auertent, ad fabulas autē conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistę, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor: & tempus resolutionis meę instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidē seruaui. In reliquo, reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex: non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius. Grad. O si iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Amauit eum dominus, & ornauit eū; stolā glorię induit eum, alleluia.

¶ Tempore paschali omisso Graduali ad primū versum, additur sequens ℣. Justus germinabit sicut lilium, & florebit in ęternū ante dominum, alleluia.

Post Septuagesimā Tractus.

Beatus vir, qui timet dominū, in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorū benedicetur. ℣. Gloria & diuitię in domo ei⁹, & iustitia ei⁹ manet in seculū sclī.

Sequē. S. euāg. sm Mattheū.



In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Vos estis sal terrę. ca.5. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominib⁹. Vos estis lux mūdi. Nō potest ciuitas abscōdi supra montē posita. Neq; accēdunt lucernā, & ponunt eā sub modio, sed super cādelabrū, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra corā hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent patrē vestrum qui in cęlis est. Nolite putare quoniam veni soluere legē, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amē quippe dico vobis, donec trāseat cęlum & terra, iota vnum aut vnus apex nō pręteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno cęlorum. Qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Offertorium.

Justus vt palma florebit: sicut cedrus, quę in libano est, multi-

plicabitur. Secreta.

Sancti tui N. nobis domine pia non desit oratio: que ⁊ munera nostra conciliet, ⁊ tuaz nobis indulgentiam semper obtineat. Per do. Communio.

Fidelis seruus ⁊ prudens, quē cōstituit dn̄s super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

Et nobis, domine, tua sacrificia dent salutem, beatus N. confessor tuus ⁊ doctor egregius precator accedat. Per dominum nostrum Jesum Ch.

Alia epistola pro Docto.

Lectio libri sapientię.

eccl. 39 Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum, ⁊ in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione: ⁊ pro delictis suis deprecabitur. Si eniz dominus magnus voluerit, spiritu intelligentię replebit illum: ⁊ ipse tanquam imbres emittet eloquia sapientię suę, ⁊ in oratione confitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius ⁊ disciplinam: ⁊ in absconditis suis consiliabitur. Ipse palam faciet disciplinam doctrinę suę, ⁊ in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius, ⁊ vsque in seculum nō delebitur. Non recedet memoria eius, ⁊ nomen eius requiretur à generatione in generationē. Sapiētiā eius enarrabūt gētes, ⁊ laudē ei⁹ enūciabit ecclia.

¶ In communi confess. non pontific. Introitus.



Os iusti meditabitur sapientiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. Psal. Noli ęmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui nos beati N. cōfessoris tui annua sollemnitate lętificas: cōcede propitius: vt cuius natalitia colimus, etiaz actiones imitemur. Per dominum nostrum Jesum Christuz.

Lectio libri sapientię.

Beatus vir, qui inuentus est sine macula: ⁊ qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunię thesauris. Quis est hic, ⁊ laudabimus eum? fecit eniz mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, ⁊ perfectus inuentus est, ⁊ erit illi gloria ęterna. Qui potuit transgredi, ⁊ nō est transgressus: facere mala, ⁊ nō fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in domino: ⁊ eleemosynas illius enarrabit oīs ecclesia sanctorum. eccl. 31.

Grad. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dn̄i. ℣. Ad annunciandū mane misericordiaz tuam, ⁊ veritatē tuā per noctez. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationez, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, alleluia.

¶ Tempore Paschali omisso Graduali, additur sequens ℣.

Amauit

Amauit eum dñs, & ornauit eũ, stolá glorię induit eum, alleluia. Post Septuagesimá Tractus. Beatus vir, qui timet dominũ, in mádatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria & diuitię in domo ei⁹, & iustitia eius manet in seculum seculi. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

c. 12. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Sint lũbi vestri pręcincti, & lucernę ardentes in manibus vestris. Et vos, similes hominibus expectátibus dominum suum quando reuertatur à nuptiis: vt cum venerit & pulsauerit, confestim apériant ei. Beati serui illi, quos cũ venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod pręcinget se, & faciet illos discũbere, & transiens ministrabit illis. Et, si venerit in secunda vigilia, &, si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias quá hora fur veniret: vigilaret vtiq3, & nó sineret pfodi domũ suá. Et vos estote parati: q2 qua hora nó putatis, filius hominis veniet. Offe. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre. Laudis tibi dñe hostias immolamus in tuorum commemoratione sanctorum: quib⁹ nos & pręsentibus exui malis cófidimus, & futuris. Per. Com.

Beatus seruus, quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilanté: amé dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcómunio. Refecti cibo, potuque cęlesti, deus noster, te supplices exoramus: vt, in cuius hęc commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per do.

¶ De eodem communi alia Missa. Introitus.



Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur, plantatus in domo dñi, in atrijs dom⁹ dei nostri. Ps. Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria pa. Oratio. Adesto domine supplicationibus nostris, quas in beati N. confessoris tui sollemnitati deferimus: vt, qui nostrę iustitię fiduciam non habemus, eius qui tibi placuit precibus adiuuemur. Per dominum nostrũ Jesum Christum filium tuum qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti, deus, per omnia. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. 1. c. 4 Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos auté ignobiles. Usq3 in hác horá & esurimus, & sitimus, & nudi sum⁹, & colaphis cędimur, & in-

ſtabiles ſumus, ⁊ laboramuſ operantes manibus noſtris. Maledicimur: ⁊ benedicimus. Perſecutionez patimur: ⁊ ſuſtinemuſ. Blaſphemamur: ⁊ obſecramuſ. Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſéma vſque adhuc. Non vt confundam vos, hec ſcribo: ſed vt filios meos chariſſimos moneo. In Chriſto Jeſu domino noſtro. Graduale. Os iuſti meditabitur ſapientiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: ⁊ nõ ſupplantabuntur greſſus eius.

Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis, alleluia.

¶ Tēpore paſchali omiſſo Graduali additur ſequēs ℣. Juſtus germinabit ſicut liliuz: ⁊ florebit in eternum ante dñm, alleluia.

Poſt Septuageſimā Tractus. Beatus vir, qui timet dominū: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iuſtitia eiuſ manet in ſeculum ſeculi. Sequētia ſancti euangelij ſecundum Lucam

c.12. In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuiſ. Nolite timere puſillus grex, quia cõplácuit patri veſtro dare vobis regnum. Uéndite que poſſidetis, ⁊ date eleemoſynam. Facite vobis ſacculoſ qui non veteraſcūt, theſauruz non deficientem in celis: quò fur nõ appropiat, neqz tinea corrumpit. Ubi enim theſaurus veſter eſt, ibi ⁊ cor veſtrū erit. Offertorium. In virtute tua domine letabitur iuſtus, ⁊ ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer: deſiderium anime eius tribuiſti ei. Secreta.

Preſta nobiſ queſumuſ omnipotens deus: vt noſtre humilitatis oblatio, ⁊ pro tuorū tibi grata ſit honore ſanctorum, ⁊ nos corpore pariter ⁊ mēte purificet. Per dominum noſtrum. Communio. Amen dico vobis, quòd vos qui reliquiſtis omnia, ⁊ ſecuti eſtis me, centuplū accipietis, ⁊ vitam eternam poſſidebitis. Poſtcommunio.

Queſumus, omnipotenſ deus, vt qui celeſtia alimenta percepimus intercedente beato .N. confeſſore tuo per hec cõtra omnia aduerſa muniamur. Per dominum noſtruz Jeſum.

¶ Item alia epiſtola ⁊ Euangelium pro confeſſo. non pontific. Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.

Fratres: Que mihi fuerūt lucra, hec arbitratus ſum ca.3 propter Chriſtum detrimenta. Uerúntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Jeſu Chriſti domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, ⁊ árbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciā: vt ⁊ inueniar in illo non habenz meam iuſtitiam que ex lege eſt, ſed illam que ex fide eſt Chriſti Jeſu, que ex deo eſt iuſtitia in fide:

de: ad cognoscendum illum, et virtutem resurrectionis eius, et societatem passionis illius: configuratus morti eius, si quo modo occurram ad resurrectionem que est ex mortuis. Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam in quo et comprehensus sum a Christo Jesu.

Sequen. S. euang. sm Lucam.

C. 19. 

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis parabolā hanc. Homo qdam nobilis abiit in regionem longinquā accipere sibi regnū, et reuerti. Vocatis aūt decem seruis suis, dedit eis decē mnas, et ait ad illos. Negotiamini dum venio. Ciues autem eius oderant eum: et miserunt legationem post illū, dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est vt rediret accepto regno: et iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam: vt sciret quantum quisqz negotiatus esset. Venit autem primus, dicens. Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. Et alter venit, dicens, Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit, dicēs. Domine, ecce mna tua quam habui reposita est in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod nō posuisti, et metis quod non seminasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico serue nequā. Sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod nō posui, et metēs quod nō seminaui: et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, et ego veniens cum vsuris vtique exegissem illam? Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnam, et date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei. Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, qr omni habenti dabitur, et abundabit: ab eo autē qui non habet, et quod habet auferetur ab eo.

¶ De codem commun pro Abbatibus alia missa. Introitus.



Os iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iudicium: lex dei ei[9] in corde ipsius. Psalmus. Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria pat. Oratio.

Intercessio nos, quesumus domine, beati N. Abbatis commēdet: vt, quod nostris meritis nō valemus eius patrocinio assequamur. Per domin.

Lectio libri Sapien.

Dilectus deo et hominibus, cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum, et magnificauit eum in timore inimicorum, et in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspe- Ec. 45

ctu regũ, ⁊ iussit illi coram populo suo, ⁊ ostendit illi gloriá suam. In fide ⁊ lenitate ipsius sanctuz fecit illum, ⁊ elegit eũ ex oi carne. Audiuit eniz vocé ipsius, ⁊ induxit illũ in nubé. Et dedit illi corã precepta, ⁊ legé vitę ⁊ disciplinę. Graduale. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Vitam petut a te, ⁊ tribuisti ei lõgitudinem dierũ in seculũ seculi. Alleluia, alleluia. ℣. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur, alleluia.

¶ Tépore paschali, omisso Graduali, addit sequés ℣. Iust⁹ germinabit sicut lilium, ⁊ florebit in ęternum ante dominũ, alleluia.

Post Septuagesimã Tractus. Beatus vir, qui timet dominũ, in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo ei⁹, ⁊ iustitia ei⁹ manet in seculũ sc̃li.

Seq̃né. S. euãg. s̃m Mattheũ.

c.19. In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce, nos reliquimus omnia, ⁊ secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quòd vos q̃ secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrem', aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meuz: centuplum accipiet, ⁊ vitam ęternam possidebit.

Offerto. Desiderium animę eius tribuisti ei dñe, ⁊ voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. Secreta.

Sacris altaribus domine hostias superpositas sanctus N. abbas, quęsumus, in salutẽ nobis prouenire deposcat. Per dominũ. Communio. Fidelis seruus ⁊ prudens, quez cõstituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.

Protegat nos domine cuz tui perceptione sacramenti beatus N. abbas pro nobis intercedendo: vt, ⁊ conuersationis eius experiamur insignia, ⁊ intercessionis ipsius percipiam⁹ suffragia. Per dominum nostr.

¶ In communi virginum.

¶ Pro virgine ⁊ martyre.

Introitus.



Loquebar de téstimoniis tuis in cõspectu regũ, ⁊ non cõfundebar: ⁊ meditabar in mandatis tuis, quę dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri. ⁊c. Oratio.

Deus, qui, inter cętera potẽtię tuę miracula, etiã in sexu fragili victoriam martyrij cõtulisti: cõcede propitius: vt qui bea-

te N. virginis ⁊ martyris tue natalitia colimus: per eius ad te exēpla gradiamur. Per dominum.

Lectio libri sapientie.

eccl. 51 Confitebor tibi dñe rex, ⁊ collaudabo te deū saluatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniá adiutor ⁊ protector factus es mihi: ⁊ liberasti corpus meum a perditione, a laqueo lingue inique, ⁊ a labiis operantium mendacium: ⁊ in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui a rugientibus preparatis ad escá: de manibus querentium animá meam, ⁊ de portis tribulationū, que circundederunt me. A pressura flamme, que circūdedit me: ⁊ in medio ignis non sum estuata. De altitudine ventris inferi, ⁊ a lingua coinquinata, ⁊ a verbo mendacij, a rege iniquo, ⁊ a lingua iniusta. Laudabit vsque ad mortem anima mea dominū: quoniam eruis sustinentes te, ⁊ liberas eos de manibus gentiū domine deus noster. Gradua.

Dilexisti iustitiam, ⁊ odisti iniqtaté. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitie. Alla, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines post eam, proxime eius afferentur tibi in letitia, alleluia.

Tpe paschali, omisso Graduali, additur sequens ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua, intende prospere, procede, ⁊ regna, alleluia.

Post Septuagesimá Tractus.

Ueni sponsa Christi, accipe coronam quam tibi dominus preparauit in eternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. ℣. Dilexisti iustitiam, ⁊ odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua: intende, prospere procede, ⁊ regna. Sequentia sancti euágelij scḋm Mattheum.



In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis parabolá hanc. c. 25. Simile est regnum celorum decé virginibus: que accipiétes lampades suas exierunt obuiá sponso ⁊ sponse. Quinque autem ex eis erant fatue, ⁊ quinque prudentes. Sed quinque fatue, acceptis lápadibus, non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lápadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerūt omnes ⁊ dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille, ⁊ ornauerunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerūt. Date nobis de oleo vestro: qr lampades nostre extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes. Ne forte non sufficiat nobis ⁊ vobis, ite potius ad védentes, ⁊ emite vobis. Dū auté irent emere, venit sponsus: ⁊ que parate erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, ⁊ clausa est ianua.

Nouissime vero veniunt ⁊ reliquę virgines, dicentes. Domine, domine, aperi nobis. At ille respondens, ait. Amen dico vobis, nescio vos. Uigilate itaque, quia nescitis diem neque horaz. Offertorium. Afferentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. Secreta.

Suscipe domine munera, quę in beatę N. virginis ⁊ martyris tuę sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per domi. Communio. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, in tuis iustificationibus, vt non confundar. Postcommunio.

Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: ⁊ intercedente beata N. virgine ⁊ martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per domin.

¶ Item pro virgine ⁊ martyre alia Missa. Introitus.



Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua domine intellexi: omnis consummationis vidi finem latum mandatuz tuum nimis. Psalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dñi. ℣. Gloria. Oratio.

Indulgentiaz nobis, quęsumus domine, beata N. virgo ⁊ martyr imploret: quę tibi grata semper extitit, ⁊ merito castitatis, ⁊ tuę pfessione virtutis. Per dominum nostrum Jesuz.

Lectio libri sapientię.

Domine deus meus exaltasti super terram habitationem meaz, ⁊ pro morte defluente deprecata sum. Inuocaui dominum patrem domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meę, ⁊ in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuuz assiduè, ⁊ collaudabo illud in confessione, ⁊ exaudita est oratio mea. Liberasti me de perditione, ⁊ eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor tibi, ⁊ laudem dicam nomini tuo, domine de⁹ noster. eccl. 51

Grad. Adiuuabit eā deus vultu suo: deus in medio eius nō cōmouebitur. ℣. Fluminis impetus lętificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est virgo sapiens, ⁊ vna de numero prudentum, alleluia.

Tēpore paschali, omisso Graduali, additur sequens ℣.

O quam pulchra est, casta generatio cum claritate, alleluia.

Post Septuagesimā Tractus.

Ueni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi dominus pręparauit in ęternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. ℣. Dilexisti iustitiam, ⁊ odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo lętitię prę cōsortibus tuis. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua: intende, prospere procede, ⁊ regna.

Sequen-

Sequē. S. euāg. sm̄ Mattheū:

c. 15. 

In illo tp̄e: Dixit Jesus discipulis suis parabolā hanc. Simile est regnum celorū thesauro abscondito in agro: quē qui inuenit homo, abscondit, ⁊ pre gaudio illius vadit, ⁊ vēdit vniuersa que habet, ⁊ emit agrū illū. Iterum, simile est regnū celorū homini negotiatori, querenti bonas margaritas. Inuenta autē vna preciosa margarita, abiit, ⁊ vendidit omnia que habuit, ⁊ emit eam. Iterum, simile est regnum celorū sagene misse in mare, ⁊ ex omni genere piscium congreganti. Quam, cū impleta esset, educentes, ⁊ secus littus sedētes, elegērunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibūt angeli, ⁊ separabunt malos de medio iustorum, ⁊ mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei: Etiam domine. Ait illis. Ideo, omnis scriba doctus in regno celorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua ⁊ vetera. Offer. Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in eternum, ⁊ in seculum seculi. Secreta.

Hostias tibi domine beate N. virginis ⁊ martyris tue dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. Per. Cōio.

Feci iudicium ⁊ iustitiam, domine, non calumnientur mihi superbi: ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui. Postcōmunio.

Diuini muneris largitate satiati, quesumus, domine deus noster: vt intercedēte beata N. virgine ⁊ martyre tua: in eius semper participatione viuamus. Per dominum nostrum.

¶ In communi plurium virginum ⁊ martyrum.


Omnia dicuntur vt supra pro vna virgine ⁊ martyre, excepta oratione que dicitur vt sequit, ⁊ epistola, De virginibus preceptum domini. que dr̄ vt inf. in cōi virg. non mart. f. 252. Orō.

Da nobis, quesumus, domine deus noster: sanctarū virginum ⁊ martyrum tuarum N. ⁊ N. palmas incessabili veneratione venerari: vt, quas digna mente nō possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per. Secreta.

Intende, q̄s, dn̄e, munera, altaribus tuis pro sanctarū martyrum ⁊ virginum tuarum N. ⁊ N. festiuitate proposita: vt sicut per hec beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dn̄m nostrum Jes. Postcōmunio.

Presta nobis, q̄s, domine, intercedētibus sanctis martyribus atque virginibus tuis: vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominū.

¶ Pro virgine tantũ. Introit.



Dilexisti iustitiam, ⁊ odisti iniqtatez: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitie, pre cõsortibus tuis. Ps. Eructauit cor meum verbuz bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

EXaudi nos deus salutaris noster: vt, sicut de beate N. virginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominuz.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

2 C.10 ⁊ 11. FRatres: Qui gloriatur, in domino glorietur. Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est: sed quem deus commendat. Utinam sustineretis modicũ quid insipientie mee: sed ⁊ supportate me. Aemulor enim vos dei emulatione. Despõdi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.

Gradua. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intẽde prospere procede, ⁊ regna. ℣. Propter veritatem ⁊ mansuetudinem, ⁊ iustitiã: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla, alla. ℣. Adducẽtur regi virgines post eã: proxime eius afferẽtur tibi in letitia, alla.

¶ Tẽpore paschali omisso Graduali, additur sequens ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intẽde, ꝓspere, ꝓcede, ⁊ regna, allia.

Post Septuagesimã Tractus. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciez tuã. ℣. Vultũ tuũ deprecabuntur oẽs diuites plebis filie regũ in honore tuo. ℣. Adducẽtur regi virgines post eam: proxime eius afferẽtur tibi. ℣. Afferẽtur in letitia ⁊ exultatione: adducentur in templum regis.

Euangeliũ. Simile est regnum celorum decẽ virginibus. vt supra in missa virg. ⁊ mar. fol. 250.

Offertorium. Filie regum in honore tuo, astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Secreta.

ACcepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio, pro tuorũ honore sanctorum: quorũ se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxiliũ. Per do.

Cõio. Quinqz prudẽtes virgines acceperũt oleuz in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est, ecce spõsus venit: exite obuiam Christo domino. Postcommunio.

SAtiasti, dñe, familiam tuaz muneribus sacris: eius q̃s semp interuentione nos rẽfoue, cuius sollemnia celebramus. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecũ.

¶ Item pro virgine tantuz alia missa. Introitus.



Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eaz: proxime eius adducẽtur tibi in letitia ⁊ exultatione.

Psalmus.

Psalmus. Eructauit cor meū verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Oratio.
Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beatę M. vginis tuę festiuitate gaudem⁹: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per d. Lectio eplę beati Pauli apostoli ad Corinthios
1.c.7 Fratres: De virginib⁹ pręceptum domini nō habeo: consilium autē do, tanquam misericordiam consecutus a dño vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonū esse propter instantē necessitatem, qm̄ bonū est homini sic esse. Alligatus es vxori? noli quęrere solutionem. Solutus es ab vxore? noli quęrere vxorem. Si autē acceperis vxorem: non peccasti. Et si nupserit virgo: nō peccauit. Tribulationē tn̄ carnis habebunt huiusmodi. Ego autē vobis parco. Hoc itaq; dico fratres, tēpus breue est: Reliquum est, vt & qui habent vxores, tanquam non habētes sint: & qui flent, tanquā non flentes: & qui gaudent, tanquam nō gaudentes: & qui emunt, tanquā nō possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Pręterit enim figura huius mūdi. Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est: solicitus est q̄ dñi sunt, quō placeat deo. Qui autē cū vxore est, solicitus est quę sunt mundi, quō placeat vxori: & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quę dñi sunt: vt sit sancta & corpore & spiritu. In Christo Jesu dño nostro. Grad. Concupiuit rex decorem tuum, quoniā ipse est dominus deus tuus. ℣. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuā. Alleluia, allia. ℣. Hęc est virgo sapiēs, & vna de numero prudētū, allia.
¶ Tēpore paschali omisso Graduali, additur sequens ℣. O quàm pulchra est, casta generatio cum claritate, alleluia.
Post Septuagesimā Tractus. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Vultum tuū deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regū in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. ℣. Afferentur in lętitia & exultatione: adducentur in templum regis. Euangelium. Simile est regnum cęlorum thesauro abscondito in agro. vt sup. in missa virgi. & marty. folio 251.
Offertorium. Afferentur regi virgines post eam, proximę eius afferentur tibi, in lętitia & exultatione: adducentur in templum regi domino. Secreta.
Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecū viuit & regnat in. Communio.
Simile est regnū cęlorū homini negociatori q̄rēti bonas margaritas: inuenta autē vna preciosa

margarita, dedit omnia sua, & cõparauit eam. Postcommunio.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius quesumus semper interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per dominum.

In communi non virginum.

Pro vna martyre non virgine. Introitus.



Me expectauerunt peccatores vt perderẽt me, testimonia tua domine intellexi: omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Psalm. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. V. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui inter cetera potentie tue miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius: vt qui beate N. martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum.

Si fuerint plures. Oratio.

Da nobis, quesumus, domine deus noster, sanctarum martyrum tuarum N. & N. palmas incessabili veneratione venerari: vt quas digna mente nõ possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per dominum. Episto. Confitebor tibi domine rex. vt sup. in missa virg. & marty. fol. 250.

Grad. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ. V. Propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo letitie. Alleluia, alleluia. V. Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna, alleluia.

Tẽpore paschali omisso Graduali, additur sequens V.

Propter veritatẽ, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia.

Post Septuagesimã Tractus.

Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi dominus preparauit in eternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. V. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitie pre cõsortibus tuis. V. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. Euang. Simile est regnũ celorũ thesauro abscõdito in agro. vt supra. fo. 251. Offert. Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in eternum, & in seculum seculi, alleluia. Secreta.

Suscipe, domine, munera, que in beate N. martyris tue sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum nostrũ.

Si fuerint plures. Secreta.

Intende, quesumus, domine, munera altaribus tuis pro sanctarum martyrum tuarum N. & N. festiuitate proposita: vt, sicut per hec beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum nostrum. Communio. Principes persecuti sunt me gratis, & a verbis tuis formidauit

dauit cor meum: lętabor ego super eloquia tua, quasi qui inuenit spolia multa. Postcomunio.

Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: & intercedente beata N. martyre tua: sempiterna faciant protectione gaudere. Per dominum nostr.

Si fuerint plures. Postcoio.

Presta nobis, quesumus, domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis: vt, qđ ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum nostrũ.

¶ Pro nec virgine nec martyre. Introitus.



Cognoui domine quia ęquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas, a mandatis tuis timui. Psal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri & filio, & spirit. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris nr̃: vt, sicut de beatę N. festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per.

Lectio libri Sapientię.

pro. 31 Mulierem fortez quis inueniet? Procul, & de vltimis finibus preciũ eius. Confidit in ea cor viri sui: & spoliis nõ indigebit. Reddet ei bonũ, & non malũ, oĩbus diebus vitę suę. Quęsiuit lanã & linũ: & operata est cõsilio manuũ suarũ. Facta est quasi nauis institoris de longe portãs panẽ suũ. Et de nocte surrexit, deditq; prędã domesticis suis: & cibaria ancillis suis. Considerauit agrum, & emit eum: de fructu manuum suarum plantauit vineã. Accinxit fortitudine lumbos suos: & roborauit brachiuz suum. Gustauit & vidit, quia bona est negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia: & digiti eius apprehenderunt fusum. Manum suam apéruit inopi: & palmas suas extẽdit ad pauperem. Non timebit domui suę a frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terrę. Sindonez fecit & vendidit, & cingulũ tradidit Chananęo. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Os suum apéruit sapientię: & lex clementię in lingua eius. Considerauit semitas domus suę: & panem otiosa non comẽdit. Surrexerunt filij eius, & beatissimam prędicauerunt: vir eius, & laudauit eam. Multę filię congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens dñm, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: & laudent eaz in portis opera eius. Gradua.


Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in ęternum. ℣. Propter veritatez

τ mansuetudinem, τ iustitiā, τ deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, all'a. ℣. Specie tua, τ pulchritudine tua: intende prospere, procede, τ regna, alleluia. ¶ Tēpore paschali omisso Graduali, additur sequens ℣. Propter veritatem τ mansuetudinem, τ iustitiam, τ deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia. Post Septuagesimā Tractus. Audi filia, τ vide, τ inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Uultum tuuz deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regū in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. ℣. Afferentur in letitia τ exultatione: adducentur in tēplum regis. Euangelium. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. vt supra. fo. 251. Offert. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in ęternum, τ in seculum seculi. Secreta. Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per dominum nostruz. Cōio. Dilexisti iustitiam, τ odisti iniquitatez: propterea vnxit te deus, de⁹ tuus oleo letitię prę consortibus tuis. Postcomunio. Satiasti, domine, familiam tuam muneribus sacris: eius, quęsumus, semper interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per dominū.

¶ Item alia epistola pro vidua. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Timotheum.

Charissime. Uiduas honora: quę verè viduę sunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet: discat primū domū suam regere, τ mutuā vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptū est corā deo. Quę autem verè vidua est τ desolata: speret in deum, τ instet obsecrationibus τ orationibus nocte τ die. Nam quę in deliciis est: viuēs mortua est. Et hoc pręcipe, vt irreprehēsibiles sint. Siquis autem suoruz τ maxime domesticorū curā non habet: fidē negauit, τ est infideli deterior. Uidua eligatur nō minus sexaginta annorum, quę fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimoniuz habens: si filios educauit, si hospitio recepit, si sctōz pedes lauit, si tribulatiōē patiētib⁹ subministrauit: si omne opus bonū subsecuta est. I. c. 5

¶ In anniuersario Dedicationis ecclesię. Introitus.



Terribilis est loc⁹ iste: hic domus dei est, τ porta cęli: τ vocabit aula dei. Ps. Quaz dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit, τ deficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria patri. Oratio. Deus, qui nobis per singulos annos, huius sancti tēpli tui consecrationis reparas diem,

diem, et sacris semper mysteriis representas incolumes: exaudi preces populi tui, et presta: ut, quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse letetur. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis apostoli.

c. 21. In diebus illis. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de celo, a deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: et ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterget deus omnem lacrymam ab oculis eorum: et mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, que prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.

Graduale. Locus iste a deo factus est, inestimabile sacramentum, irreprehensibilis est. ℣. Deus, cui astat angelorum chorus; exaudi preces seruorum tuorum. Alleluia, alleluia. ℣. Adorabo ad templum sanctum tuum: et confitebor nomini tuo, alleluia.

¶ Tempore paschali, omisso Graduali, additur sequens ℣. Bene fundata est domus domini, super firmam petram, alleluia.

Post Septuagesimam Tractus.

Qui confidunt in domino, sicut mons Sion: non commouebitur in eternum, qui habitat in Hierusalem. ℣. Montes in circuitu eius, et dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc et vsque in seculum.

Sequen. S. euang. sm Lucam.



In illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zacheus: et hic erat princeps Publicanorum, et ipse diues. Et querebat videre Jesum quis esset: et non poterat pre turba, quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborem sycomorum vt videret eum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum, et dixit ad eum. Zachee, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zacheus dixit ad Jesum. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: et, si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Jesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod et ipse sit filius Abrahe. Venit enim filius hominis querere et saluum facere quod perierat. c. 19.

Offertorium. Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa: et populum tuum qui repertus est vidi cum ingenti gaudio: deus Israel custodi hanc

voluntatē dñe deus. Secreta.

Annue, quęsumus, domine, precib⁹ nostris: vt, quicunque intra templi huius, cuius anniuersarium dedicationis diē celebramus, ambitum continemur, plena tibi atque perfecta corporis & animę deuotione placeamus: vt, dum hęc vota pręsentia réddimus, ad ęterna pręmia te adiuuante peruenire mereamur. Per dominū. Cōmunio.

Domus mea, domus orōnis vocabit, dicit dñs: in ea ois q petit accipit: & q quęrit inuenit, & pulsanti aperietur. Postcommunio.

Deus, qui de viuis & electis lapidibus ęternum maiestati tuę pręparas habitaculum: auxiliare populo tuo supplicāti: vt quod ecclesię tuę proficit corporalibus spatiis, spiritualibus amplificetur augmentis. Per dñm.

¶ Infr. octa. dedicationis, dicit missa, sicut i die, cū secūda orōne de S. Maria. C. Ōcede q̄sum⁹; tertia Ecclesię, vel pro Papa.

¶ In ipsa die dedicationis Ecclesię missa dr vt sup. in anniuersario dedicationis, exceptis orōnib⁹, quę dicunt vt sequit. Orō.

Deus, qui inuisibiliter omnia contines, & tamen pro salute generis humani signa tuę potentię visibiliter ostēdis: templum hoc potentia tuę inhabitationis illustra: & concede, vt omnes, qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacunque tribulatione ad te clamauerint, consolationis tuę beneficia consequantur. Per dominum nostr. Secreta.

Deus, qui sacrādorum tibi auctor es munerum, effunde super hanc orationis domum benedictionem tuam: vt ab omnibus in ea inuocātibus nomen tuum, defensionis tuę sentiatur auxilium. Per dñm. Postcōio.

Quęsumus, omnipotēs deus: vt in hoc loco, quem nomini tuo indigni dedicauimus, cunctis petētibus aures tuę pietatis accommodes. Per dñm.

¶ In ipsa die dedicationis altaris totum officium agitur vt supra in anniuersario dedicationis Ecclesię pręter orationes, loco quarum dr sequentes. Oratio.

Deus, qui ex omni coaptatione sanctorum, ęternum tibi cōdis habitáculum: da ędificationi tuę incremēta cęlestia: vt quorum hic reliquias pio amore complectimur, eorum semper meritis adiuuemur. Per dominum nostrum Iesum. Secreta.

Omnipotēs sempiterne deus, altare hoc nomini tuo ędificatum cęlesti virtutis benedictione sanctifica, & omnibus in te sperantibus auxilij tui munus ostende: vt, & hic sacramentorum virtus, & votorum obtineatur effectus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui te. Postcommunio.

Quęsumus omnipotēs deus: vt in hoc loco nomini tuo dedicato cūctis petentibus aures tuę pietatis accōmodes. Per dominum nostrum Iesum.

¶ Sequentes misse votiue, licet p sacerdotis deuotione quacunque die dici possint per hebdomadã quando festum duplex non occurrit, &c. vt in rubricis generalibus: cuique tamen diei propria missa potest assignari, vt feria ij. (nisi dicatur p defunctis) missa de Trinitate. Feria iij. de Angelis. Feria iiij. de Apostolis. Feria v. de spiritu sctõ. Feria vj. de Cruce. Sabbato de sancta Maria. In ipsis non dicitur Glor. in excelsis. nec Credo. nisi p publica ecclesie causa. In missa autem beate Marie, & in missa Angelorum dicitur tantum, Gloria in excelsis.

¶ Missa de sancta Trinitate.

Introitus.



Benedicta sit sacta Trinitas, atqz indiuisa vnitas: confitebimur ei: qr fecit nobiscũ misericordiã suam. Ps. Dñe dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra? ℣. Gloria. Orõ.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei, eterne Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem: quesumus: vt eiusdez fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Per d.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

c. 13. Fratres: Gaudete, perfecti estote, exhortamini, idẽ sapite, pacẽ habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscũ. Gratia dñi nostri Jesu Christi, & charitas dei, & cõicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

Graduale. Benedictus es domine, qui intuèris abyssos, & sedes super Cherubim. ℣. Benedictus es domine in firmamento celi, & laudabilis in secula.

Alleluia, alleluia. ℣. Benedictus es domine deus patruz nostrorũ, & laudabilis in secula, allã.

Tempore paschali omisso Graduali vsqz ad primum alleluia, additur ali⁹ versus vt sequitur. ℣. Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu, alleluia.

Post Septuagesimã Tractus.

Te deum patrem ingenitum, te filium vnigenitum, te spiritum sanctum paraclitum, sanctam & indiuiduam Trinitatẽ, toto corde confitemur, laudamus, atque benedicimus. ℣. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia; tu es deus solus. ℣. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, in secula sempiterna, o beata Trinitas. Sequentia sancti euangelii secundum Joannem.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Cuz vẽ c. 15. & 16.
nerit paraclitus, quem ego mittam vobis a patre, spirituz veritatis qui à patre procedit: ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimonium perhibèbitis: quia ab initio mecum estis. Hec locutus sum vobis, vt non scandelizemini. Absque synagogis

faciēt vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium prestare deo. Et hec facient vobis: quia non nouerunt patrē, neque me. Sed hec locutus sum vobis: vt cum venerit hora, eorum reminiscamini qr ego dixi vobis. Offert. Benedictus sit deus pater, vnigenitusq; dei filius, sanctus quoque spiritus: quia fecit nobiscū misericordiam suam. Secreta.

Sanctifica, quesumus dñe deus noster, per tui sancti nominis inuocationem, huius oblationis hostiam: et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Per dominum. Prefatio. Qui cū vnigenito. f. 124. Cōmunio. Benedicimus deū celi, et corā oībus viuentibus cōfitebimur ei: quia fecit nobiscū misericordiā suam. Postcōio.

Proficiat nobis ad salutē corporis et anime, domine deus noster, huius sacramenti susceptio: et sempiterne sācte Trinitatis, eiusdemq; indiuidue vnitatis confessio. Per dominum.

Tēpore paschali in fine Introitus, in fine Offertorii, et Cōmunionis, tam in superiori, quam in sequentibus missis vbi non habetur, additur alleluia.

¶ Pro gratiarum actione dicitur missa de sancta Trinitate, vel de spiritu sancto, vel de sancta Maria, additis sequentibus orationibus. Oratio.

Deus, cui⁹ misericordie nō est numerus, et bonitatis infinitus est thesaur⁹, piissime maiestati tue pro collatis donis gratias agimus, tuā semper clemētiam exorantes: vt, qui petentibus postulata concedis, eosdē non deserens, ad premia futura disponas. Per dñm. Secreta.

Oblatas dñe sacrificii huius cum gratiarū actionibus suscipe suauitatis, et presta: vt, quos exaudire, et incolumes seruare dignatus es: ab oī in posterū aduersitate custodias: et in tuo seruitio et amore concrescant. Per dominum. Postcommunio.

Deus, qui neminē in te sperantem, nimiū affligi permittis, sed pium precibus prestas auditū: pro postulationibus nostris, votisq; susceptis gratias agimus, te piissime deprecantes: vt per hec, que sumpsimus, a cunctis eripi mereamur aduersis. Per dominum nostrum Jesū.

¶ Missa de Angelis. Introit⁹.



Benedicite dominum omnes angeli eius, potentes virtute: qui facitis verbum eius ad audiendam vocem sermonum eius. Psalmus. Benedic anima mea dño, et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. ℣. Gloria p. Oratio.

Deus, qui miro ordine angelorū ministeria, hominūq; dispensas: cōcede propitius, vt quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per d.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis apostoli.

ca.5. In diebus illis. Audiui vocē angelorū multorū in circuitu throni ꝛ animaliuꝫ ꝛ seniorū: ꝛ erat numer⁹ eoꝝ millia milliū, dicētiū voce magna. Dignus est agnus q̄ occisus est, accipere virtutē, ꝛ diuinitatē, ꝛ sapientiā, ꝛ fortitudinē, ꝛ honorē, ꝛ gloriā, ꝛ bn̄dictionē. Et oēꝫ creaturā q̄ in cęlo est, ꝛ super terrā, ꝛ sub terra, ꝛ q̄ sunt in mari, ꝛ q̄ in eo: oēs audiui dicētes: Sedēti i throno, ꝛ agno, benedictio, ꝛ honor, ꝛ gloria ꝛ potestas in secula seculorū. Et quatuor animalia dicebant: Amē. Et vigintiquatuor seniores ceciderūt i facies suas: ꝛ adorauerūt viuētē in scl'a seculoruꝫ.

Gra. Laudate dn̄ꝫ de celis, laudate eum in excelsis. ℣. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius.

Alleluia, alleluia. ℣. In conspectu angeloruꝫ psallam tibi, adorabo ad templum sanctū tuum, ꝛ cōfitebor nomini tuo, alleluia.

Tempore paschali omisso Graduali, additur sequens ℣. Angelus domini descendit de cęlo, ꝛ accedens reuoluit lapidem, ꝛ sedebat super eum, alleluia.

Post Septuagesimā Tractus.

Benedicite dominum omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius. ℣. Benedicite domino omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eius. ℣. Benedicite domino omnia opera ei⁹, in omni loco dominationis eius, benedic anima mea domino.

Sequē. S. euāg. sm̄ Joannem. ca. 1.

In illo tempore: Vidit Jesus Nathanael veniētē ad se: ꝛ dicit de eo. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Unde me nosti? Respondit Jesus, ꝛ dixit ei. Priusq̄ꝫ te Philippus vocaret, cuꝫ esses sub ficu, vidi te. Respōdit ei Nathanael, ꝛ ait. Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Respondit Jesus, ꝛ dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: mai⁹ his videbis. Et dicit ei. Amen, amen dico vobis, videbitis cęlum apertum, ꝛ angelos dei ascendentes ꝛ descendentes supra filium hominis.

Offertorium. Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua: ꝛ data sunt ei incēsa multa: ꝛ ascendit fumus aromatum de manu angeli in conspectu dei. Secre.

Hostias tibi domine laudis offerimus, suppliciter deprecantes: vt easdem angelico pro nobis interueniente suffragio, ꝛ placatus accipias, ꝛ ad salutem nostram prouenire concedas. Per dominū. Cōio. Angeli, Archangeli, Principatus, ꝛ Potestates, Virtutes cęloꝝ, Dominationes, ꝛ Throni, Cherubim atque Seraphim, dn̄m benedicite in ęternum. Postcō.

Repleti, domine, benedictione cęlesti, suppliciter imploramus: vt, quod fragili

celebramus officio, sanctorũ angelorum atque archangelorum nobis prodesse sentiamus auxilio. Per dominum nostrum Je.

¶ Alia missa votiua de sctõ Michaele archangelo prout in eius dedicatiõe mẽse septẽbr. f. 226.

¶ Missa votiua de sanctis apostolis Petro et Paulo. Introit.



Mihi autez nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Psal. Domine probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meam, et resurrectionem meam. ℣. Gloria patri et filio. Oratio.

Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulantez in fluctib⁹, ne mergeretur erexit, et coapostoluz eius Paulum tertiò naufragantem de profundo pélagi liberauit: exaudi nos propitius, et concede: vt amborum meritis, eternitatis gloriam consequamur. Qui viuis et regnas.

Lectio actuum Apostolorum.

ca. 5. In diebus illis: Per manus Apostolorum fiebant signa et prodígia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in pórticu Salomonis. Ceterorũz autem nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credẽtiũz in domino multitudo virorum ac mulierum: ita vt in platéas eiicerent infirmos, et ponerent in lectulis et grabátis: vt veniente Petro, saltẽ vmbra illius obũbraret quenquam illorũ, et liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat autẽ et multitudo vicinarum ciuitatuz Hierusalem, afferentes egros et vexatos a spiritibus immundis: qui curabantur omnes.

Gradua. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Nimis honorati sunt amici tui de⁹, nimis confortatus est principatus eorum, alleluia.

Post Septuagesimã Tractus.

Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibãt et flebant mittentes semina sua. ℣. Veniẽtes aũt veniẽt cũ exultatione portãtes manipulos suos.

Sequẽ. S. euãg. sm Mattheũ.

In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jesum. c. 19. Ecce, nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quòd vos q secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Jsrael. Et omnis, qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meuz: centuplum accipiet, et vitam eternam possidebit.

Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eorũ: ⁊ in fines orbis terrę verba eoruz. Secre.

Offerimus tibi domine preces ⁊ munera: quę, vt tuo sint digna conspectu, apostolorũ tuorum Petri ⁊ Pauli precibus adiuuemur. Per dominum no.

Communio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Postcommunio.

Protege domine populuz tuum: ⁊ apostolorum tuorũ Petri ⁊ Pauli patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua. Per dominum nostrum Je.

Tempore paschali dicitur missa vt in festo sancti Marci, preter Orationem, Epistolam, ⁊ Euangelium, quę dicuntur vt supra.

¶ Missa de spiritu Sancto.

Introitus.



Spiritus domini repleuit orbem terraruz, ⁊ hoc quod continet omnia, scientiã habet vocis. psal. Exurgat deus, ⁊ dissipẽtur inimici eius, ⁊ fugiat qui oderunt eũ, à facie eius. ℣. Gloria.

Deus, qui corda Oratio. fidelium, sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, ⁊ de eius semper consolatione gaudere. Per domi. in vnitate eius.

Lectio actuum Apostolorum.

In diebus illis. Cum audissent apostoli qui erant Hierosolymis, quia recépit Samária verbuz dei: miserunt ad eos Petrum ⁊ Joannem. Qui cũ venissent, orauerũt pro ipsis, vt acciperẽt spirituz sanctũ. Noduz enim in quenquã illorum vénerat: sed baptizati tantum erant in nomine domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, ⁊ accipiebant spiritum sanctum. Grad. c.8.

Beata gens, cuius est dominus deus eorum: populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. ℣. Uerbo domini cęli firmati sunt, ⁊ spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia, alleluia. ℣. Ueni sancte spiritus: reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende, alleluia. Tempore paschali omisso Graduali, additur sequens ℣. Emitte spiritum tuum, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terrę, alleluia.

Post septuagesimam Tractus.

Emitte spiritum tuum, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terrę. ℣. O quàm bonus ⁊ suauis est, domine, spiritus tuus in nobis. ℣. Ueni sancte spiritus: reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

In illo tempore, Dixit Jesus discipulis suis. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, ⁊ Pater meus diliget eum, ⁊ ad euz veniemus, ⁊ mansionem c.14.

sionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonez quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me, patris. Hec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem, spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia quecunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis qr ego dixi vobis: Uado et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Uenit enim princeps mundi huius, et in me non habet quicquam. Sed, vt cognoscat mundus quia diligo patrem: et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Offertorium.

Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis: a templo sancto tuo, quod est in Hierusalez, tibi offeret reges munera. Sec.

Munera, quesumus domine, oblata sanctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per dominum. in vnitate eius. Prefatio. Qui ascedes super oes celos. fo. 122.

Coio. Factus est repente de celo sonus aduenietis spiritus vehementis, vbi erant sedentes: et repleti sunt oes spiritu sancto, loquentes magnalia dei. Postco.

Sancti spiritus, quesumus domine, corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per dominum. in vnitate eiusdem spiri.

¶ Ad postulandum gratiaz spiritus Sancti, dicitur missa vt supra cum sequentibus orationibus. Oratio.



Deus, cui omne cor patet, et ois voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere, et digne laudare mereamur. Per do. Secreta.

Haec oblatio, quesumus domine, cordis nostri maculas emundet: vt sancti spiritus digna efficiatur habitatio. Per dominum nostrum Jesum Christum. in vnitate eius. Postcoio.

Concede, qs omnipotens deus, sanctum nos spirituz votis promereri sedulis: quatenus eius gratia, et ab omnibus liberemur tentationibus, et peccatorum nostrorum indulgentiam mereamur accipere. Per dominum nostrum Jesuz Christum filium tuuz. in vnitate eius.

¶ Potest etiam in hac quinta feria dici missa votiua de sanctissimo Sacramento, que habetur in eius festo. folio 152.

¶ Missa de sancta Cruce.
Introitus.



NOs autem gloriari oportet in Cruce dñi nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita, ⁊ resurrectio nostra: ꝑ quem saluati ⁊ liberati sumus. ps. Deus misereatur nostri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultū suum super nos, ⁊ misereatur nostri. ℣. Gloria patri ⁊c. Oratio.

DEus, qui vnigeniti filij tui precioso sanguine, viuificę Crucis vexillum sanctificare voluisti: concede, quęsumus, eos, qui eiusdem sanctę Crucis gaudent honore, tua quoqꝫ vbique protectione gaudere. Per eun.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

c.2. FRatres. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem autem Crucis. Propter quod ⁊ deus exaltauit illum: ⁊ donauit illi nomen, qđ est super omne nomen: vt in nomine Jesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, ⁊ infernorū: ⁊ omnis lingua confiteatur quia dominus Jesus Christus in gloria est dei patris. Graduale. Christus factus est pro nobis obediēs vsqꝫ ad mortem: mortē autē crucis. ℣. Propter quod ⁊ deus exaltauit illū: ⁊ dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Alleluia, alleluia. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quę sola fuisti digna sustinere regem cęlorum, ⁊ dominum, alleluia. Tempore paschali omisso Graduali, additur sequens ℣. Dicite in gentibus, quia dominus regnauit à ligno, alleluia.

Post septuagesimam Tractus.

Adoramus te Christe, ⁊ benedicimus tibi: quia per crucem tuam redemisti mundū. ℣. Tuā Crucem adoramus domine, tuā gloriosam recolimus passionē: miserere nostri, qui passus es ꝑ nobis. ℣. O crux benedicta, quę sola fuisti digna portare regem cęlorum ⁊ dominum.

Sequentia sancti euangelii secundū Mattheum.

IN illo tempore, Assumpsit Jesus duodecim discipulos suos secreto, ⁊ ait illis. Ecce, ascendimus Hierosolymam, ⁊ filius hominis tradetur principibus sacerdotum, ⁊ scribis: ⁊ condemnabunt eū morte, ⁊ tradēt eum Gentibus ad illudendum ⁊ flagellandū, ⁊ crucifigendum: ⁊ tertia die resurget. Offerto. c.20.

Protege domine plebem tuam per signum sanctę crucis ab omnibus insidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamꝰ seruitutē, ⁊ acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum. Secreta.

HAec oblatio, q̄s dñe, ab omnibus nos purget offensis: quę in ara crucis immolata, etiā totius mundi tulit offensam. Per. Pref. Qui salutē humani generis in ligno crucis constitui-

sti. fol. 121. Cōio. Per signum crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. Postcōmun.

Adesto nobis dñe Deus noster: ꝛ, quos sanctę Crucis lętari facis honore, eius quoque ꝑpetuis defēde subsidijs. Per.

Tempore paschali, loco primę orationis dicitur sequens Oro.

Deus, qui pro nobis filium tuū crucis patibulū subire voluisti, vt inimici à nobis expelleres potestatē: cōcede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiā consequamur. Per dominū.

Et ad Introitus, Offertoriū, ꝛ Postcōmunio additur Allia. vt supra in ꝑpria rub. dictuz est.

¶ Alia Missa de Passione dñi nostri Jesu Christi. Introitus.



Humiliauit semetipsū dominus Jesus Christ' vsqz ad mortē, mortē autē crucis: propter qđ ꝛ deus exaltauit illū, ꝛ donauit illi nomē, quod est super omne nomen. ps. Misericordias dñi in ęternū cantabo: in generatione ꝛ generationem. ℣. Gloria patri. Oratio.

Domine Jesu Christe, qui de cęlis ad terrā de sinu patris descendisti, ꝛ sanguinē tuuz preciosuz in remissionē peccatoruz nostrorū fudisti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicij, ad dexterā tuaz audire mereamur, venite bñdicti. Qui viuis, ꝛ re.

Lectio Zacharię prophetę.

Haec dicit dñs. Effundam super domum Dauid, ꝛ super omnes habitantes Hierusalez, spiritum gratię, ꝛ miserationis: ꝛ aspicient in eum quem cōfixerunt: ꝛ plangent eū planctu quasi super vnigenitum: ꝛ dolebunt super euz, vt doleri solet in morte primogeniti. In illa die erit planctus magnus in Hierusalem: ꝛ dicetur. Quid sunt plagę istę in medio manuuz tuaruz? Et dicet. His plagatus sum in domo eorum qui diligebāt me. Framea suscitare super pastorē meum, ꝛ super virum cohęrentē mihi, dicit dominus exercituuz: Percute pastorem, ꝛ dispergentur oues. Ait dñs omnipotens. c. 12 ꝛ 13.

Graduale. Improperium expectauit cor meum, ꝛ miseriam: ꝛ sustinui, qui simul mecum contristaretur, ꝛ non fuit: consolantem me quęsiui, ꝛ non inuēni. ℣. Dederunt in escam meam fel, ꝛ in siti mea potauerūt me aceto. Alleluia, alleluia. ℣. Aue rex noster: tu solus nostros es miseratus errores, patri obediens, ductus es ad crucifigendum: vt agnus mansuetus ad occisionē, alleluia. Tepore paschali omisso Graduali, dicitur sequēs. ℣.

Tibi gloria osanna: tibi triumphus ꝛ victoria: tibi summę laudis ꝛ honoris corona, Alleluia.

Post septuagesimam Tract.

Vere languores nostros ipse tulit, ꝛ dolores nostros ipse portauit. ℣. Et nos putauimus eum quasi leprosum, ꝛ percussum

cussum a deo, et humiliatum. ℟. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. ℣. Disciplina pacis super eum: et liuore eius sanati sumus.

Seq. sancti euang. sm Joannē.

c.19. In illo tempore: Sciens Jesus quia iam omnia cōsummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit. Sitio. Uas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam aceto plenam, hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit. Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Judei ergo quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorū crura, et tollerentur. Uenerunt ergo milites: et primi quidem fregerunt crura: et alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesuz autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militū lancea latus eius aperuit, et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: et veruz est testimoniū eius.

Offer. Insurrexerūt in me viri iniqui: absque misericordia quę fierunt me interficere: et non pepercerūt in faciē meā spuere: lanceis suis vulnerauerūt me, et excussa sunt oia ossa mea. Secr.

Oblatum tibi dn̄e sacrificiū, intercedēte vnigeniti filij tui passione, viuificet nos semper et muniat. Qui tecum viuit et regnat.

Cōio. Foderūt manus meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Postcommu.

Domine Jesu Christe fili dei viui, q hora sexta pro redēptione mūdi crucis patibulū ascendisti, et sanguinez tuum preciosum in remissionez peccatorū nostrorū fudisti: te humiliter deprecamur: vt post obitū nostrū, paradisi ianuas nos gaudenter introire concedas. Qui viuis.

¶ Missa votiua de S. Maria, ab Aduentu vsque ad natiuitatem. Introitus.



Rorate cęli desuper, et nubes pluant iustum: aperiatur terra, et germinet saluatorez. Ps. Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui. Oratio.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbū tuuz angelo nunciante carnem suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricez dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eūdem dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: qui tecū.

Lectio Isaię prophetę. ca.7.

In diebus illis, Locutus est dominus ad Achaz, dicens. Pete tibi Signuz a domino

no deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam: et non tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis et deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce, virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum et mel comedet, vt sciat reprobare malum, et eligere bonum. Graduale.

Tollite portas principes vestras, et eleuamini porte eternales, et introibit rex glorie. ℣. Quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus, et mundo corde.

Alleluia, alleluia. ℣. Aue maria, gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, alla.

Seq. sancti euang. secundum Lucam.

ca. 1. In illo tempore: Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo Dauid: et nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset, turbata est in sermone eius, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero, et paries filium: et vocabis nomen eius Jesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius: et regnabit in domo Jacob in eternum: et regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua: et hic mensis, est sextus illi, que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Offertorium.

Aue Maria, gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui. Secreta.

In mentibus nostris, quesumus domine, vere fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine, deum verum et hominem confitemur: per eiusdem salutifere resurrectionis potentiam, ad eternam mereamur peruenire letitiam. Per eundem domi.

Prefat. Et te in veneratione beate Marie: que in sequentibus quoque Missis de sancta Maria dicitur. Communio.

Ecce virgo concipiet, et pariet filium: et vocabitur nomen eius Emmanuel. Postcomo.

Gratiam tuam, quesumus

domine, mentibus nostris infū de: vt qui, angelo nunciāte, Christi filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius ⁊ crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem do.

¶ A natiuitate vsque ad purificationem. Introitus.



Vultum tuū deprecabūtur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eam: proxime eius adducentur tibi, in letitia ⁊ exultatione. Psalmus. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui san. Oratio.

Deus, qui salutis eterne beate Marie virginitate fecūda, humano generi premia prestitisti: tribue quesumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus: per quam meruimus auctorem vite suscipere, dominum nostrum Jesum Christum filiū tuum. Qui tecum viuit ⁊ regn.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Titum.

ca.3. Charissime: Apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris nostri dei: non ex operibus iustitie que fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis ⁊ renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vite eterne. In Christo Jesu domino nostro.

Graduale. Speciosus forma pre filijs hominū: diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Alleluia, alleluia. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis, alleluia.

Post Septuagesimā Tractus. Gaude Maria virgo. vt in sequenti Missa.

Seq. sancti euang. sm Lucam. ca.2.

In illo tēpore: Pastores loquebantur adinuicē. Trāseamus vsq; Bethlehē: ⁊ videamus hoc verbum quod factum est: quod fecit dn̄s, ⁊ ostendit nobis. Et venerunt festinantes: ⁊ inuenerunt Mariā ⁊ Joseph, ⁊ infantē positū in presepio. Uidētes aūt cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierūt, mirati sunt: ⁊ de his, que dicta erāt a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hec, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificātes ⁊ laudantes deū in omnibus que audierant ⁊ viderant: sicut dictū est ad illos. Offer. Felix nanq; es sacra virgo Maria, ⁊ omni laude dignissima: q2 ex te ortus est sol iustitie, Christus deus noster.

Muneribus nostris, Secre. q̄s domine, precibusque su-

susceptis: ⁊ cęlestibus nos munda mysterijs, ⁊ clemēter exaudi. Per do. Cōio. Beata viscera Marię virginis, quę portauerūt ęterni patris filium. Postcōio.

Hec nos cōmunio domine purget à crimine: ⁊ intercedente beata dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse cōsortes. Per eundem dominum.

¶ A purificatione vsque ad Pascha. Introitus.



Salue sancta Parens, enixa puerpera regē: qui cęlū, terramque regit in secula seculorū. Ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea regi. v. Gloria pa. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quęsumus, dñe deus, ꝑpetua mentis ⁊ corporis sanitate gaudere: ⁊ gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione, à pręsenti liberari tristitia, ⁊ ęterna perfrui lętitia. Per do.

eccl. Lectio libri sapientię.

24. Ab initio ⁊ ante secula creata sum: ⁊ vsque ad futurum seculum non desinam: ⁊ in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sū: ⁊ in ciuitate sanctificata similiter requieui: ⁊ in Hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes dei mei hęreditas illius: ⁊ in plenitudine sanctorū detentio mea. Grad.

Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: quę sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. v. Virgo dei genitrix, quem totus nō capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, alleluia. v. Virga Iesse floruit: virgo deum ⁊ hominem genuit: pacem deus reddidit: in se recōcilians ima summis, alleluia.

Post Septuagesimā Tractus.

Gaude Maria virgo, cunctas hęreses sola interemisti. v. Quę Gabrielis archangeli dictis credidisti. v. Dum virgo deum ⁊ hominem genuisti: ⁊ post partū virgo inuiolata permansisti. v. Dei genitrix intercede ꝓ nobis.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tempore. Loquente Iesu ad turbas. c. 11.
Extollens vocem quędam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, ⁊ vbera quę suxisti. At ille dixit. Quin immo beati qui audiunt verbum dei, ⁊ custodiunt illud. Offertorium.

Felix namque es sacra virgo Maria, ⁊ omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitię, Christus deus noster. Secr.

Tua domine propitiatione ⁊ beatę Marię semper virginis intercessione: ad perpetuā atque pręsentem hęc oblatio nobis proficiat prosperitatem ⁊ pacem. Per dominum nostrum.

Cōio. Beata viscera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium. Postcōmunio.

Sumptis domine salutis nostrę subsidijs, da, quęsum⁹,

beatę

beatę Marię semper virginis patrocinijs nos vbique protegi, in cuius veneratione hęc tuę obtulimus maiestati. Per dominuz.

¶ A Pascha vsque ad Pentecosten. Introitus.



Salue sancta parens, enixa puerpera regem: qui cęlum, terrámque regit in secula seculorũ, alleluia. ps. Eructauit cor meum verbuz bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quęsumus domine deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione, à pręsenti liberari tristitia, & ęterna pérfrui lętitia. Per dominum nostruz Jesum Christi.

Lectio libri Sapientię.

c. 24 Ab initio & ante secula creata sum: & vsque ad futuruz seculum non desinam: & in habitatione sancta, coram ipso ministraui. Et sic in Sió firmata suz: & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: & in partes dei mei hęreditas illius: & in plenitudine sanctoruz detentio mea. Alleluia, alleluia. ℣. Virga Jesse floruit: virgo deum & hominé genuit: pacé deus reddidit: in se recócilias ima summis, alleluia. ℣. Aue maria, gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

In illo tempore: Stabant c. 19. autem iuxta crucem Jesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophę, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrem, & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suę. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

Offertorium. Beata es virgo Maria, quę omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit, & in ęternum pérmanes virgo, alleluia.

Secreta.

Tua domine propitiatione, & beatę Marię semper virginis intercessione: ad perpetuã atque pręsentem hęc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: qui tecum viuit & regnat, in vnitate spiritus sancti, deus. Communio. Beata viscera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium, alleluia.

Postcommunio.

Sumptis domine salutis nostrę subsidijs: da, quęsumus, beatę Marię semper virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione, hęc tuę obtulimus maiestati. Per dominum nostrum Jesuz Christum filium tuum.

¶ A

¶ A Pentecoste vsque ad Aduentum. Introitus.



Salue sancta parens, enixa puerpera regem: qui celum, terramque regit in secula seculorum. Psalmus. Eructauit cor meum verbuz bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quesumus domine deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beate Marie semper virginis intercessione, a presenti liberari tristitia, et eterna perfrui letitia. Per dominum nostruz Jesum Chri.

Lectio libri Sapientie.

c.24 Ab initio et ante secula creata sum: et vsque ad futuruz seculum non desinam: et in habitatione sancta, coram ipso ministraui. Et sic in Sio firmata suz: et in ciuitate sanctificata similiter requieui: et in Hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctoru detetio mea. Grad.

Benedicta et venerabilis es virgo Maria: que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quem totus no capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, alleluia. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis, all'a.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tempore. Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, et vbera que suxisti. At ille dixit. Quin immo beati qui audiunt verbum dei, et custodiunt illud. Offertorium. c.11.

Aue maria, gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Secreta.

Tua domine propitiatione, et beate Marie semper virginis intercessione: ad perpetua atque presentem hec oblatio nobis proficiat prosperitatem et pacem. Per dominum nostrum.

Communio. Beata viscera Marie virginis, que portauerunt eterni patris filium.

Postcommunio.

Sumptis domine salutis nostre subsidijs, da, quesum⁹, beate Marie semper virginis patrocinijs nos vbique protegi, in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dominuz.

¶ Alie Misse votiue pro deuotione Sacerdotis quacunqz die dicede, nisi fuerit Dominica, vel officium duplex. et cetera vt in Rubricis generalibus.

¶ Missa pro quacunque necessitate. Introitus.

Salus populi ego sum, dicit dominus: de quacunqz tribulatione clamauerint ad me, exaudiam

diam eos: ⁊ ero illorum dominus in perpetuum. Ps. Attendite populus meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria patri. Oratio.

Ineffabilem misericordiam tuam domine nobis clementer ostende: vt simul nos ⁊ a peccatis omnibus exuas, ⁊ a penis quas pro his meremur, eripias. Per dominum nostrum Jesum.

Lectio Hieremie prophete.

c.14. Si iniquitates nostre contenderint contra nos: Domine fac propter nomen tuum: quoniam multe sunt auersiones nostre. Tibi peccauimus, expectatio Israel, saluator eius in tempore tribulationis. Tu autem in nobis es domine, ⁊ nomen tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos, domine deus noster. Graduale. Liberasti nos domine ex affligentibus nos: ⁊ eos qui nos oderunt, confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die, ⁊ nomini tuo confitebimur in secula. Alleluia, alleluia. ℣. Propitius esto domine peccatis nostris: ne quando dicant gentes, vbi est deus eorum: alleluia. Tempore paschali omisso Graduali, additur sequens ℣. Exultabo, ⁊ letabor in misericordia tua: quoniam respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitatibus animam meam, alleluia. Post septuagesimam Tractus. De necessitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meam, ⁊ laborem meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Sequentia sancti euangelii secundum Marcum.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Habete fidem dei. Amen dico vobis, c.11.
quia quicunque dixerit huic monti, Tollere, ⁊ mittere in mare, ⁊ non hesitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcunque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quecunque orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ euenient vobis. Offerto. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me domine: ⁊ super iram inimicorum meorum extendes manum tuam, ⁊ saluum me fecit dextera tua. Secreta. Purificet nos domine quesumus muneris presentis oblatio: ⁊ dignos sacra participatione perficiat. Per dominum nostrum Jesum. Communio. Memento verbi tui seruo tuo domine, in quo mihi spem dedisti: hec me consolata est in humilitate mea. Postcommunio. Presta quesumus domine: vt terrenis affectibus expiati, ad superni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus sancta, tendamus. Per dominum.

¶ Missa pro peccatis.

Introitus.

Mise-


Misereris omnium domine, ⁊ nihil odisti eorum que fecisti: dissimulans peccata hominum propter penitentiam, ⁊ parcens illis, quia tu es dominus deus noster. ps. Miserere mei deus, miserere mei: quoniã in te cõfidit anima mea. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Exaudi, quesumus domine, supplicum preces, ⁊ confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, ⁊ pacem. Per.

ca.7. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos.

Fratres: Condelector legi dei secundum interiorẽ hominem. Uideo autem aliaz legẽ in membris meis, repugnantem legi mentis mee: ⁊ captiuantem me in lege peccati, que est in mẽbris meis. Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Jesum Christum dominum nostrum. Graduale. Propitius esto domine peccatis nostris, nequando dicant gentes, vbi est deus eorum? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, ⁊ propter honorez nominis tui dñe libera nos. Alleluia, alleluia. ℣. Deus iudex iustus, fortis, ⁊ patiens: nũquid irascetur per singulos dies? alla. Tempore paschali omisso Graduali, additur sequens ℣. Audi tui meo dabis gaudiũ ⁊ letitiaz, ⁊ exultabũt ossa humiliata, alla.

Post septuagesimam Tractus. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tue intendẽtes in orationem serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam. ca.11

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Petite, ⁊ dabit vobis: querite, ⁊ inuenietis: pulsate, ⁊ aperiet vobis. Omnis enim qui petit, accipit: ⁊ qui querit, inuenit, ⁊ pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panez, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nunquid serpentem pro pisce dabit illi? Aut si petierit ouuz: nũquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis pater vester de celo, dabit spiritũ bonũ petentibus se? Offertorium. Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te perueniat. Secreta.

Hostias tibi domine placationis ⁊ laudis offerimus: vt ⁊ delicta nostra miseratus absoluas, ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per dominum nostrum. Communio. Petite, ⁊ accipietis: querite, ⁊ inuenietis: pulsate, ⁊ aperietur vobis: omnis eniz qui petit, accipit: ⁊ qui querit, inuenit, ⁊ pulsanti aperietur, alleluia. Postcommunio.

Presta nobis eterne saluator: vt percipiẽtes hoc munere

nere veniam peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per dominum nostrū Jesum Christū filium tuum, qui tecum viuit.

¶ Missa pro eligendo summo Pontifice sede vacante dicitur de spiritu sancto, vel vt sequitur. Introitus.



Suscitabo mihi sacerdotem fidelē, qui iuxta cor meū ꝛ animam meam faciet, ꝛ edificabo ei domum fidelē, ꝛ ambulabit corā Christo meo cunctis diebus. Ps. Memento domine Dauid, ꝛ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui. Oratio.

Supplici dñe humilitate deposcimus: vt sacrosancte Romane ecclesie cōcedat pontificem illū tua immensa pietas: q ꝛ pio in nos studio semp tibi placitus, ꝛ tuo populo ꝓ salubri regimine sit assidue ad gloriam tui nominis reuerendus. Per do.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Hebreos.

c. 4. ꝛ 5. Fratres: Adeamꝰ cū fiducia ad thronū gratie eius: vt misericordiam cōsequamur, ꝛ gratiā inueniamus in auxilio opportuno. Omnis nanque pōtifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his que sunt ad Deum: vt offerat dona ꝛ sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his q ignorant ꝛ errant: quoniam ꝛ ipse circundatus est infirmitate: ꝛ propterea debet, quemadmodum ꝛ pro populo, ita ꝛ pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à deo tanquam Aaron. Sic ꝛ Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eū, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodū ꝛ in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternum, secundum ordinem Melchisedec. Qui in diebus carnis sue, preces, supplicationes que ad eum, qui possit eū saluum facere à morte, cum clamore valido ꝛ lacrymis offerens, exauditus est pro sui reuerentia. Grad. Pontifex sacerdos magnus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleū, ꝛ cuius manus in sacerdotio cōsecrate sunt, vestitusque est sanctis vestibus: debuit per omnia fratribus similari. ℣. Vt misericors fieret ꝛ fidelis pōtifex ad deū, vt repropitiaret debita populi. Alleluia, alleluia. ℣. Sacerdos sit sanctus, sicut ego sum dñs, qui sanctifico vos, alleluia.

Tempore paschali omisso Graduali, additur sequens. ℣. Ego sū pastor bonꝰ: ꝛ cognosco oues meas, ꝛ cognoscunt me mee, all.

Post Septuagesimā Tractus.

Surge domine in requiē tuā, tu, ꝛ arca sanctificationis tue. ℣. Sacerdotes tui induantur iustitiā, ꝛ sancti tui exultatione exultabūt. ℣. Propter Dauid seruū tuū nō auertas faciē Christi tui.

Seq.

c.14. Seq. sancti euang. sm Joannē.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo patrē, ⁊ aliuz paraclituz dabit vobis, vt maneat vobiscum in ęternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eū, nec scit eum. Uos autem cognoscetis euz: quia apud vos manebit, ⁊ in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniaz ad vos. Adhuc modicum: ⁊ mundus iam me non videt. Uos autē videbitis me: quia ego viuo, ⁊ vos viuetis. Offertorium.

Non participentur sancta, donec exurgat pontifex in ostensione, ⁊ veritate. Secreta.

Tue nobis domine abundātia pietatis indulgeat: vt per sacra munera, quę tibi reuerenter offerimus, gratum maiestati tuę pontificem sanctę matris ecclesię regimini pręesse gaudeamus. Per dominum nostrum.


Cōio. Ueste sancta vtētur pontifex, qui fuerit cōstitutus, ⁊ qui ingredietur tabernaculū testimonij, vt ministret in sanctuario.

Preciosi corporis Postcō. ⁊ sanguinis tui nos dn̄e sacramento refectos mirifica tuę gratia maiestatis de illius summi pontificis confessione letificet: qui ⁊ plebem tuam virtutibus instruat, ⁊ fidelium mentes spiritualium arōmatum odore perfundat. Qui viuis ⁊ regnas.

¶ In die creationis ⁊ coronationis Papę, ⁊ eiusdem dici anniuersario, dicitur missa vt in Cathedra beati Petri. folio 181. cum oratione. Deus omnium fidelium. fol. 269. omissis orationibus SS. Petri ⁊ Pauli.

¶ In anniuersario creationis Episcopi dicitur sequens missa. Introitus, Sacerdotes tui. de cōi confesso. ponti. fol. 245. omissa oratione festi, cuius loco dicitur oratio. Deus omnium fidelium, sicut pro Papa. ⁊ vbi dicitur ecclesię tuę pręesse voluisti. nominet ecclesiaz cui pręest, dicens, ecclesię N. vel huic pręesse voluisti. Epistola dicitur. Omnis pontifex. de communi confess. pontifi. fol. 246. ⁊ Euāg. Uidete, vigilate, ⁊ orate. de eodem cōmuni. fo. 247.

¶ Missa ad tollendum Schisma, vel pro quacunque necessitate Ecclesię. Introitus.



Saluos nos fac, domine deus noster: ⁊ cōgrega nos de nationibus: vt confiteamur nomini sancto tuo, ⁊ gloriemur in laude tua. Psalm. Confitemini domino, quoniam bonus, qm̄ in seculuz misericordia eius. ℣ Gloria pa. Oratio.

Deus qui errata corrigis, ⁊ dispersa cōgregas, ⁊ congregata conseruas: quęsumus: super populum Christianuz tuę vnionis gratiā clementer infunde: vt diuisione reiecta, vero pastori ecclesię tuę se vniens, tibi digne

gne valeat famulari. Per domi.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Ephesios.

c.4. FRatres. Obsecro vos, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cuȝ omni humilitate ⁊ mansuetudine, cuȝ patientia, supportantes inuicem in charitate: soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, ⁊ vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę. Unus dominus, vna fides, vnū baptisma. Unus deus ⁊ pater omnium, qui est super omnes, ⁊ per omnia, ⁊ in omnibus nobis. Unicuiqȝ auteȝ nostrū data est gratia secūdū mēsuram donationis Christi: donec occurramus omnes in vnitateȝ fidei ⁊ agnitionis filij dei, in virū perfectum, in mensuram ętatis plenitudinis Christi, vt iam non simus paruuli, fluctuantes, ⁊ circunferamur omni vento doctrinę in nequitia hominum, in astutia ad circunuentionem erroris. Ueritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus: ex quo totum corpus compactū ⁊ connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundū operationem in mensurā vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ędificationem sui in charitate. Hoc igitur dico ⁊ testificor in domino: vt iam nō ambuletis sicut ⁊ gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratū habentes intellectū, alienati à vita dei per ignorātiam, quę est in illis propter cęcitatem cordis ipsorū. Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitię, in operationem immūditię omnis, in auaritiā. Uos autē nō ita didicistis Christuȝ: si tamē illū audistis, ⁊ in ipso edocti estis: sicut est veritas in Christo Jesu domino nostro. Gra.

Rogate quę ad pacē sunt Hierusaleȝ: ⁊ abundantia diligentibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua, ⁊ abūdātia in turribus tuis. Alleluia, alleluia. ℣. Lauda Hierusalem dominum, lauda deum tuum Sion, alleluia.

Tempore paschali omisso Graduali, additur sequens. ℣. Qui posuit fines tuos paceȝ, ⁊ adipe frumenti satiat te, alleluia.

Post septuagesimam Tractus.

Notus in Judęa deus, in Israel magnum nomen eius. ℣. Et factus est in pace locus eius, ⁊ habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, ⁊ bellum.

Seqnē. sancti euāg. sm Joānē.

In illo tempore: Subleua- c.17.
tis Jesus oculis in cęlum, dixit. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut ⁊ nos. Cum essem cū eis, ego seruabā eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: ⁊ nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, vt scriptura impleref. Nūc aūt ad te venio: ⁊ hęc loquor in mūdo, vt habeant gaudium meum impletum

pletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: ⁊ mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut ⁊ ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt: sicut ⁊ ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita ⁊ ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint ⁊ ipsi sanctificati in veritate. Nõ pro eis autem rogo tantum, sed ⁊ pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, ⁊ ego in te: vt ⁊ ipsi in nobis vnuz sint, vt credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatez, quã dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnũ, sicut ⁊ nos vnum sumus. Ego in eis, ⁊ tu in me: vt sint consummati in vnum. Offertorium.

Det vobis deus idipsum sapere in alterutrum: vt vnanimes vno ore honorificetis deum nostrum. Secreta.

Munera hec pro vnione populi Christiani tibi domine oblata sanctifica: per que vnitatis ⁊ pacis in ecclesia tua nobis dona concede. Per dominuz nostrũ. Communio. Unus panis ⁊ vnũ corpus multi sumus, omnes qui de vno pane ⁊ de vno calice participamus. Postcommunio.

Haec tua domine sumpta sacra communio, sicut fidelium in te vnionem prefignat: sic in tua ecclesia vnitatis que sumus operetur effectum. Per dñm.

Missa cõtra paganos. Intr.



Exurge, quare obdormis domine: exurge, ⁊ ne repellas in finem: quare faciem tuaz auertis: obliuisceris tribulationem nostram: adhesit in terra vẽter noster: exurge domine, adiuua nos, ⁊ libera nos. Psalmus. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annũciauerunt nobis. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui san. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, in cuius manu sunt omnium potestates, ⁊ omnium iura regnorum, respice in auxilium Christianorum: vt gentes paganorum, que in sua feritate confidunt, dextere tue potentia conterantur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium. Epistola. In diebus illis: Orauit Mardocheus ad dominum dicens. in feria quarta post secundam Dominicam Quadragesime. folio 44. Graduale.

Sciant gentes, quoniam nomẽ tibi deus: tu solus altissimus super omnem terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotaz, ⁊ sicut stipulam ante faciem venti. Alleluia, alleluia. ℣. Excita domine potentiam tuam, ⁊ veni: vt saluos facias nos, alleluia.

Tempore paschali omisso Graduali, dicitur sequens ℣. Deus vir-

virtutum conuertere, respice de celo, ꝛ vide, ꝛ visita vineaꝫ istā: ꝛ perfice eam quam plantauit dextera tua, alleluia.

Post Septuagesimaꝫ Tractus.

Adiuua nos deus salutaris noster, ꝛ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. ℣. Ne forte dicant in gentibus, vbi est deus eorum: ꝛ innotescat coram oculis nostris. ℣. Ultio sanguinis seruorū tuorum qui effusus est, intrent incōspectu tuo gemitus compeditorum. Euangelium. Quis vestrum habebit amicū. vt in Rogationibus. folio. 140. Offertorium. Populum humilem saluū facies, ꝛ oculos superborum humiliabis: quoniā quis deus preter te domine. Secre.

SAcrificium domine, quod immolamus intende: vt, propugnatores tuos ab omni eruas paganorum nequitia, ꝛ in tue protectionis securitate constituas. Per domi. Cōmunio. In salutari tuo anima mea, ꝛ in verbum tuum speraui: quando facies de persequētibus me iudiciū: iniq persecuti sunt me, adiuua me dn̄e deus meus. Postcō.

PRotector nr̄ aspice deus, ꝛ propugnatores tuos a paganorum defende periculis: vt, ab omnibus perturbationibus semoti, liberis tibi mentib⁹ seruiant. Per dominum nostrū Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit ꝛ regnat in v.

Missa tempore belli. Intro.



REminiscere miserationuꝫ tuarum domine, ꝛ misericordie tue que a seculo sunt: ne vnquā dominent nobis inimici nostri, libera nos deus Israel ex oībus angustijs nostris. Psal. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, non erubescaꝫ. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ. Oratio.

DEus qui conteris bella, ꝛ impugnatores in te sperātium potentia tue defensionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiaꝫ tuam: vt omnium inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus. Per dominum nostrum.

Lectio Hieremie prophete.

IN diebus illis. Accesserūt omnes principes bellatorum: dixeruntque ad Hieremiam prophetam. Ora pro nobis ad dominum deum tuum. Et factum est verbum domini ad Hieremiam. Uocauitqꝫ Johanan filium Caree, ꝛ omnes principes bellatorum, ꝛ vniuersum populum a minimo vsqꝫ ad magnum. Et dixit ad eos. Hec dicit dominus deus Israel, ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius. Si quiescentes manseritis in terra hac, edificabo vos, ꝛ nō destruam: plantabo, ꝛ non euel- ca. 42

lam. Jam enim placatus sum super malo, quod feci vobis. Nolite timere à facie regis Babylonis, quē vos pauidi formidatis. Nolite metuere eum, dicit dominus: quia vobiscum sum ego, vt saluos vos faciam, & eruam de manu eius. Et dabo vobis misericordias, & miserebor vestri: & habitare vos faciam in terra vestra: Dicit dñs oīpotens.

Graduale. Tu es deus, qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutem tuam. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuū: filios Israel & Joseph. Alleluia, alleluia. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: & ab insurgentibus in me libera me, alleluia.

Tempore paschali, omisso Graduali, dicitur sequens ℣. Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exaltabo mane misericordiam tuam, alleluia.

Post septuagesimam Tractus. Domine non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequentia sancti euangelii secundum Matthęum.

In illo tempore: Accesserūt ad Jesuz discipuli secretò dicentes. Dic nobis, quādo hęc erunt: & qđ signuz aduentus tui & cōsummationis seculi: Et respōdens Jesus, dixit illis. Uidete neqs vos seducat. Multi enim veniēt in noīe meo, dicētes, Ego sum Christus: & multos seducent. Audituri enim estis pręlia, & opiniones pręliorum. Uidete ne conturbemini. Oportet enim hęc fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnuz: & erunt pestilentię, & fames, & terręmotus per loca. Hęc autem omnia, initia sunt dolorum. ca. 24

Offertorium. Populum humilem saluuz facies domine, & oculos superboruz humiliabis: quoniaz quis deus pręter te domine:

Secreta.

Sacrificium domine quod immolamus, intende placatus: vt ab omnibus nos eruat bellorum nequitijs, & in tuę protectionis securitate constituat. Per dominum nostrum Jesuz.

Communio. Inclina aurem tuam, accelera, vt eruas nos.

Postcommunio.

Deus regnorum omnium regumqz dominator: qui nos & percutiēdo sanas, & ignoscendo conseruas: prętende nobis misericordiaz tuam: vt tranquillitate pacis tua potestate seruata, ad remedia correctionis vtamur. Per dominum no.

¶ Missa pro pace. Introitus.



Da pacem domine sustinentibus te, vt prophete tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui, et plebis tue Israel. Psalmus. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus: V. Gloria patri, et filio. Oratio.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacē: vt corda nostra mandatis tuis dedita: et, hostiū sublata formidine, tēpora sint tua protectione tranquilla. Per dominum no.

Lectio libri Machabeorum.

2.ca.1 In diebus illis. Orationem faciebant sacerdotes, dum offerrent sacrificium pro populo Israel: Jonatha inchoante, ceteris autem respondentibus, et dicentibus. Benefaciat vobis deus: et meminerit testamēti sui, quod ad Abraham, Isaac, et Jacob locutus est seruorū suorū fideliū: et det vobis cor omnibus vt colatis eū, et faciatis eius voluntatē. Adaperiat cor vestrum in lege sua, et in preceptis suis: et faciat pacem. Exaudiat orationes vestras, et reconcilietur vobis: nec vos deserat in tempore malo dñs deus vester. Grad.

Rogate que ad pacē sunt Hierusalē, et abundantia diligentibus te. V. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.

Alleluia, alleluia. V. Lauda Hierusalem dominum: lauda deum tuum Sion, alleluia.

Tempore paschali, omisso Graduali, dicitur sequens V.

Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te, allelu.

Post septuagesimam Tractus.

Notus in Judea deus: in Israel magnum nomen eius. V. Et factus est in pace locus eius: et habitatio eius in Sion. V. Ibi cōfregit potentias: arcum, scutum, gladium, et bellum.

Seq. sancti euang. sm Joannē.

In illo tempore. Cum sero ca.20 esset die illo, vna sabbatorum, et fores essent clause, vbi erant discipuli cōgregati propter metū Judeorum: venit Jesus, et stetit in medio, et dicit eis. Pax vobis. Et cū hoc dixisset, ostendit eis manus et latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso dño. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pr̄, et ego mitto vos. Hec cū dixisset, insufflauit: et dixit eis. Accipite spiritum sanctū. Quorū remiseritis peccata, remittunt eis: et quorum retinueritis, retenta sunt. Offertorium.

Laudate dñm, quia benignus est: psallite nomini eius, quoniam suaue est: omnia quecunque voluit, fecit in celo et in terra. Secr.

Deus, qui credētes in te populos nullis sinis concuti terroribus: dignare preces et hostias dicate tibi plebis suscipere: vt, pax a tua pietate concessa, christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per dominum nostrum. Communio.

Pacem meā do vobis: pacē me am relinquo vobis. Postcomu.

Deus auctor pacis, ꝛ amator: quem nosse, viuere: cui seruire, regnare est: protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos: vt, qui in defensione tua cōfidimus, nullius hostilitatis arma timeamus. Per dominū.

¶ Missa pro vitanda mortalitate. Introitus.



Recordare domine testamenti tui, ꝛ dic angelo percutienti, cesset iam manus tua, ꝛ non desoletur terra, ꝛ ne perdas omnē animā viuentem. Psalmus. Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouem, Joseph. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiri. Oratio.

Deus, qui non mortem, sed penitentiā desideras peccatorum: populum tuum ad te reuertentem propitius respice: vt, dum tibi deuotus existit, iracūdie tue flagella ab eo amoueas. Per dominum nostrum Je.

2. Reguz. 2 Lectio libri Regum.

In diebus illis. Immisit dominus pestilentiā in Israel de mane vsque ad tempus cōstitutum: ꝛ mortui sunt ex populo, a Dan vsq; Bersabee, septuaginta millia virorum. Cumque extendisset manum suam angelus domini super Hierusalem, vt disperderet eam: misertus est dominus super afflictionem populi sui, ꝛ ait angelo percutienti. Sufficit nunc. Contine manum tuam. Erat autē angelus domini iuxta areā Areuna Jebusei. Dixitq; Dauid ad dn̄z: cū vidisset angelū cedētē populū. Ego sum qui peccaui: ego, qui inique egi. Isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me: ꝛ contra domum patris mei. Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa, ꝛ dixit ei. Ascende, ꝛ constitue altare domino in area Areuna Jebusei. Et ascendit Dauid, iuxta sermonem Gad, quē preceperat ei dominus. Et propitiatus est dominus terre, ꝛ cohibita est plaga ab Israel. Grad.

Misit dominus verbum suum, ꝛ sanauit eos: ꝛ eripuit eos de morte eorū. ℣. Confiteantur domino misericordie eius, ꝛ mirabilia eius filijs hominum. Alleluia, alleluia. ℣. Saluum me fac deus: quoniā intrauerunt aque vsq; ad animam meam. alleluia.

Tempore paschali, omisso Graduali, dicitur sequens ℣. Saluabo populum meum Israel in die malo: ꝛ ero eis in deuz, in veritate ꝛ iustitia, alleluia.

Post Septuagesima Tractus.

Domine, non secundum peccata nostra, que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dn̄e ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ꝛ propter gloriam nominis tui

tui domine libera nos, ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuū. Euãge. Surgens Jesus de synagoga introiuit in domum Simonis. In feria v. dñice iij. Quadr. fol. 52. Offertorium. Stetit pontifex inter mortuos ⁊ viuos, habens thuribulum aureum in manu sua, ⁊ offerens incensi sacrificiū: placauit iraȝ dei, ⁊ cessauit quassatio a domino. Secreta.

Subueniat nobis domine sacrificij presentis oblatio: que nos ⁊ ab erroribus vniuersis potenter absoluat, ⁊ a totius eripiat perditionis incursu. Per dominum nostrū. Communio. Multitudo languentium, ⁊ qui vexabantur a spiritibus immundis, veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, ⁊ sanabat omnes. Postcommunio.

Exaudi nos deus salutaris noster: ⁊ populum tuū ab iracundie tue terroribus liberū misericordie tue fac largitate securum. Per dominum nostruȝ.

¶ Missa pro infirmis. Introi.



Exaudi deus orationem meā, ⁊ ne despexeris deprecationeȝ meam: intende in me, ⁊ exaudi me. Psalmus. Contristatus sum in exercitatione mea: ⁊ conturbatus suȝ a voce inimici, ⁊ a tribulatione peccatoris. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, salus eterna credētiuȝ, exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus misericordie tue imploramus auxiliuȝ: vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in ecclesia tua referant actiones. Per dominum nostruȝ. Lectio epistole beati Jacobi apostoli.

Fratres: Tristatur aliquis vestruȝ: oret. Aequo animo est: psallat. Infirmat quis in vobis: inducat presbyteros ecclesie, ⁊ orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, ⁊ alleuiabit eum dominus: ⁊, si in peccatis fuerit, dimittentur ei. Confitemini ergo alterutrū peccata vestra: ⁊ orate pro inuicem, vt saluemini. Graduale. Miserere mei domine, quoniam infirmus suȝ: sana me dñe. ℣. Conturbata sunt omnia ossa mea, ⁊ anima mea turbata est valde. Alleluia, alleluia. ℣. Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat, alleluia. Euangelium. Cum introisset Jesus Capharnaum. vt in feria quinta post cineres. folio. 32. Offertoriuȝ. Exaudi deus orationem meam, ⁊ ne despexeris deprecationem meam: intende in me, ⁊ exaudi me. ca. 5

Secreta.

Deus, sub cuius nutibus vite nostre momenta decurrunt, suscipe preces ⁊ hostias famulorū tuorū, pro quibus egrotantibus misericordiā tuā implo-

ramus: vt de quorũ periculo metuimus, de corũ salute letemur. Per d. Grad. Illumina faciem tuam super seruum tuum, et saluum me fac in tua misericordia domine: non confundar, quoniam inuocaui te. Postcomu.

Deus ifirmitatis humane singulare presidium: auxilij tui super infirmos famulos tuos ostende virtutem: vt, ope misericordie tue adiuti, ecclesie tue sancte incolumes representari mereantur. Per dominum no.

Tpe paschali, omisso Graduali, post scdm allia additur ℣. Ego autẽ. vt i Missa tpe belli. f. 264. Post septuagesimam Tractus, Dñe nõ secundũ peccata. vt in eadem missa. folio. 265.

¶ Missa pro sponso et sponsa.

Introitus.



Deus Isra el coniungat vos: et ipse sit vobiscũ, qui misertus est duobus vnicis: et nũc dñe fac eos plenius benedicere te. psalmus. Beati omnes qui timẽt dñm: qui ambulant in vijs eius. ℣. Gloria. Oratio.

Deus, qui tam excellenti mysterio, coniugalem copulã consecrasti, vt Christi et ecclesie sacramentum presignares in federe nuptiarum: presta quesumus, vt quod nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur. Per eundẽ dñz.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Ephesios. ca. 5

Fratres: Mulieres viris suis subdite sint, sicut domino: quoniaz vir, caput est mulieris: sicut Christus caput est ecclesie. Ipse, saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita et mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite vxores vestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea: vt illam sanctificaret, mũdans eam lauacro aque in verbo vite, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentez maculam, aut rugaz, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta et immaculata. Ita et viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suã vxorẽ diligit: seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit: sed nutrit et fouet eam, sicut et Christus ecclesiam. Quia membra sumus corporis eius, de carne eius et de ossibus eius. Propter hoc, relinquet homo patrẽ et matrẽ suam: et adherebit vxori sue. Et erũt duo in carne vna. Sacramentuz hoc magnũ est. Ego autem dico in Christo et in Ecclesia. Verũtamen et vos singuli, vnusquisqz vxorem suam sicut seipsum diligat: vxor autem timeat virũ suũ. Gra. Vxor tua sicut vitis abũdãs i lateribus domus tue. ℣. Filij tui sicut nouelle oliuarũ in circuitu mense tue. Alleluia, alleluia. ℣. Mittat vobis dñs auxilium de sancto: et

de

de Sion tueatur vos, alleluia.
Tempore paschali, omisso Graduali, additur sequēs ℣. Benedicat vobis dñs ex Sion, qui fecit cęlum & terram, alleluia.
Post Septuagesimā Tractus.
Ecce sic benedicetur oīs homo qui timet dñz. ℣. Benedicat tibi dñs ex Sion: & videas bona Hierusalem oībus diebus vitę tuę. ℣. Et videas filios filiorū tuorum: pax super Israel.
Seq. sancti euāg. sm Mattheū.
ca. 19 In illo tēpore: Accesserunt ad Jesum pharisęi tentantes eum, & dicentes. Si licet homini dimittere vxorem suaz quacunqz ex causa? Qui respondēs, ait eis. Non legistis, quia q fecit hoīem ab initio, masculū & feminā fecit eos? Et dixit. Propter hoc, relinquet homo patrē & matrē, & adhęrebit vxori suę: & erūt duo in carne vna. Itaqz iam nō sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus cōiunxit, homo nō separet. Offerto. In te speraui dñe: dixi tu es deus meus: in manibus tuis tēpora mea. Secre.
Suscipe, quęsum⁹ dñe, pro sacra cōnubij lege munus oblatū: &, cuius largitor es muneris, operis esto dispositor. Per.
¶ Dicto Pater noster. Sacerdos antequam dicat Libera nos quęsumus domine. in cornu Epistolę, versus ad sponsum & sponsam ante altare genibus flexos, dicit super eos sequētem orationez. Oremus.
Propitiare dñe supplicationib⁹ nostris: & institutis tuis, quibus propagationē humani generis ordinasti, benignus assiste: vt quod te auctore iungitur, te auxiliāte seruet. Per d. Oremus.
Deus, qui potestate virtutis tuę de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordijs, homini ad imaginē dei facto, ideo īseparabile mulieris adiutoriū cōdidisti: vt, fęmineo corpori de virili dares carne principium, docens quod ex vno placuisset institui, nunquam licere disiungi. Deus qui taz excellenti mysterio cōiugalem copulam consecrasti: vt Christi & ecclesię sacramentum pręsignares in fędere nuptiarum. Deus, per quem mulier iungitur viro, & societas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, quę sola nec per originalis peccati pęnā, nec per diluuij est ablata sententiā. Respice propitius super hanc famulam tuam, quę maritali iungenda consortio, tua se expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis & pacis: fidelis & casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat feminarum. Sit amabilis, vt Rachel viro suo. Sapiēs, vt Rebecca. Lōgęua & fidelis, vt Sara. Nihil i ea ex actibus suis ille auctor pręuaricationis vsurpet. Nexa fidei, mādatisqz pmaneat, vni thoro iūcta. Cōtactus illicitos fugiat. Muniat infirmitatē suam robore disciplinę. Sit verecundia grauis, pudore ve-

nerabilis, doctrinis cęlestibus
erudita. Sit fęcunda in sobole,
sit probata ⁊ innocens. Et ad
beatorum requiem, atque ad cę-
lestia regna perueniat. Et videant
ambo filios filiorũ suorũ, vsque
ad tertiam ⁊ quartaz generatio-
nẽ: ⁊ ad optatã perueniant senectu-
tem. Per dominum nostrum.
Tunc conuersus ad medium al-
taris, frangat hostiã more solito,
⁊ prosequatur Missam. Cõmu.
Ecce sic benedicetur omnis ho
mo, q timet dñm: ⁊ videas filios
filiorũ tuorum: pax super Israel.

Postcommunio.

Quęsumus omnipotens de-
us, instituta prouidentię
tuę pio fauore comitare: ⁊, quos
legitima societate connectis,
longęua pietate custodi. Per
dominum nostrum Jesũ. Post
Ite missa est, Sacerdos ante-
quã det benedictionẽ, cõuersus
ad sponsum ⁊ sponsam dicat.

Deus Abraham, deus J-
saac, ⁊ deus Jacob sit vo-
biscum: ⁊ ipse adimpleat bene-
dictionem suam in vobis: vt vi-
deatis filios filiorum vestrorum
vsque ad tertiam ⁊ quartam ge-
nerationem: ⁊ postea vitam ęter
nam habeatis sine fine, adiuuan
te domino nostro Jesu Christo:
qui cum patre ⁊ spiritu sancto, vi
uit ⁊ regnat, deus, per omnia se-
cula seculorum. ℟. Amen.

¶ Moneat Sacerdos orone
gram vt sibimetipsis seruent fi-
dez. Orõnis tẽpore ⁊ prẽsertim
ieiuniorum ac sollemnitatuz, ca-
sti maneant: ⁊ vir vxorem, atque
vxor virum diligat: ⁊ in timore
Dei permaneant. Postea eos a-
spergat: ⁊ det benedictionẽ: ⁊ di
cat, vt solitũ est, euangeliũ sancti
Joãnis. In principio erat verbũ.

¶ Orationes dicẽdę in Missa
ad libituz Sacerdotis cũ iis quę
in propriis Missis assignantur:
quãdo nõ est duplex. Ad poscẽ-
da suffragia sanctorum. Orõ.



Oncede, quęsumus
omnipotens deus: vt,
intercessio nos sanctę
Dei genitricis Ma-
rię, sanctorumque omnium, apo
stolorum, martyrum, confesso-
rum, atque virginum, ⁊ omnium
electorum tuorum, vbique lęti-
ficet: vt, dum eoruz merita reco-
limus, patrocinia sentiamus.
Per eundez dominuz. Secreta.

Oblatis dñe placare mune-
ribus: ⁊ intercedentibus
omnibus sanctis tuis, a cunctis
nos defende periculis. Per do-
minum nost. Postcommunio.

Sumpsimus domine, bea-
tę Marię semper virginis,
⁊ omnium sanctorum tuorum
memoriaz recolentes, sacramen
ta cęlestia: pręsta, quęsumus: vt,
quod tẽporaliter gerimus, ęter
nis gaudiis consequamur. Per
dñz nostrum Jesum Christum.
Alia Oratio. vt supra. Oratio.

A cunctis nos, quęsumus
domine, mentis ⁊ corporis
defende periculis: ⁊ intercedẽn-
te gloriosa virgine dei genitrice
Maria, cuz beatis apostolis tuis
Petro

Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus, & pacem: ut destructis adversitatibus & erroribus universis, ecclesia tua secura tibi serviat libertate. Per eundem dominum. Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster: ut, per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in presenti, & gloriam in futuro. Per dominum no. Postcommunio.

Mundet & muniat nos, quesumus domine, divini sacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis: a cunctis nos reddat & perversitatibus expiatos, & adversitatibus expeditos. Per eundem.

Pro omni gradu ecclesie. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, cuius spiritu totum corpus Ecclesie sanctificatur & regitur: exaudi nos pro universis ordinibus supplicantes: ut gratie tue munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter serviatur. Per do. in unitate eiusdem. Secreta.

Da famulis tuis domine indulgentiam peccatorum, consolationem vite, gubernationem perpetuam: ut tibi servientes, ad tuam iugiter misericordiam pervenire mereantur. Per do. Postco.

Libera, quesumus domine, a peccatis & hostibus tibi famulos supplicantes: ut in sancta conversatione viventes, nullis afficiantur adversis. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum N. quem pastorem ecclesie tue preesse voluisti, propitius respice: da ei, quesumus, verbo & exemplo quibus preest, proficere: ut, ad vitam una cum grege sibi credito perveniat sempiternam. Per dominum nostrum. Secreta.

Oblatis, quesumus domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorem ecclesie tue preesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominum. Postcommunio.

Haec nos, quesumus domine, divini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuum N. quem pastorem ecclesie tue esse voluisti, una cum commisso sibi grege salvet semper, & muniat. Per dominum nostrum Iesum.

Pro Imperatore. Oratio.

Deus regnorum omnium, & Christiani maxime protector imperii: da servo tuo imperatori nostro N. triumphum virtutis tue scienter excolere: ut, qui tua constitutione est princeps, tuo semper munere sit potens. Per dominum. Secreta.

Suscipe domine preces & hostias ecclesie tue pro salute famuli tui supplicantis: & in protectione fidelium populorum antiqua brachii tui operare mira-

nacula: vt, superatis pacis inimicis, secura tibi seruiat Christiana libertas. Per dominum nostrum.

Postcommunio.

Deus, qui ad predicandum eterni regis euangelium, Romanum imperium preparasti: pretende famulo tuo imperatori nostro N. arma celestia: vt pax ecclesiarum nulla turbetur tempestate bellorum. Per dñm.

Pro rege. Oratio.

Quesumus omnipotens deus: vt famulus tuus N. rex noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, et vitiorum monstra deuitare, et ad te, qui via, veritas, et vita es, gratiosus valeat peruenire. Per dominum nostrũ. Secreta.

Munera, quesumus dñe, oblata sanctifica: vt, et nobis vnigeniti tui corpus et sanguis fiant: et regi nostro ad obtinendam anime corporisque salutem: et ad peragendum iniunctum officiũ, te largiente, vsquequaque proficiant. Per eundẽ.

Postcommunio.

Hec domine oblatio salutaris famulum tuum N. regem nostrum ab omnibus tueatur aduersis: quatenus ecclesiastice pacis obtineat tranquillitatem: et post istius temporis decursum, ad eternam perueniat hereditatem. Per dominum nostrũ.

Pro prelatis, et congregationibus eis commissis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui facis mirabilia magna solus: pretende super famulos tuos, et super congregationes illis commissas, spiritum gratie salutaris: et, vt in veritate tibi placeant, perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde. Per do. in vnitate eius. Secre.

Hostias domine famulorum tuorum placatus intende: et, quas in honorem nominis tui deuota mente pro eis celebramus, proficere sibi sentiant ad medelam. Per dominum nost.

Postcommunio.

Quos celesti recreas munere, perpetuo domine comitare presidio: et, quos fouere nõ desinis, dignos fieri sempiterna redemptione cõcede. Per dñm.

Pro congregatione et familia. Oratio.

Defende, quesumus dñe, beata Maria semper virgine intercedente, istam ab omni aduersitate familiam: et toto corde tibi prostratam, ab hostium propitius tuere clementer insidijs. Per dominũ no. Secreta.

Suscipe, quesumus, clemẽter omnipotens deus, oblationem nostre deuotionis: et per virtutem huius sacramenti, famulos tuos a cunctis protege aduersitatibus. Per dominum.

Postcommunio.

Sumptis redemptionis nostre muneribus: presta, quesumus omnipotens deus, eorum nobis celebratione tue protectionis

nis contra omnes aduersitates subsidium. Per dominum no.

Pro concordia in congregatione seruanda. Oratio.

DEus largitor pacis, ⁊ amator charitatis: da famulis tuis veram cum tua voluntate concordiá: vt ab omnibus, quę nos pulsant, tentationibus liberemur. Per dominuz. Secreta.

HIs sacrificijs, dñe, quęsumus, concede placatus: vt qui proprijs oramus absolui delictis, non grauemur externis. Per dominum nostrum Iesuz.

Postcommunio.

SPirituz nobis dñe tuę charitatis infunde: vt, quos vno pane cęlesti satiasti, tua facias pietate concordes. Per dominum. in vnitate eiusdem spi.

¶ Cõtra persecutores Ecclesię. Oratio.

ECclesię tuę, quęsum⁹ dñe, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus ⁊ erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per. Secreta.

PRotege nos dñe tuis mysterijs seruientes: vt, diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per.

Postcommunio.

QUęsumus, domine deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non finas subiacere periculis. Per domi.

Cõtra persecutores, ⁊ male agentes. Oratio.

HOstium nostrorum, quęsumus, domine, elide superbiam: ⁊ eorum contumaciaz dexterę tuę virtute prosterne. Per dominum nostrum. Secreta.

HUius domine virtute mysterij, ⁊ à proprijs mundemur occultis, ⁊ ab inimicorum liberemur insidijs. Per dominũ nostrum Iesũ. Postcõmunio.

PRotector noster, aspice deus: ⁊ ab inimicorum nos defende periculis: vt, omni perturbatione semota, liberis tibi mentibus seruiamus. Per do.

Tempore belli. Oratio.

OMnipotens, ⁊ misericors deus, à bellorum nos, quęsumus, turbine fac quietos: qa nobis bona cuncta pręstabis, si pacem dederis mentis ⁊ corporis. Per dominum n. Secreta.

SAcrificium domine, quod immolamus, placatus intende: vt, ⁊ ab omni nos bellorum éruat nequitia, ⁊ in tuę protectionis securitate constituat. Per dominum nostrum Iesum Christum filiuz. Postcõmunio.

SAcrosancti corporis ⁊ sanguinis domini nostri Iesu Christi refectione vegetati: supplices te rogamus oĩpotẽs de⁹: vt, hoc remedio singulari, ab omnium peccatorum nos contagione purifices: ⁊ à periculoruz munias incursione cunctorum. Per eundem dominum nostrũ.

Pro quacunque necessitate, ⁊ re obtinenda. Oratio.

DEus refugium nostrum ⁊ virtus: adesto pijs ecclesię tuę precibus auctor ipse pietatis,

tis, ⁊ presta: vt, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominum. Secreta.

DA misericors deus: vt hec salutaris oblatio, ⁊ a proprijs nos reatibus indesinenter expediat, ⁊ ab omnibus tueatur aduersis. Per dñm. Postcóm.

SUmpsimus dñe sacri dona mysterij, humiliter deprecantes: vt, que in tui commemoratione nos facere precepisti, in nostre proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis ⁊ regnas.

Pro quacunque tribulatione.

Oratio.

NE despicias, omnipotens deus, populum tuum in afflictione clamantem: sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus. Per domi.

Secreta.

SUscipe dñe propitius hostias, quibus ⁊ te placari voluisti, ⁊ nobis salutem potenti pietate restitui. Per dominũ.

Postcommunio.

TRibulationem nostram, quesumus dñe, propitius respice: ⁊ iram tue indignationis, quã iuste meremur, auerte. Per.

Tempore famis ⁊ pestis. Oro.

DA nobis, quesumus dñe, pie supplicationis effectũ: ⁊ pestilentiam, famemque propitiatus auerte: vt mortalium corda cognoscant, ⁊ te indignante talia flagella prodire, ⁊ te miserante cessare. Per dñm. Secre.

DEus, qui humani generis vtranque substantiam, presentium munerũ ⁊ alimento vegetas, ⁊ renouas sacramẽto: tribue quesumus: vt eorum ⁊ corporibus nostris subsidiũ nõ desit, ⁊ mentibus. Per dominum. ca.5

Postcommunio.

GUberna, quesumus dñe, tẽporalibus alimẽtis: quos dignaris eternis informare mysterijs. Per dominum nostrum.

Ad pluuiam petendam. Oro.

DEus, in quo viuimus, mouemur, ⁊ sumus: pluuiam nobis tribue cõgruentem: vt presentibus subsidijs sufficiẽter adiuti, sempiterna fiducialius appetamus. Per domi. Secreta.

OBlatis, quesumus dñe, placare muneribus: ⁊ opportunum nobis tribue pluuie sufficientis auxilium. Per dominum.

Postcommunio.

DA nobis, quesumus domine, pluuiam salutarẽ, ⁊ aridam terre faciem fluentis celestibus dignanter infunde. Per dominum nostrum Jesum Chri.

Ad serenitatem petendã. Oro.

AD te nos domine clamantes exaudi: ⁊ aeris serenitatem nobis tribue supplicãtibus: vt, qui iuste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua preueniente, clementiam sentiamus. Per dominum nost. Secreta.

PReueniat nos, quesumus domine, gratia tua semp ⁊ subsequatur: ⁊ has oblationes, quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas deferimus, benignus assume: vt, per intercessio-

cessionem sanctorum tuorum, cunctis nobis proficiant ad salutem. Per domi. Postcommunio.

Q Uesumus omnipotens deus clementiam tuam: ut, inundantiam coerceas imbrium, et hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per do. Ad tempestates repellendas. Oratio.

A Domo tua, quesumus domine, spiritales nequitie repellantur: et aerearum discedat malignitas tempestatum. Per dominum nostrum. Secreta.

O Fferimus tibi domine laudes et munera, pro concessis beneficijs gratias referentes, et pro concedendis semper suppliciter deprecantes. Per dnm. Postcommunio.

O Mnipotens sempiterne deus, qui nos et castigando sanas, et ignoscendo conservas: presta supplicibus tuis: ut, et tranquillitatibus huius optate consolationis letemur, et dono tue pietatis semper vtamur. Per dominum nostrum Jesum. Pro peste animalium. Oratio.

D Eus qui laboribus hominum, etiam de mutis animalibus solatia surrogasti: suppliciter te rogamus: ut, sine quibus nō alitur humana conditio, nostris facias vsibus nō perire. Per dominum nostrū. Secreta.

S Acrificijs domine placatus oblatis, opem tuam nostris temporibus clementer impēde. Per domi. Postcommu.

B Enedictionem tuam domine populus fidelis accipiat: qua corpore saluetur, et mente: et congruam tibi semper exhibeat seruitutem: et propitiationis tue beneficia semper inueniat. Per do. Pro remissione peccatorum. Oratio.

D Eus, qui nullū respuis, sed quantumuis peccantibus, per penitentiam pia miseratione placaris: respice propitius ad preces humilitatis nostre: et illumina corda nostra: vt tua valeamus implere precepta. Per dominū nostrum Jesum Chri. Secreta.

P Resens sacrificium dn̄e, quod tibi pro delictis nostris offerimus, sit tibi munus acceptum: et tā viuentibus, quàm defunctis proficiat ad salutem. Per dominum nost. Postcom.

E Xaudi preces familie tue omnipotens deus: et presta: vt, sancta hec, que à te súmpsimus, incorrupta in nobis te donante seruentur. Per dominū. Pro petitione lacrymarum. Oratio.

O Mnipotens, et mitissime deus, qui sitienti populo fontem viuentis aque de petra produxisti: educ de cordis nostri duritia compunctionis lacrymas: vt peccata nostra plángere valeamus, remissionemque peccatorū, te miserante, mereamur accipere. Per dominū. Secreta.

H Anc oblationem, quesumus dn̄e deus, quam tue maiestati pro peccatis nostris offérimus, respice propitius: et perduc

duc de oculis nr̄is lacrymarum flumina: quibus debita flammarum incendia valeant extingui. Per dominum. Postcōmunio.

GRatiā spiritus sancti dn̄e deus cordibus nostris clementer infunde: quę nos gemitibus lacrymarum efficiat maculas nostrorum diluere peccatorū: atque optatę nobis, te largiente, indulgentię pręstet effectū. Per dn̄m. in vnitate eiusdē.

Pro tribulatione peccatorum. Oratio.

INeffabilem misericordiaȝ tuam nobis dn̄e clementer ostende: vt, simul nos ⁊ à peccatis omnibus exuas: ⁊ à pęnis, quas pro his meremur, eripias. Per dominum nost. Secreta.

PUrificet nos, quęsumus dn̄e, muneris pręsentis oblatio: ⁊ dignos sacra participatione perficiat. Per. Postcom.

PResta, quęsumus dn̄e: vt, terrenis affectib⁹ expiati: ad superni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus sancta, tēdamus. Per dominum nostrū.

Pro deuotis amicis. Oratio.

DEus, qui charitatis dona per gratiā sancti spūs tuorū cordibus fideliuȝ infudisti: da famulis ⁊ famulabus tuis, pro quibus tuaȝ deprecamur clemētiaȝ, salutem mentis ⁊ corporis: vt te tota virtute diligāt, ⁊ quę tibi placita sunt, tota dilectione perficiant. Per dominū. in vnitate eiusdem. Secreta.

MIserere, quęsumus dn̄e, famulis ⁊ famulabus tuis, pro quibus hoc sacrificium laudis tuę offerimus maiestati: vt, per hęc sancta, supernę benedictionis gratiam obtineant, ⁊ gloriaȝ ęternę beatitudinis acquirant. Per dominum. Postcommunio.

DIuina libantes mysteria, quęsumus dn̄e: vt, hęc salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem ⁊ pacem, pro quorum, quarumqȝ dilectione, hęc tuę obtulimus maiestati. Per dominum nostrum Jesuȝ.

Pro inimicis. Oratio.

DEus pacis, charitatisque amator ⁊ custos: da omnibus inimicis nostris pacem charitatemque veram: cunctorumque eis remissionem tribue peccatorum: nosque ab eorum insidijs potenter eripe. Per dominum nostrum Jesū. Secreta.

OBlatis, quęsumus domine, placare muneribus: ⁊ nos ab inimicis nostris clementer eripe: eisque indulgentiaȝ tribue delictorum. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecuȝ. Postcōmunio.

HAec nos communio domine eruat à delictis: ⁊ ab inimicoruȝ defendat insidijs. Per dominum nostrum Jesuȝ Chri.

Pro iter agentibus. Oratio.

ADesto domine supplicationibus nostris, ⁊ viam famulorum tuorum in salutis tuę prosperitate dispone: vt, inter omnes vię ⁊ vitę huius varietates, tuo semper protegātur auxilio. Per

Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Secre.

Propitiare domine supplicationibus nostris: et has oblationes, quas tibi offerimus pro famulis tuis, benignus assume: ut, viam illorum, et precedente gratia tua dirigas, et subsequente comitari digneris: ut, de actu atque incolumitate eorum, secundum misericordie tue presidia, gaudeamus. Per dominum nostrum Jesum. Postcommu.

Tua domine famulos tuos sperantes in te, que sumpsimus, sacramenta custodiant: et contra omnes aduersus tueantur incursus. Per dominum no.

Pro nauigantibus. Oratio.

Deus, qui trãstulisti patres nostros per mare rubrum, et transuexisti eos per aquam nimiam, laudem tui nominis decantantes: te suppliciter deprecamur: ut, in naui famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis. Per dominum nostrum Jesum Christũ. Secre.

Suscipe, quesumus domine, preces famulorum tuorum; cum oblationibus hostiarum: et tua mysteria celebrãtes ab omnibus defende periculis. Per dominum. Postcommunio.

Sanctificati diuino mysterio, maiestatem tuam domine suppliciter deprecamur, et petimus: ut, quos donis facis celestibus interesse, per signum sancte Crucis et à peccatis omnibus abstrahas, et à periculis cunctis miseratus eripias. Per dominũ. Pro infirmis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, salus eterna credentium: exaudi nos pro infirmis famulis tuis, pro quibus misericordie tue imploramus auxilium: ut reddita sibi sanitate, gratiarũ tibi in ecclesia tua referant actiones. Per dominum. Secreta.

Deus, sub cuius nutibus vite nostre momenta decurrunt: suscipe preces et hostias famulorum tuorum, pro quibus misericordiam tuam egrotantibus imploramus: ut, de quorum periculo metuimus, de eorum salute letemur. Per. Postcom.

Deus, infirmitatis humane singulare presidium, auxilij tui super infirmos famulos tuos ostende virtutem: ut, ope misericordie tue adiuti, ecclesie tue sancte incolumes representari mereantur. Per dominum no.

Pro constituto in carcere. Ora.

Deus, qui beatum Petrum à vinculis absolutum illesum abire fecisti: famuli tui in captiuitate positi vincula absolue: et eum ipsius meritis illesum abire concedas. Per domi. Secre.

Super has, quesumus domine, hostias benedictio copiosa descendat: que captiui nostri vincula soluat, et de eius liberatione nos cito letificet. Per dominũ nost. Postcommunio.

Preces nostras, quesumus domine, clementer exaudi:

et

ꝛ, per hec sacramẽta que sumpsimus, famulum tuum à vinculis sue captiuitatis absolue. Per d.

Pro tentatis ꝛ tribulatis. Oro.

DEus, qui iustificas impiũ, ꝛ non vis mortem peccatorum: maiestatem tuam suppliciter deprecamur: vt, famulos tuos de tua misericordia confidẽtes, celesti protegas benignus auxilio, ꝛ assidua protectione cõserues: vt tibi iugiter famulentur, ꝛ nullis tentationibus à te separentur. Per dominum no.

Secreta.

HUius, quesumus domine, virtute mysterij, ꝛ à proprijs nos mũda delictis, ꝛ famulos tuos ab omnibus absolue peccatis. Per do. Postcommu.

PUrificent nos, quesumus domine, sacramenta que sumpsimus: ꝛ famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede: vt, qui conscientie reatu constringuntur, celestis remedij plenitudine glorientur. Per domi.

Ad repellendas malas cogitationes. Oratio.

OMnipotens ꝛ mitissime deus, respice propitius preces nostras, ꝛ libera corda nostra de malarũ tentationibus cogitationuꝫ: vt sancti spiritus dignuꝫ fieri habitaculum mereamur. Per dominuꝫ. in vnitate eiusdem spiritus. Secreta.

HAs tibi domine offerimus oblationes pro salute nostra: quatenus animas nostras ab immundis cogitationibus purges, illesasque custodias: ꝛ sancti spiritus gratia illuminare digneris. Per dñ. in vni. eius.

Postcommunio.

DEus, qui illuminas omnẽ hominẽ venientẽ in hũc mundum, illumina quesumus corda nostra gratie tue splendore: vt, digne maiestati tue ministrare, teque eterna charitate diligere valeamus. Per dominũ.

Ad postulandam charitatem.

Oratio.

DEus, qui diligentibus te facis cuncta prodesse: da cordibus nostris inuiolabilem tue charitatis affectum: vt, desideria de tua inspiratione concepta, nulla possint tentatione mutari. Per dominum no. Secre.

DEus, qui nos ad imaginẽ tuam, sacramentis renouas ꝛ preceptis: perfice gressus nostros in semitis tuis: vt, charitatis donum, quod fecisti à nobis sperari, per hec que offerimus sacrificia, facias apprehendi. Per dominum nostrum Je.

Postcommunio.

SAncti spiritus gratia, quesumus domine, corda nostra illuminet: ꝛ perfecte charitatis dulcedine abundanter reficiat. Per domi. in vnitate eius.

Ad postulandam patientiam.

Oratio.

DEus, qui vnigeniti tui patientia antiqui hostis contriuisti superbiaꝫ: da nobis, quesumus, que idem pie pro nobis pertulit, digne recolere: sicque exem-

exemplo eius, nobis aduersantia equanimiter tolerare. Per eundem dominum no. Secreta.

Munera nostre oblationis, quesumus domine, placatus suscipe: que, vt nobis patientie donum condonare digneris, maiestati tue deuota offerimus actione. Per dominum. Postco.

Sacrosancta dñe sumentes mysteria: amissam nobis, quesumus, reconcilient gratiã: atque munus patientie in illatis omnibus, semper et vbique protegendo, impertiant. Per dominum.

Ad postulandã continentiã. Oro.

Ure igne sancti spiritus renes nostros, et cor nostrum, domine: vt tibi casto corpore seruiamus, et mundo corde placeamus. Per do. in vni. eius. Secre.

Dirumpe domine vincula peccatorum nostrorũ: et, vt sacrificare tibi hostiam laudis absoluta libertate possimus, retribue q̃ ante tribuisti: et salua nos per indulgentiam, quos dignatus es saluare per gratiam. Per dominum nostrum. Postcomu.

Domine adiutor et protector noster, adiuua nos: et reflorescat caro nostra vigore pudicitie, et sanctimonie nouitate: ereptamque de manu tartari in resurrectionis gaudium iubeas presentari. Per dominum nost.

Pro salute viuorum. Oratio.

Pretende domine fidelibus tuis dexteram celestis auxilij: vt te toto corde perquirãt, et que digne postulant consequi mereantur. Per do. Secreta.

Propitiare dñe supplicationibus nostris: et has oblationes fideliũ tuorum, quas tibi pro incolumitate eorum offerimus, benignus assume: et, vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio: presta quesumus: vt, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominum no. Postcomunio.

Da fidelibus tuis, quesumus domine, in tua fide et synceritate constantiã: vt in charitate diuina firmati, nullis tentationibus ab eius integritate vellantur. Per dominum nost.

Pro viuis et defunctis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui viuorum dominaris simul et mortuorum: omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse pnoscis: te supplices exoramus: vt, pro quibus effundere preces decreuimus, quosque vel presens seculũ adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tue clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dñm. Secreta.

Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locãdus: tribue quesumus: vt, intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum quos in oratione commendatos suscepimus, et nomina omnium fidelium beate predestinationis liber ascripta retineat.

Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & reg. Postcōmunio.

Purificet nos, q̄sumus omnipotens & misericors deus, sacramenta que sumpsimus: & intercedentibus omnibus sanctis tuis, presta: vt hoc tuū sacramētum non sit nobis reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamētum: sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per dominum no.

Pro ordinandis. Oratio.

Exaudi, quesumus, domine, supplicum preces: & deuoto tibi pectore famulantes, perpetua defensione custodi: vt nullis persecutoribus impediti, liberam seruitutē tuis semper exhibeamus officijs. Per do. Secre.

Muneris, quesumus domine, operare mysterijs: vt hec munera dignis tibi mentibus offeramus. Per dñm. Postcōmu.

Quos tuis domine reficis sacramentis continuis attolle benignus auxilijs: vt tue redēptionis effectum, & mysterijs capiamus, & moribus. Per dominum nostrum Jesum Chri.

Pro cōsecratione episcoporū.

Adesto supplicationibus nostris, omnipotens deus: & quod humilitatis nostre gerēdū ministerio, tue virtutis impleatur effectu. Per dñm. Secreta.

Suscipe domine munera, que tibi offerimus pro hoc famulo tuo: & propitius in eo tua dona custodias. Per dominū.

Consecratus dicit Secrete.

Suscipe domine munera, q̄ tibi offerimus pro me misero famulo tuo: & propitius in me tua dona custodias. Per dominum nostrum Jesū Christū.

Infra actionē dicit cōsecrator.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre, sed & cuncte familie tue, quam tibi offerimus etiam pro hoc famulo tuo, quē ad episcopatus ordinē promouere dignatus es, q̄sumus domine, vt placatus accipias, & propitius in eo tua dona custodias: vt, quod diuino munere cōsecutus est, diuinis affectibus exequatur: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab eterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Christum dominum nost.

Consecratus dicit.

Hanc igitur oblationē seruitutis nostre, sed & cuncte familie tue, quam tibi offerimus etiam pro me famulo tuo, quem ad episcopatus ordinē promouere dignatus es, quesumus domine, vt placatus accipias, & propitius in me tua dona custodias: vt, quod diuino munere cōsecutus sum, diuinis affectibus exequar: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab eterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege nume-

numerari. Per Christum dominum nostrum. Postcōmunio.

Plenum, quesumus domine, in nobis remedium tue miserationis operare: ac tales nos esse perfice propitius, ꝛ sic foue: vt tibi in omnibus placere valeamus. Per dominū nostrū.

¶ Missa in Cōmemora. omniū fideliū defunctoꝝ. Introitus.



Requiem eternam dona eis domine, ꝛ lux perpetua luceat eis. psal's. Te decet hymnus deus in Sion, ꝛ tibi reddetur votuꝫ in Hierusaleꝫ: exaudi orationeꝫ meam, ad te omnis caro veniet. Deinde absolute repetitur R. equiem eter. vsqꝫ ad psal. Oro.

Fidelium, deus, omniuꝫ cōditor ꝛ redemptor, animabuſ famuloꝝ famularumqꝫ tuarum, remissionem cunctoꝝ tribue peccatoꝝ: vt indulgentiaꝫ, quā semper optauerunt, piis supplicationibus cōsequātur. Qui viuis, ꝛ regnas cuꝫ deo patre, in vnitate spiritus sancti, deus: per oia secula seculoꝝ. R. Amen.

Lectio Epistole beati Pauli apostoli, ad Corinthios.

1. ca. 15 Fratres: Ecce, mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet eniꝫ tuba) ꝛ mortui resurgent incorrupti: ꝛ nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc, idūere incorruptionem: ꝛ mortale hoc, induere immortalitateꝫ. Cū auteꝫ mortale hoc induerit immortalitatem; tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Jesum Christuꝫ dominum nostrum. Gradua.

Requieꝫ eternaꝫ dona eis dn̄e: ꝛ lux perpetua luceat eis. V. In memoria eterna erit iust⁹: ab auditione mala nō timebit. Trac.

Absolue dn̄e animas omniū fideliū defunctoꝝ ab omni vinculo delictoꝝ. V. Et, gr̄a tua illis succurrēte, mereant euadere iudiciū vltionis. V. Et lucis eterne beatitudine pfrui. Sequētia.

Dies ire, dies illa,
Soluet seclum in fauilla:
Teste Dauid cum Sibylla.
Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est venturus,
Cuncta stricte discussurus.
Tuba mirum spargens sonum,
Per sepulcra regionum,
Coget omnes ante thronuꝫ.
Mors stupebit ꝛ natura,
Cum resurget creatura,
Judicanti responsura.
Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum sedebit,

Quicquid latet apparebit:
Nil inultum remanebit.
Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Cum vix iustus sit securus.
Rex tremende maiestatis,
Qui saluandos saluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare Jesu pie,
Quod sum causa tue vie.
Ne me perdas illa die.
Querens me, sedisti lassus:
Redemisti, crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.
Iuste iudex vltionis,
Donum fac remissionis
Ante diem rationis.
Ingemisco, tanquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce deus.
Qui Mariam absoluisti,
Et latronem exaudisti:
Mihi quoque spem dedisti.
Preces mee non sunt digne:
Sed tu bonus fac benigne:
Ne perenni cremer igne.
Inter oues locum presta:
Et ab hedis me sequestra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis:
Voca me cum benedictis.
Oro supplex et acclinis:
Cor contritum quasi cinis:
Gere curam mei finis.
Lacrymosa dies illa,
Qua resurget ex fauilla
Iudicandus homo reus.
Huic ergo parce Deus.
Pie Jesu domine,
Dona eis requiem. Amen.

Seq. san. euāg. scd̄m Joannem.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis et turbis iudeorū. Amen amen dico vobis: qa venit hora et nunc est, quādo mortui audient vocem filij dei: et qui audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitā in semetipso: sic dedit et filio vitā habere in semetipso: et potestatem dedit ei iudiciū facere, qa filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua oēs qui in monumētis sunt, audient vocem filij Dei. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vite: qui vero mala egerūt, i resurrectionē iudicij.

Offerto. Dñe Jesu Christe rex glorie, libera animas omniū fidelium defunctorū de penis inferni, et de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadāt in obscurum: sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahe promisisti, et semini eius. ℣. Hostias et preces tibi dñe laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas dñe de morte transire ad vitam. Quam olim.

Secreta.

Hostias, q̄sumus dñe, quas tibi pro animabus famulorum famularumq; tuarū offerimus, propitiatus intende: vt quibus fidei Christiane meritū cōtulisti, dones et premium. Per do.

Cōmu. Lux eterna luceat eis dñe, Cum sanctis tuis in eternū: qa pius es. ℣. Requiem eternā dona

na eis dñe: ꝛ lux perpetua luceat eis. Cuz sanctis. Postcõ.

Animabus, q̃sumus dñe, famulorũ famularumq; tuarũ oratio proficiat supplicantiũ: vt eas ꝛ à peccatis omnib⁹ exuas, ꝛ tuę redemptionis facias esse participes. Qui viuis ꝛ regnas cũ Deo. Dicto Dñs vobiscum, dicitur Requiescant in pace. R. Amen. ꝛ non datur benedictio. Sed dicto secrete Placeat tibi san. dicitur euange. scdm Joannem. In principio erat verbum ꝛc.

¶ In die obitus, seu depositionis defuncti. Introitus.



Requiem ęternam dona eis domine: ꝛ lux perpetua luceat eis. Psalmus. Te decet hymnus deus in Sion, ꝛ tibi reddetur votum in Hierusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiẽ ęter. Oro.

Deus, cui proprium est misereri semper ꝛ parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quam de hoc seculo hodie migrare iussisti: vt non tradas eam in manibus inimici, neque obliuiscaris in finem: sed iubeas eã à sanctis angelis suscipi, ꝛ ad patriã paradisi pduci: vt, qa i te sperauit ꝛ credidit, nõ pęnas ęternas sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per do.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

1.ca. 4 Fratres: Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus, vt non contristemini, sicut ꝛ cęteri qui spem non habent. Si eniz credimus quod Jesus mortuus est ꝛ resurrexit: ita ꝛ deus eos qui dormierunt per Jesuz, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, qa nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentu domini, non pręueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu ꝛ in voce archangeli ꝛ in tuba Dei descendet de cęlo: ꝛ mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinqmur: simul rapiemur cum illis in nubibus obuiã Christo in aera: ꝛ sic semper cum domino erimus. Itaq; consolamini inuicez in verbis istis. Grad.

Requiem ęternam dona eis domine: ꝛ lux perpetua luceat eis. V. In memoria ęterna erit iustus: ab auditione mala nõ timebit. Tractus. Absolue domine animas omnium fideliuz defunctorum ab omni vinculo delictorum. V. Et, gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudiciuz vltionis. V. Et lucis ęternę beatitudine perfrui. Sequentia. Dies irę. ꝛc. vt sup. fo. 274.

Seq. san. euang. scdm Joanem. ca. 11

In illo tẽpore: Dixit Martha ad Jesum. Domine si fuisses hic, frater meus nõ fuisset mortuus. Sed ꝛ nunc scio, quia, quęcunq; popósceris à Deo, dabit tibi de⁹. Dicit ei iesus. Resurget frater tu⁹. Dicit ei Martha. Scio qa resurget i resurrectiõe,

in nouissimo die. Dixit ei Jesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiã si mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit, et credit in me: nõ morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utique domine, ego credidi quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. Offerto.

D omine Jesu Christe rex glorie, libera animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni, et de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahe promisisti, et semini eius. ℣. Hostias et preces tibi dñe laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarũ hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte trãsire ad vitam. Quam olim. Secreta.

P Ropitiare, quesumus domine, anime famuli tui N. pro quo tibi hostiam laudis immolamus, maiestatem tuam suppliciter deprecantes: vt per hec pie placationis officia, peruenire mereatur ad requiem sempiternam. Per dominum nostrũ. Cõmunio. Lux eterna luceat eis domine, Cum sanctis tuis in eternum: quia pius es. ℣. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Cum sanctis. Postcõmunio.

P Resta, quesumus, omnipotens deus: vt anima famuli tui N. que hodie de hoc seculo migrauit, his sacrificijs purgata, et a peccatis expedita, indulgẽtiam pariter et vitam capiat sempiternam. Per dominum nost.

¶ In die tertio, Septimo, et trigesimo depositionis defuncti, dicit Missa vt supra, exceptis orationibus, q̃ dicũt vt infra. Oro.



Quesumus domine: vt anime famuli tui, cuius depositionis diem tertium, vel septimum, vel trigesimum, cõmemoramus, sanctorum, atque electorum tuorum largiri digneris consortiũ: et rorem misericordie tue perennem infundas. Per dominũ nostrum Jesum Chri. Secreta.

M Unera, quesumus domine, que tibi pro anima famuli tui offerimus, placatus intende: vt remedijs purgata celestibus, in tua pietate requiescat. Per domi. Postcõmunio.

S Uscipe domine preces nostras pro anima famuli tui: vt, sique ei macule de terrenis contagijs adheserunt, remissionis tue misericordia deleantur. Per dominum nostrum Jesum.

¶ In Anniuersario defunctorum. Introitus.



Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Psalm. Te decet hymnus Deus in Sion, et tibi reddetur votum in Hierusalem: exaudi orationem meam,

meam, ad te omnis caro veniet. Requiem eternam. Oratio.
Deus indulgentiarum, domine, da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum anniuersarium depositionis diem commemoramus, refrigerij sedem quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio libri Machabeorum.

2.ca. 12 In diebus illis. Uir fortissimus Judas, collatione facta, duodecim milia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, iuste et religiose de resurrectione cogitans. (Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis.) Et quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur. Gradualc.
Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus. Absolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et, gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis eterne beatitudine perfrui.

Seq. san. euang. secundum Joannem.

ca.6 In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis, et turbis iudeorum. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: et eum, qui venit ad me non eiiciam foras. Quia descendi de celo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hec est autem voluntas eius, qui misit me, patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec est autem voluntas patris mei qui misit me: vt omnis qui videt filium, et credit in eum: habeat vitam eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.
Offerto. Domine Jesu Christe rex glorie, libera animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni, et de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam. Quam olim Abrahe promisisti, et semini eius. ℣. Hostias et preces tibi domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Quam olim. Secreta.
Propitiare domine supplicationibus nostris, pro animabus famulorum famularumque tuarum, quorum hodie annua dies agitur, pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis: vt eas sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per dominum nostrum.
Comunio. Lux eterna luceat eis domine, Cum sanctis tuis in eternum: quia pius es. ℣. Re-

quiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Cum sanctis. Postcommunio.

P Resta, quesumus domine: vt anime famulorum famularumque tuarum, quorum anniuersarium depositionis diem commemoramus, his purgati sacrificijs, indulgentiam pariter et requiem capiant sempiternam. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: qui tecum viuit.

¶ Si pro vno fiat anniuersarium, predicte orationes dicantur in singulari numero.

¶ In missis quotidianis defunctorum. Introitus.

R Equiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Psal. Te decet hymnus Deus in Sion, et tibi reddetur votum in Hierusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. R equiem eternam.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Oratio.

D Eus, qui inter apostolicos sacerdotes, famulos tuos pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: presta, quesumus: vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per dominum nostrum Jesum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, et benefactoribus. Oratio.

D Eus, venie largitor, et humane salutis amator, quesumus clementiam tuam: vt nostre congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc seculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Per dominum no.

Pro fidelibus defunctis, generalis Oratio.

F Idelium deus, omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis et regnas cum Deo patre in vnitate spiritus.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis apostoli.

I N diebus illis. Audiui vocem de celo, dicentem mihi. Scribe. Beati mortui, qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. Gradu. ca. 14

R equiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus. A bsolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis eterne beatitudine perfrui.

Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

I N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis et turbis iudeorum. Ego sum panis viuus ca. 6

uius, qui de celo descẽdi. Siquis mãducauerit ex hoc pane, viuet in eternuz. Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Judei adinuicem, dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Jesus. Amen, amen dico vobis: nisi manducaueritis carnez filij hominis, ⁊ biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meaz carnem, ⁊ bibit meũ sanguinem, habet vitam eternam. Et ego resuscitabo euz in nouissimo die. Offert. Domine Jesu Christe rex glorie, libera animas omnium fidelium defunctoruz de penis inferni, ⁊ de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadãt i obscurũ: sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam, Quam olim Abrahe promisisti, ⁊ semini eius. ℣. Hostias ⁊ preces tibi domine laudis offerim⁹: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Quam olim.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus Secreta.

Suscipe domine q̃sumus, pro animabus famulorum tuorum pontificum, seu sacerdotum, quas offerimus hostias: vt, quibus in hoc seculo pontificale, seu sacerdotale donasti meritum, in celesti regno sanctorum tuorum iubeas coniungi consortio. Per dominum nostrum Je.

Pro defũctis fratribus, propinquis, ⁊ benefactoribus. Secre.

Deus, cuius misericordie non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostre: ⁊ animabus fratrum, propinquorum, ⁊ benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem, per hec sacramenta salutis nostre, cunctorum remissionem tribue peccatoruz.

Pro fidelibus defunctis, Secre.

Hostias, quesumus domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: vt, quibus fidei christiane meritum contulisti, dones ⁊ premium. Per do. Communio. Lux eterna luceat eis domine, Cum sanctis tuis in eternum: quia pius es. ℣. Requiem eternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Cum sanctis.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Postcommunio.

Prosit, quesumus domine, animabus famulorum tuorum pontificum seu sacerdotum, misericordie tue implorata clementia: vt eius, in quo sperauerunt ⁊ crediderunt, eternum capiant te miserante consortiũ. Per dominum nostruz Jesum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, ⁊ benefactoribus. Postcommunio.

Presta, quesumus, omnipotens ⁊ misericors deus: vt anime fratrum, propinquorum,

⁊ benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificium laudis tue obtulimus maiestati: per huius virtutem sacramenti a peccatis omnib⁹ expiate, lucis perpetue, te miserante, recipiant beatitudinem. Per dñm nostrum.

Pro fidelibus defunctis.

Postcommunio.

Animabus, quesumus domine, famulorum famularumq3 tuarũ oratio proficiat supplicantiũ: vt eas ⁊ a peccatis oĩbus eruas, ⁊ tue redẽptionis facias esse participes. Qui viuis ⁊c.

¶ In die depositionis, ⁊ anniuersario Summi Pontificis, dicitur prima Missa, vt supra fol. 274. preter orationes que dicuntur vt infra. Oratio.

Deus, qui inter summos sacerdotes famulum tuum N. ineffabili tua dispositione cõnumerari voluisti: presta, quesumus: vt qui vnigeniti filij tui vices in terris gerebat, sanctorum tuorum pontificum consortio perpetuo aggregetur. Per eundem dominũ3 no. Secreta.

Suscipe, q̃sumus domine, pro anima famuli tui N. summi põtificis quas offerimus hostias: vt cui in hoc seculo pontificale donasti meritum, in celesti regno sanctorum tuorum iubeas iungi consortio. Per dominum nostrũ. Postcommunio.

Prosit, quesumus domine, anime famuli tui N. summi pontificis misericordie tue implorata clementia, vt eius in quo sperauit ⁊ credidit, eternum capiat te miserante consortium. Per dominum nostrum.

Pro defuncto episcopo dicitur prima missa, vt supra foli. 274. Oratio vt infra. Oratio.

Deus, qui inter apostolicos sacerdotes, famulum tuu3 pontificali fecisti dignitate vigere: presta quesumus: vt eorum quoq3 perpetuo aggregetur cõsortio. Per dñm no. Secreta.

Suscipe domine, q̃sumus, pro anima famuli tui pontificis, quas offerimus hostias: vt, cui in hoc seculo pontificale donasti meritu3, in celesti regno sanctorum tuorum iubeas coniungi consortio. Per dominum nostrum Jesum Chri. Postco.

Prosit, quesumus domine, anime famuli tui pontificis misericordie tue implorata clementia: vt eius in quo sperauit ⁊ credidit, eternum capiat te miserante consortium. Per dominum nostrum Jesum Chri.

Pro defuncto sacerdote dicitur eadem oratio, sed vbi dicitur põtificali, dicatur sacerdotali. Si fuerint plures, dicatur vt supra in quarta missa. folio 276.

Pro vno defuncto. Oratio.

Inclina domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiã tua3 supplices deprecamur: vt animam famuli tui, quam de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas: ⁊ sanctorum tuoru3

iubeas

subeas esse consortem. Per dominum nostrum Jes. Secreta.

Annue nobis, quęsumus domine: vt animę famuli tui hęc prosit oblatio, quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominuz nostrum Jesum Chri. Postcomu.

Absolue, quęsumus domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria, inter sanctos & electos tuos, resuscitatus respiret. Per dominum nostrū.

Pro vna defuncta. Oratio.

Quęsumus domine, pro tua pietate miserere animę famulę tuę: & a contagijs mortalitatis exutam, in ęternę saluationis partem restitue. Per dominum nostrum Jes. Secreta.

His sacrificijs, quęsumus domine, anima famulę tuę à peccatis omnibus exuatur, sine quibus à culpa nemo liber extitit: vt per hęc pię placationis officia, perpetuam misericordiā consequatur. Per do. Postcō.

Inueniat, quęsumus domine, anima famulę tuę lucis ęternę consortium: cuius perpetuę misericordię consecuta est sacramentum. Per dominuz no.

Pro patre & matre. Oratio.

Deus, qui nos patrem & matrem honorare pręcepisti: miserere clemēter animabus patris & matris meę: eorumqz peccata dimitte: meque eos in ęternę claritatis gaudio fac videre. Per dominum no. Secreta.

Suscipe sacrificiū domine, quod tibi pro animab⁹ patris & matris meę offero: eisque gaudium sempiternum in regione viuorum concede: meqz cum illis felicitati sanctorū cōiunge. Per dominum no. Postcōmu.

Celestis participatio domine sacramēti, animabus patris & matris meę requiez & lucē obtineat perpetuā: meqz cuz illis grā tua coronet ęterna. per.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactorib⁹. Orō.

Deus veniæ largitor, & humanę salutis amator, quęsumus clementiam tuam: vt nostrę cōgregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sęculo trāsierūt: beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis: ad perpetuę beatitudinis consortium peruenire concedas. Per dominum nostrū Jes. Secreta.

Deus, cuius misericordię nō est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostrę: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostroruz, quibus tui nominis dedisti confessionez: per hęc sacramenta salutis nostrę, cunctoruz remissionem tribue peccatorum. Per dominum nost. Postcōmunio.

Presta, quęsumus omnipotens & misericors deus: vt animę fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificiū laudis tuę obtulimus maiestati: per huius virtu-

virtutem sacramenti, a peccatis omnibus expiatę, lucis perpetuę te miserante recipiant beatitudinem. Per dominum nost.

Pro his, qui in cemeterio requiescunt. Oratio.

DEus, cuius miseratione animę fidelium requiescunt, famulis & famulabus tuis omnibus, hic & vbiq; in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lętentur. Per eundem. Secreta.

PRo animabus famulorum famularumque tuarum, & omnium catholicorum, hic & vbique in Christo dormientium, hostiam domine suscipe benignus oblatam: vt hoc sacrificio singulari, vinculis horrendę mortis erutę vitam mereantur ęternam. Per eũdem do. Postcõmunio.

DEus, fideliũ lumen animarum, adesto supplicationibus nostris: & da famulis & famulabus tuis, quorũ corpora hic & vbiq; in Christo requiescũt, refrigerij sedem, quietis beatitudinẽ, & luminis claritatem. Per eundem dominum nostrum Iesum.

Pro fidelibus defunctis generalis Oratio.

FIdelium, deus, omnium cõditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequãtur. Qui viuis & reg. Secreta.

HOstias, q̃sumus domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: vt, quibus fidei christianę meritum contulisti, dones & pręmium. Per dominum. Postco.

ANimabus, quęsumus domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas & a peccatis omnibus exuas, & tuę redemptionis facias esse participes. Qui viuis & regnas cum deo pa.

Pro pluribus defunctis. Oro.

DEus, cui proprium est misereri semp & parcere: propitiare animabus famulorum famularumque tuarum, & omnia eorum peccata dimitte: vt mortalitatis vinculis absolutę, transire mereantur ad vitam. Per dominum nostrum. Secreta.

ANnue nobis domine: vt animabus famulorum famularumque tuarum, hęc prosit oblatio: quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominum. Postcõmunio.

DEus, cui soli competit medicinam pręstare post mortem: pręsta quęsumus: vt animę famulorum famularumque tuarum terrenis erutę contagijs, in tuę redemptionis parte numerentur. Qui viuis & regnas cũ deo.

Alia pluralis vt supra. Oratio.

ANimabus, quęsumus domine, famulorum famularumque tuarum misericordiam concede perpetuam: vt eis profi-

ciat

ciat in eternum, quod in te spera uerūt ꝛ crediderūt. Per. Secr.

H Is domine, q̄sumus, placatus intende muneribus: ꝛ quod ad laudem tui nominis supplicātes offerimus, ad indulgentiam proficiat defunctorū. Per dominū no. Postcomun.

S Upplices domine pro animabus famulorum famularūqꝫ tuarū preces effundimus, obsecrantes: vt, quicquid cōuersatione contraxerunt humana, ꝛ clementer indulgeas, ꝛ in tuorum sede letantium constituas redemptorum. Per dominum.

F I N I S.

¶ Ordo ad faciendam aquam benedictam.

Die dñica, in sacristia preparato sale ꝛ aqua, sacerdos celebraturus Missam, alba indutus cuꝫ stola circa collū, primò dicit ℣. Adiutoriū nostrū in nomine dñi. ℟. Qui fecit celuꝫ ꝛ terrā. Deinde absolute incipit exorcismū salis.

E Xorcizo te, creatura salis, per Deum ✠ viuum: per deum ✠ veruꝫ: per deuꝫ ✠ sanctum: per deum qui te per Eliseuꝫ prophetam in aquam mitti iussit, vt sanaret sterilitas aque: vt efficiaris sal exorcizatuꝫ in salutem credentiuꝫ, ꝛ sis omnibus sumentibus à te sanitas anime ꝛ corporis: ꝛ effugiat atque discedat à loco in quo aspersum fueris, omnis phantasia ꝛ nequitia vel versutia diabolice fraudis, omnisqꝫ spiritus immundus adiuratus, Per eum qui venturus est iudicare viuos, ꝛ mortuos, ꝛ seculū p ignē. ℟. Amen. Oro.

I Mmensam clementiā tuā, omnipotens eterne deus, humiliter imploramus: vt hanc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti, bene ✠ dicere, ꝛ sancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt sit omnibus sumentibus salus mentis ꝛ corporis: ꝛ quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immūditia, omniqꝫ impugnatione spiritalis nequitie. Per dominum nostrum. Exorcismus aque: ꝛ dicatur absolute.

E Xorcizo te creatura aque in noīe dei ✠ patris omnipotentis, ꝛ in noīe ✠ Jesu Christi filij eius dñi nostri, ꝛ in virtute Sācti ✠ spiritus: vt fias aqua exorcizata ad effugandā omneꝫ potestatem inimici, ꝛ ipsum inimicū eradicare ꝛ explantare valeas cuꝫ angelis suis apostaticis: per virtutem eiusdem dñi nostri Jesu Christi: qui venturus est iudicare viuos mortuos, ꝛ seculuꝫ per ignem. ℟. Amen. Oratio.

D Eus, qui ad salutem humani generis, maxima queqꝫ sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius inuocationibus nostris, ꝛ elemēto huic multimodis purificationibus preparato, virtutem tue bñ ✠ dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens, ad abigendos demones, morbosque pellendos, diuine gratie sumat effectum: vt quicquid in

domibus vel in locis fideliũ, hęc vnda resperserit, careat omni immunditia, liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedãt omnes insidię latentis inimici: ⁊ siquid est, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, aspersione huius aquę effugiat: vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per dominum nostrũ.

Hic mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel.

Commistio salis ⁊ aquę pariter fiat: in nomine pa✠tris, ⁊ fi✠lii, ⁊ spiritus ✠sancti. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oro.

Deus inuictę virtutis auctor, ⁊ insuperabilis imperii rex, ac semp magnificus triũphator: qui aduersę dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis seuitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas: te domine trementes ⁊ supplices deprecamur ac petimus: vt hanc creaturam salis ⁊ aquę dignanter aspicias: benignus illustres: pietatis tuę more sanctifices: vt vbicunque fuerit aspersa, per inuocationez sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur: terrorque venenosi serpentis procul pellatur: ⁊ presentia sancti spiritus nobis misericordiam tuaz poscentibus, vbique adesse dignetur. Per dominum nostruz.

Finita benedictione, ab eodem sacerdote aspergatur aqua benedicta altare in manus tantum, genibus flexis: ⁊ statim a choro incipiatur antiphona. Asperges me domine hyssopo, ⁊ mundabor: lauabis me, ⁊ super niuez dealbabor. Psal. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut erat in principio ⁊ nũc ⁊ semper, ⁊ in secula seculorum. Amen.

Et repetitur antipho. Asperges me domine. Supradicta antipho. predicto modo dicatur in aspersione aquę benedictę in dominicis per totum annum: excepto quod in dominica de passione, ⁊ in dominica palmarum, non dicitur Gloria patri. Sed post psalmuz Miserere mei, repetitur immediate añã. Asperges me domine. Excepto etiaz tempore paschali, scilicet a dominica paschę vsque ad pentecost. quo tempore cantatur communiter antiphona. Uidi aquam egredientem de templo a latere dextro, alleluia: ⁊ oẽs, ad quos puenit aqua ista, salui facti sunt, ⁊ dicent, alleluia, alleluia. Psal. Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. ℣. Gloria patri. Repetitur antipho. Uidi aquã. In octaua vero pentecostes resumitur Asperges me domine. Finitis antiphonis supradicto modo: sacerdos q aspersit aquã, ante gradus altaris stans, dicat. ℣.

℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam. Et additur Alleluia tempore paschali. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Exaudi nos, domine sancte, pater omnipotens, eterne deus: et mittere digneris sanctum angelum tuum de celis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Benedictio agni Paschalis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Deus, qui per famulum tuum Moysen, in liberatione populi tui de Aegypto agnum occidi iussisti in similitudinem domini nostri Jesu Christi, et vtrosque postes domorum de sanguine huius agni perungi precepisti: ita bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus: per resurrectionem domini nostri Jesu Christi. Qui tecum viuit et regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Et mox aspergit aqua benedicta.

¶ Benedictio panis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spi.

Domine Jesu Christe, panis angelorum, panis viuus, et eterne vite, bene ✠ dicere dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto: vt omnes ex eo digne gustantes, inde corporis et anime desiderabilem percipiant sanitatem. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio nouorum fructuum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Bene ✠ dic domine hunc nouum fructum N. et presta: vt qui ex eo in tuo sancto nomine vescetur, corporis et anime salute potiatur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium.

Et aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio ad quodcunque comestibile.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Bene ✠ dic domine creaturam istam N. vt sit remedium salutare generi humano: et presta per inuocationem sancti nominis tui: vt quicunque ex ea sumpserint, et corporis sanitatem, et anime tutelam accipiant. Per do.

Aspergat id cum aqua benedicta.

¶ Benedictio candelarum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Domine Jesu Christe fili dei viui, bene ✠ dic cande-

l...s

las istas supplicationibus nostris: infunde eis domine per virtutem sancte cru ✠ cis benedictionem celestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talemque benedictionem signaculo sancte cru ✠ cis accipiant, vt quibuscunq3 locis accense siue posite fuerint, discedant principes tenebrarum, & contremiscant, & fugiant pauidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec presumant amplius inqetare aut molestare seruientes tibi oipotenti deo. Qui viuis & reg. Postmodum aspergant aqua benedicta.

Benedictio loci.

℣. Adiutorium nostrū in nomine domini. ℟. Qui fecit celum & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Bene ✠ dic domine Deus omnipotens locum istum: vt sit in eo sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & mansuetudo, plenitudo legis, & gratiarū actio, deo patri & filio & spiritui sancto: & hec benedictio maneat super hunc locum, & sup habitantes in eo. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio domus noue.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Te deum patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, & pro eius habitatoribus ac rebus: vt eam bene ✠ dicere, & sanctificare digneris, sicut benedicere dignatus es domū Abrahā, Isaac, & Jacob: & intra parietes angeli tue lucis inhabitent, eamque, & eius habitatores custodiant. Per Christum dominū nostrū. ℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio thalami.

℣. Adiutoriū nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Bene ✠ dic domine thalamum hunc: & omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, & in tua voluntate permaneant, & senescant, & multiplicentur in longitudine dierum. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Postea aspergat thalamum aqua benedicta.

Benedictio noue nauis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum & terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo.

Propitiare domine supplicationibus nostris, & bene ✠ dic nauim istam dextera tua sancta, & omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcā Noe ambulantem in diluuio. Porrige eis dñe dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: & mitte sanctum angelum tuū de celis, qui liberet & custodiat eam semper a periculis vniuersis, cū omnibus que in ea erunt: & famu-

mulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper cursuq; trãquillo tuearis, transactisque, riteque perfectis negocijs omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus, per oia secula seculorũ. ℟. Amen.

Aspergat nauim aqua bñdicta.

¶ Benedictio sacerdotaliũ indumentorum in genere.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ꝛ terram. ℣. Dominus vobiscum ℟. Et cuz spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui per Moysen famulum tuum põtificalia ꝛ sacerdotalia atque leuitica vestimenta, ad explendum ministeriuz eorum in conspectu tuo ad honorem ꝛ decorem nominis tui fieri decreuisti: adesto propitius inuocationibus nostris: ꝛ hęc indumenta sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostrę humilitatis seruitutem purifi ✠ care, bene ✠ dicere, ꝛ conse ✠ crare digneris: vt diuinis cultibus ꝛ sacris mysterijs apta ꝛ benedicta existant: hisque sacris vestibus pontifices, sacerdotes, seu leuitę tui induti, ab omnibus impulsionibus seu tẽtationibus malignorum spirituum muniti ꝛ defensi esse mereantur: tuisque mysterijs apte ꝛ condigne seruire ꝛ inhęrere, atque in his tibi placite ꝛ deuote perseuerare tribue. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Alia oratio.

Deus, inuictę virtutis auctor, ꝛ omnium rerum creator ac sanctificator: intende propitius preces nostras: ꝛ hęc indumenta leuiticę ꝛ sacerdotalis glorię ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene ✠ dicere, conse ✠ crare, ꝛ sancti ✠ ficare digneris: omnesq; eis vtentes, tuis mysterijs aptos, ꝛ tibi in eis deuote ꝛ amabiliter seruientes, gratos effici concedas. Per dominum nostrum Iesum Christũ filium tuum: qui te. Oremus.

Domine deus omnipotẽs, qui vestimenta pontificibus, sacerdotibus, ꝛ leuitis, in vsum tabernaculi fęderis necessaria, Moysen famulum tuum agere iussisti, eumque spiritu sapientię ad id peragenduz repleuisti: hęc vestimenta in vsum ꝛ cultuz mysterij tui sancti ✠ ficare, bene ✠ dicere, ꝛ conse ✠ crare digneris: atque ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis spiritus gratia dignanter repleri, atq; castitatis stola, beata facias cũ bonorũ fructu operum ministerij congruentis immortalitate vestiri. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.

FINIS.

Series chartarum.

a b a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z, Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm.

Omnes sunt quaterniones, preter a b, qui sunt Terniones, & y Duernionem, & duo Mm quinterniones.



VENETIIS.

Apud Joannem Variscum, Et heredes Bartholomei Faletti, & Socios.
Anno Domini.
M D L X X.

